







600094231P



OBSERVATIONES

CRITICAE ET PALAEOGRAPHICAE

AD

DIONYSII HALICARNASSENSIS

ANTIQUITATES ROMANAS



SCRIPSIT

C. G. COBET.

LEIDEN, E. J. BRILL.
1877.

COLLEGAE DILECTISSIMO

ET

FIDELI AMICO

W. G. PLUYGERS

HASCE

IN DIONYSIUM

OBSERVATIONES

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Triginta anni sunt et amplius ex quo Dionysii Halicarnassensis libros Historiae potissimum et Antiquitatum Romanarum causa diligenter lectitare coepi. Principio quia eram paucorum librorum per annos compluscolos Sylburgiana editione usus sum, cuius margines omni genere annotationum assidua lectione implevi. Deinde Reiskianam nactus vidi bonam partem eorum quae correxeram dudum aut ex optimo Codice Urbinate esse in integrum restitutam aut ab aliis praesertim ab Reiskio occupatam. Postea diu et multum Reiskianam in omnes partes versavi, donec in lucem prodiit Kiesslingiana, in qua non pauca eorum quae per multos annos emendaveram et aliorum et ipsius Kiesslingii ingenio et doctrina iam pridem mihi praerepta esse cognovi. Consilium erat omnia quae essent reliqua ordine perscribere et ea *Mnemosynae* inserere, sed quum mihi inter scribendum materies paullatim in maiorem molem excrevisset, ne haec carptim dispescendo res in biennium extraheretur, malui omnia simul seorsim in lucem edere et sic hae *Observationes Criticae et Palaeographicae* natae sunt.

De Dionysio varia sunt iudicia eorum, quibus de hac re sententiam dicere licet, id est eorum, qui in Dionysio legendo

et interpretando et emendando diu et multum felicem et fructuosam operam posuerunt. Primum omnium audiamus quod FRIDERICUS SYLBURGIUS iudicium de illo tulerit. „*Dionysius Halicarnassensis* (inquit) *auctor tam gravis et utilis ut inter omnes et Graecos et Latinos Historicos vix ullus ei praeferendus videatur. Nam si scriptionis argumentum spectemus, non vulgaris populi, sed totius terrarum orbis maximi historiam tractat; si vero scriptionis formam inspiciamus, tam illustre argumentum ita tractavit, ut quod pro severa veterum scriptorum censura desideravit in aliis, ipse quam diligentissime observarit.*" Eximia sane laus sed pro illius saeculi ingenio et more paullo tumidior et verbis sententiisque nimis inflata et exaggerata, ut tum omnes in simili re de magnis maiora loquebantur. Quantum est ab illo diversum iudicium REISKII, qui quum omnes sana ratione et acumine ingenii et mentis perspicacia superaret, erat idem παρρησιαςής et ut est in proverbio:

τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγων.

Hac ille indole praeditus non dubitavit quae in Dionysio reprehendenda ei esse viderentur magna cum libertate notare. Reiskius igitur de Dionysio hoc iudicium tulit (in *Praefat.* pag. XXII): „*Ipsum Dionysium quid ego hic loci laudem infinitis modis ultra praedicationem meam sublatum et a tot viris doctis certatim commendatum?*" Dedit coronae aliquid cavitque ne sua sententia cum opinionibus popularium et aequalium adversis frontibus concurrere videretur. Deinde libere addit non optime ille quidem Latine sed sic ut omnes quid dicat planissime intelligamus: „*at sunt tamen huic quoque soli suae maculae, quarum facile primaria est pedantismus. Historiam scribit non ut homo civilis, non ut auctor pragmaticus, sed plane ut Professor, hoc est ludi magister.*" Non poterat lepidius et salsius quam sic Dionysii vitia describere. Deinde ita pergit: „*Grammaticum dissimulare non novit. Sophistarum ad modum saepe locorum declamat. De rebus — interdum perquam inepte disputat atque pueriliter.*"

Haec Reiskius. Sequens aetas NIEBUHRIUM tulit Reiskii paternum amicum, quo nemo existimari potest Dionysii Ἀρχαιολογίαν Ῥωμαϊκήν diutius ac diligentius

nocturna versasse manu, versasse diurna.

Niebuhrius igitur quid censet? Exquisitissimis laudibus Dionysium extollit in coelum usque adeo ut *Providentiae divinae magnam gratiam* dicat *esse habendam quod hunc thesaurum historiae antiquae nobis conservarit* [1]). Idem Dionysium *„egregie cordatum hominem"* [2]) iudicat fuisse. Cur mihi non ita videatur saepius in his *Observationibus* ubi res ferebat demonstravi. In hac quoque re, ut in reliquis propemodum omnibus, admiror Reiskii sanum ac sobrium iudicium et ingenuam παρρησίαν amo ac diligo, non antiqua promiscue omnia et scriptores antiquos omnes eadem caeca admiratione complectentis, sed si quae essent in Sole maculae et acute cernentis et virili libertate etiam acriter et severe reprehendentis. Nondum mutavi sententiam ex quo magistratum Academicum deponens quum coram magna eruditorum corona *de monumentis veterum litterarum suo pretio aestimandis* dissererem, de Dionysio Halicarnassensi ita dixi: *„Fabulas nobis nullo teste nullo auctore satis idoneo pro rebus certissimis putida et verbosa diligentia quasi oculatus testis describit, ut eum Romulum et Remum quum lupae uberibus alerentur conspexisse putes."* Locus est pag. 202. τὰ μὲν δὴ βρέφη (*Romulus et Remus*) κνυζώμενα κατὰ τοῦ τέλματος ἐκαλινδεῖτο, λύκαινα δέ τις ἐπιφανεῖσα νεοτόκος σπαργῶσα τοὺς μαστοὺς ὑπὸ γάλακτος ἀνεδίδου τὰς θηλὰς τοῖς στόμασιν αὐτῶν καὶ τῇ γλώττῃ τὸν πηλὸν ᾧ κατάπλεῳ ἦσαν ἀπελιχμᾶτο. *Vidit haec pastor, qui primum ἀχανὴς ἦν ὑπὸ θάμβους* (quid mirum?) *et reliquos pastores clamore convocat:* ὡς δὲ κἀκεῖνοι πλησίον ἐλθόντες ἔμαθον τὴν μὲν ὥσπερ τέκνα περιέπουσαν, τὰ δ' ὡς μητρὸς ἐξεχόμενα δαιμόνιόν τι χρῆμα

---

1) Vorträge über Römische Geschichte Tom. I. pag. 43.

2) *„er war ein sehr verständiger Mann."* l. l. pag. 44.

ὁρᾶν ὑπολαβόντες ἐγγυτέρω προσῄεσαν ἀθρόοι δεδιττόμενοι βοῇ τὸ θηρίον. ἡ δὲ λύκαινα οὐ μάλα ἀγριαίνουσα τῶν ἀνθρώπων τῇ προσόδῳ — ἠρέμα καὶ κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὁμίλου ἀπῄει. An aliter quam sic oculatus testis scribere potuisset? Oculis paene cernimus lupam *ἠρέμα καὶ κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὁμίλου* abeuntem. Addidi haec: „*quod est in illa antiquitate simplex et incomtum apud illum sophisticis argutiis depravatur et vix equidem teneo risum ubi Romulum ipsum audio raptas Sabinas virgines artificiosa et calamistris inusta oratione ita consolantem ut eas argumentis et exemplis ex vetere Graecorum historia petitis doceat non esse aliud matrimonii genus illustrius quam ut virgines a cupidis procis per vim rapiantur.*" Audi ipsum pag. 301. *προαχθεισῶν τῶν παρθένων παραμυθησάμενος αὐτῶν τὴν ἀθυμίαν ὁ Ῥωμύλος ὡς οὐκ ἐφ' ὕβρει τῆς ἁρπαγῆς ἀλλ' ἐπὶ γάμῳ γενομένης Ἑλληνικόν τε καὶ ἀρχαῖον ἀποφαίνων τὸ ἔθος καὶ τρόπων συμπάντων, καθ' οὓς συνάπτονται γάμοι, ταῖς γυναιξὶν ἐπιφανέστατον.* Egregium vero solatium! Existimare oportet Romulum, qui Dionysio teste pag. 219. Gabiis multum operae Graecis litteris et artibus dedisset, haec probe novisse, sed nemo est nostrum qui usquam aliquid huiuscemodi se legisse dicat. Rapiebantur olim Spartanae virgines sed non insciis parentibus nedum invitis. Fides igitur esto penes auctorem, id est penes Romulum, *εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι.*

Adiicit deinde Dionysius annum ipsum, quo haec acta sint. *Annalium* scriptores enim plerique omnes *primo* Romuli anno raptas virgines memoriae prodiderant, sed Dionysius Cn. Gellio fidem habere maluit, qui *quarto* Romuli anno id factum esse narraverat; *namque*, inquit, *in urbe recens condita nondum reip. forma constituta Romulum ἔργῳ τηλικούτῳ ἐπιχειρεῖν οὐκ ἔχει λόγον*, quasi vero quidquam in huiuscemodi fabula *λόγον ἔχειν* dici possit! Est etiam operae pretium e Dionysio audire cur Romulus vicinarum civitatium virgines rapuerit. Livius simplicem candidae antiquitatis famam secutus „*penuriam mulierum*"

fuisse commemorat. *„Romulus legatos circa vicinas gentes misit."* sed *„nusquam benigne legatio audita est: — a plerisque rogantibus dimissi: Ecquod foeminis quoque asylum aperuissent? id enim demum compar connubium fore."* Dionysio nihil horum credibile videtur: *τῆς δὲ ἁρπαγῆς τὴν αἰτίαν οἱ μὲν εἰς σπάνιν γυναικῶν ἀναφέρουσιν, — οἱ δὲ τὰ πιθανώτατα γράφοντες, οἷς κἀγὼ συγκατεθέμην, εἰς τὸ συνάψαι φιλότητα πρὸς τὰς πλησιοχώρους πόλεις ἀναγκαίαν.* Quid, quaeso, *πιθανόν* dici poterit si hoc non est? Romani vicinis gentibus per summam contumeliam insignitam iniuriam fecerunt multo cruore expiandam *εἰς τὸ συνάψαι φιλότητα ἀναγκαίαν.* Vidimus lentam admodum Sabinorum ob raptas filias iram fuisse, namque in vicinia habitantes, unde ludos spectatum cum uxoribus ac filiabus venerant, *quarto demum anno* iniurias suas ulcisci coeperunt, quum raptarum nonnullae ternos iam liberos peperissent. Admirabile etiam est post tot saecula, quum Fabius Pictor omnium primus post bellum Hannibalicum *Annales* scriberet, de numero raptarum tam liquido constitisse. Romulus enim *διαριθμήσας τὰς κόρας ἑξακοσίας τε καὶ ὀγδοήκοντα καὶ τρεῖς εὗρεν*, quarum Sabinas scribit fuisse pag. 335. *πεντακοσίας τε καὶ τριάκοντα τριῶν δεούσας.* Hinc intelligitur error Plutarchi in *Romulo* cap. 14. scribentis: *ἁρπασθῆναι δέ φασιν οἱ μὲν τριάκοντα μόνας, ἀφ' ὧν καὶ τὰς φρατρίας ὀνομασθῆναι. Οὐαλέριος δὲ Ἀντιὰς ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ πεντακοσίας, Ἰόβας δὲ τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑξακοσίας παρθένους.* Vides numeros esse eosdem 527 et 683, sed Valerius Antias solas Sabinas numeravit, Iuba omnes Caeninenses, Crustuminas, Antemnates et Sabinas. Livius quasi nihil umquam de his inaudivisset aut legisset scribit I. 13. *„Romulus quum populum in curias* XXX *divideret nomina earum* (Sabinarum) *curiis imposuit."* De Varrone, qui liquido demonstraverat Curiarum nomina *τὰ μὲν ἀπ' ἀνδρῶν ληφθῆναι ἡγεμόνων, τὰ δ' ἀπὸ τόπων* (ut in tribubus factum videmus) (Dionys. pag. 335.), verbum nullum facit. Scribit tantum *„haud dubie* aliquanto numerum maiorem

hoc (XXX) fuisse." quot autem omnino fuerint aut nescire eum apparet aut certum numerum ponentibus nihil credidisse.

De Dionysii Chronologia quid sentirem aperte et perspicue declaravi. Tota fabulis innixa ficta est et commenticia. Pars rerum olim gestarum ne umbram quidem sui reliquit et omnis earum fama oblivione obruta est et funditus deleta. Alia contra, ut ostendimus, semel acta et gesta saepius iterata et multiplicata ad annos et Consules alios atque alios eadem relata sunt. Itaque temporum seriem nonnumquam in brevius contractam habemus, sed saepius nimis auctam et in maius exaggeratam. Numquam quisquam ex hoc labyrintho exitum reperiet et tenendum est Catulli illud:

miser Catulle, desinas ineptire,
et quod vides perisse perditum ducas.

Non sine animi dolore video egregium virum, quo non alium praeclariorem nostra memoria Britannia tulit, doctrina eximia, singulari acumine et admirabili disserendi subtilitate et sollertia frustra uti in indaganda Homeri aetate et in anno quo Troia capta sit investigando. Possumus aliorum incertis opinionibus novas addere, sed nemo umquam τῶν ἀδυνάτων ἐρῶν et quaerens id quod reperiri non potest, fecit aut facturus est operae pretium.

Convenit in huiuscemodi studia dictum Aristarchi tragici apud Stobaeum *Eclog.* II. 1.

καὶ ταῦτ' ἴσον μὲν εὖ λέγειν, ἴσον δὲ μή,
ἴσον δ' ἐρευνᾶν, ἐξ ἴσου δὲ μὴ εἰδέναι.
πλεῖον γὰρ οὐδὲν οἱ σοφοὶ τῶν μὴ σοφῶν
εἰς ταῦτα γιγνώσκουσιν· εἰ δ' ἄλλου λέγει
ἄμεινον ἄλλος τῷ λέγειν ὑπερφέρει.

Reliquum est ut de Dionysii oratione et stilo et de lingua qua utitur paucis quid sentiam dicam. Plurimum operae et

studii collocavit *ἐν ταῖς δημηγορίαις*, quas Thucydidis potissimum exemplo plurimas et longissimas *Antiquitatibus* suis inseruit. Ut libere dicam, pellucet ubique in longis ambagibus rhetor umbraticus, qui quidquid attigit sophistico et declamatorio colore imbuit inficitque. Non in vitae luce, non in hominum rerumque usu quisquam ita loquitur, sed in scholae umbra ex praeceptis oratoriis talia nascuntur. Nusquam veterum candor et *ἀφέλεια* cernitur, neque Antiquitatis nativa et incomta et incondita sanitas et sobrietas. Nihil apud illum refert „*Davusne loquatur an heros.*" Quid multa huius rei exempla proferam? Satis est inspicere praelongam Veturiae ad Coriolanum filium orationem pag. 1616—1631. refertam verbis et sententiis et exemplis plane ab illius aetatis indole et natura et a matronae antiquae Romanae ingenio abhorrentibus. *Δραματικῆς μεστὸν τερατείας* est quod Veturia minatur pag. 1630. *οὐ γὰρ ἀνέξομαι Οὐετουρία τὴν δεινὴν καὶ ἀνήκεστον ὕβριν ἐν τοσούτοις μάρτυσιν ὑβρισθεῖσα τὸν ἐλάχιστον βιῶναι χρόνον, ἀλλ' ἐν τοῖς ἁπάντων ὑμῶν φίλων τε καὶ ἐχθρῶν ὄμμασιν ἐμαυτὴν διαχρήσομαι.* Quanto sanior in hoc ipso argumento Livius est, qui modum servans facunda oratione et animum graviter commovet et propemodum ciet lachrymas.

Peius etiam est quod Veturia paullo ante dixerat pag. 1629. *εἴ τις ἄρα τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀπολυθείσας τοῦ σώματος ὑποδέξεται τόπος, οὐχ ὁ καταχθόνιος καὶ ἀφεγγὴς ὑποδέξεται τὴν ἐμήν, ἐν ᾧ φασὶ τοὺς κακοδαίμονας οἰκεῖν οὐδὲ τὸ λεγόμενον Λήθης πεδίον, ἀλλ' ὁ μετέωρος καὶ καθαρὸς αἰθήρ, ἐν ᾧ τοὺς ἐκ θεῶν φύντας οἰκεῖν λόγος εὐδαίμονα καὶ μακάριον ἔχοντας βίον.* Vides nihil interesse loquaturne matrona Romana temporibus antiquissimis an philosophus Stoicus Augusteae aetatis.

Qui apud Dionysium verba faciunt non vivunt, vigent, spirant, sed *νευρόσπαστα* sunt, quibus Dionysius suam facundiam et opiniones suas occultus subministrat, et movetur eorum unusquisque

ducitur ut nervis alienis mobile lignum.

Venio iam ad Dionysii dictionem. Sylburgii iudicium audivimus. Reiske (in *Praefat.* XXIII) aspere et duriter eum reprehendit. *Dictione utitur* (inquit) *ita prorsus peregrina et abnormi ut cum Xenophontea aut Thucydidea comparata eodem sit loco habenda quem Apuleiana latinitas ad Livianam tenet.* Niebuhrii sententiam ipsius verbis proponam: „*Bis auf sehr weniges* (inquit) *ist seine Sprache vollkommen und gelungen.*" [1]) Horum me nihil credere passim in his *Observationibus* multis argumentis et exemplis demonstravi. Una tantum Dionysii in scribendo laus est, perspicuitas. Quamquam non multum dicit et ubique est paullo loquacior et verbosus, tamen quidquid dicit clarum et apertum et lucidum est. Quamquam diu et multum in optimo quoque scriptore Attico versatus et optime de Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Platone et omnibus Oratoribus, praesertim Lysia, Isocrate, Isaeo, Demosthene et Aeschine iudicavit, et ex eorum assidua lectione multa verborum et sententiarum lumina suae orationi illustrandae adhibuit, tamen ab his omnibus toto coelo diversus est et unam tantum scribendi virtutem ab illis feliciter sumsit illam quam diximus lucidam perspicuitatem.

Dictio, qua utitur, prava est admodum et vitiosa, qualis aequalium eius est propemodum omnium. Atticis multa Ionica, Homerica et praesertim Herodotea, miscet, ut saepissime notavimus, atque his multa novicia et plebeia et sordida admiscet vitiosam aequalium loquendi scribendique *συνήθειαν* secutus. Quam sit insulsum et inficetum antiquae Atticae dictioni multa de trivio sumta immiscere facile intelligitur. Sunt alia non pauca, ubi spreta Graecitatis proprietate Latinam scribendi componendique consuetudinem imprudens imitatur aut Fabium Pictorem aut Cincium Alimentum secutus aut si quis alius Romanorum in scribendo lingua Graeca neque eleganter neque recte utebatur. Quid sit *sub hasta vaenire* novimus, sed ὑπὸ

1) l. l. pag. 44.

δόρυ πωλεῖσθαι nemo nisi Latinae locutionis memor intelligere potest. Itaque in Dionysiana dictione πάντα τὰ χρήματά ἐςιν ὁμοῦ: vetera (et in his multa poëtica) et novicia, proba et vitiosa. Plurimum ea verborum et formarum inter se confusio et perturbatio severis linguae Graecae studiis detrimenti attulit coniectis in unam farraginem omnibus quae essent diversae aetatis ac loci, quoniam eruditi grammatici quemcumque testem quis produxerit eum fide dignum esse et audiendum arbitrantur, et quidquid ex Graeco scriptore expromtum fuerit modo ne sit corruptum statim probum quoque esse et sincerum putant. Quod longe secus est, ut saepe in multis scriptoribus Graecis magno argumentorum et exemplorum numero demonstrasse me arbitror. Nunc in uno idem diligenter et copiose ostendere iuvat. Si quis inter legendum hoc aget facile animadvertet verbi ζῆν apud probatos scriptores, qui non ἀττικῶς sed ἀττικιςὶ scribant, has solas formas esse in stabili et perpetuo omnium usu. In praesenti tempore et imperfecto:

ζῶ, ἔζων, ζῇ, ζῴην, ζῶ, ζῆν, ζῶν, ζῶντες.

in futuro:

βιώσομαι tantum non ubique.

ζήσω semel et iterum apparet apud Aristophanem et Platonem.

in aoristo:

ἐβίων. βιοίην. βιῶ, -ῷς, -ῷ. βιῶναι. βιούς. βιόντες.

in perfecto:

βεβίωκα. βεβιωκέναι. βεβιωκώς.

in perfecto passivo:

βεβίωταί μοι, τὰ ἐμοὶ βεβιωμένα.

His igitur formis solis constanter utuntur Veteres omnes. Sequiorum vitiosa ac negligens συνήθεια has novas formas addidit. In praesenti et imperfecto:

βιῶ (βιοῖς βιοῖ). ἐβίουν. βιοίην. βιῶ. βιοῦν. βιῶν, βιοῦντες,

in futuro: ζήσομαι.

in aoristo ἐβίωσα. βιῶσαι. βιώσας. et ἔζησα.

et vitiose admodum ἔζην, ζῆθι et ζῆναι.
in perfecto ἔζηκα, ἐζηκέναι, ἐζηκώς.

Has igitur formas et veteres et novicias inter sese temere miscent et caeteri omnes recentiores et Dionysius noster. Praeterea librarii centum modis omnia haec turbant et confundunt. ἔζων depravatur in ἔζην, ζῴης et ζῴη in ζώοις et ζώοι Homerica, ζῇ in ζῆθι, βιοίην in βιῴην, βιῶναι in βιῶσαι, βιόντες (βιούς) ἀναβιόντες in βιοῦντες. Nonnumquam etiam optimo cuique Veterum obtrudunt suas sordes sicubi locus aut lacuna hiaret aut alioqui mancus aut corruptus esset.

Diphilus dixisse putatur in Stobaei *Floril.* 105. 47.

βιοῖ γὰρ οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται τρόπον.

et turpissime in Euripidis fragmento apud Stobaeum *Floril.* 29. 14. legitur:

οὐκ ἔστιν ὅστις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὔκλειαν εἰσεκτήσατ' ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

Lacuna est stulte expleta, ut tam multae sunt apud Stobaeum. Ne sententia quidem sana est: verissime enim Veteres existimabant *labores* et indefessam industriam *vitae suavitatem* (τὸ ἡδέως ζῆν) augere, sed opinatus est sciolus τὸ ἡδέως βιοῦν esse *vitam inertem transigere.*

De Euripidis fragmento dicam alio loco; nunc hoc unum urgeo βιοῦν pro ζῆν ab Euripide dici non potuisse.

Audiamus nunc Dionysium quid dicat. Saepe componit se ad exemplum Veterum, quos tam sedulo triverat. Saepissime dicit ζῆν βίον γεωργικόν (299), ταλαίπωρον (2002), αὐτουργόν (2037), βίον Ἕλληνα ζῶντες (233), ζῆτε βίον ὃν ἂν προαιρῆσθε (1224), ἰδιώτην βίον ζῆν (853) et sim. In futuro (1424) εἰ μὴ μετὰ τούτων ἐμέλλετε τῶν ἀγαθῶν βιώσεσθαι. In aoristo (1622) ἐκεῖ πάντα τὸν λοιπὸν ἐβίω χρόνον. et (1058) τὸν ὀλίγον ἔτι χρόνον ἥδιστον βιῶναι. et (1630) οὐκ ἀνέξομαι — τὸν ἐλάχιστον βιῶναι χρόνον. et (1089) βραχύν τινα ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπιβιοὺς ἀποθνήσκει. et (1767) οὐ πολὺν ἔτι χρόνον ἐπιβιοὺς ἀποθνήσκει.

In perfecto (651) *ἀνδρὸς ἓν καὶ ἐνενήκοντα βεβιωκότος ἔτη.* et in perfecto passivo (666) *βεβίωται γὰρ ἤδη μοι καὶ πρὸς ἀρετὴν καὶ πρὸς εὐδοξίαν ἀποχρώντως.* Sed multo saepius ad aequalium *συνήθειαν* delapsus dixit in futuro (1574) *τίνα βίον ζήσομαι;* et ΙΘ. 248. *βίον ζήσομαι.* et in aoristo (716) *διεζήσαμεν,* et (520) *βιῶσαι,* (584) *ἐπιβιώσας,* (743) *ἐπιβιώσασα,* ΙΘ. 249. *βιώσαντες,* et in perfecto (1009) *ἐζηκότας,* quae forma reponenda (1446) ubi est *βίον ἐζηλωκὼς σώφρονα,* imo vero *ἐζηκώς,* ut (956) *σώφρονα καὶ αὐταρκῆ — βίον ζῶν.* Etiam pag. 1616 et 2300 restituendum esse *ἐζηκότα* et *ἐζηκόσι* pro *ἐσχηκότα* et *ἐσχηκόσι* suo loco annotavimus.

Passim in simili re Dionysium similiter errare atque adeo non esse idoneum antiquae et sanae Graecitatis testem et auctorem mihi quidem nunc satis demonstratum esse ratus caetera de genere hoc lubens aliorum praesertim iuniorum industriae et ingenio observanda et enucleanda relinquo.

Scribebam
Lugduni-Batavorum
m. Martio 1877.

AD DIONYSIUM HALICARNASSENSEM.



DIONYSII HALICARNASSENSIS Antiquitatum Romanarum quae supersunt recensuit ADOLPHUS KIESSLING.
Lipsiae 1860—1870.

Multis nominibus novus Editor Frederici Ritschelii copiis usus egregie de DIONYSII *Antiquitatibus Romanis* meritus est, imprimis quod acutissime perspexit omnem Dionysiani operis emendationem ab Urbinate Codice esse repetendam.

Quatuor enim omnino sunt libri Mss. ex quorum fide Dionysii textus aut constitutus est aut constituendus; duo Parisini deterrimi COISLINIANUS (105) et REGIUS (1654); duo Romani URBINAS in Bibliotheca Vaticana et CHISIANUS in Chisiana domo (*Palazzo Chigi*) Romae servatus, vetustissimi et optimi ambo. Chisianus Urbinate antiquior in pulcherrimis membranis admirabilem in modum κεκαλλιγραφημένος apud Ritschelium et Ambrosium in tanto honore et pretio habitus est *„ut ad eius praecipue fidem scriptoris verba exigi posse existimarent"* (Kiessl. in praefat. pag. VI), sed est ea eximia laus Kiesslingii iuvenis (*„hac opera primum virium mearum feci periculum"*. praef. pag. VII) quod ausus est modeste dilecti praeceptoris in ea re auctoritatem deserere, quia optime intellexerat Urbinatem librum fide et auctoritate longe longeque Chisiano praestare. Itaque rectissime ille quidem omnem Dionysii emendationem et textus constitutionem Urbinati libro tamquam stabili fundamento superstruxit, sed non semper in ea re modum servans et contra vetustissimi

monumenti auctoritatem rationi parens nonnumquam optimas et verissimas lectiones et certa lacunarum supplementa in Codice Chisiano servata inconsulto sprevit. Dabo statim huius rei (tamquam criminis) luculentum argumentum et exemplum plura identidem infra daturus. Pag. 1563 Reiskii ad Coriolanum mater Veturia ita dicit: *ἐὰν σφαλῇς κατὰ τὸν πόλεμον — δι' αἰτίας* MEN *ἔσῃ παρὰ τοῖς παραδεξαμένοις σεαυτὸν ὡς μείζοσιν ἐπιχειρήσας πράγμασιν καὶ ἀδυνάτοις*. Pronomen reciprocum *σεαυτόν* manifesto soloecum est et praecedenti *μέν* nihil respondet. Praeterea in exitu loci *μείζοσι καὶ ἀδυνάτοις πράγμασιν* absurde copulantur. Criminosum est *ἀδυνάτοις πράγμασιν ἐπιχειρεῖν*, sed *μείζοσι πράγμασιν ἐπιχειρεῖν* magnorum virorum est et laudem eximiam continet. Scin' quid Dionysius scripserit? Nempe hoc: *δι' αἰτίας* MEN *ἔσῃ τοῖς παραδεξαμένοις*, *μέμψῃ* ΔΕ *καὶ αὐτὸς σεαυτὸν ὡς μείζοσιν ἐπιχειρήσας πράγμασιν* Ἢ *Δυνατοῖς*, ut diserte in Chisiano scriptum est. Qui Codicem Urbinatem descripsit unum archetypi versum negligenter omisit

ΜЄΜΨΗΙΔЄΚΑΙΑΤΤΟϹ

et alias res agens *ἢ 'Αδυνάτοις* pro *ἢ Δυνατοῖς* substituit, qui non infrequens in libris error est, et Kiesslingius KAI *ἀδυνάτοις* reponens auxit malum. *Μείζοσιν ἢ δυνατοῖς* eleganter et exquisite pro *ἀδυνάτοις* dicebant, ut in Platonis *Cratylo* pag. 438. *b.* *οἶμαι μὲν ἐγὼ — μείζω τινὰ δύναμιν εἶναι ἢ ἀνθρωπείαν τὴν θεμένην τὰ πρῶτα ὀνόματα τοῖς πράγμασιν.*

Ex his et multis similibus locis liquido colligimus scripturas Chisiani libri quamquam ut plurimum deteriores et sublestioris fidei tamen semper diligenter esse excutiendas ecquid forte veri contineant, quia saepe hic liber ipso iudice Kiesslingio solus Dionysii manum nobis servavit, idque saepius etiam evenisse quam Editori visum est infra multis exemplis ostendam.

In ea quoque re admiror sanum ac sobrium Kiesslingii iudicium, quod Lapi versionem „*cum ex apographo Codicis Urbinatis expressam esse*" intellexisset prorsus negligendam esse statuit, et sic permultas prorsus inutiles et futiles suspiciones compendifecit. Quam vellem olim Critici in Platonis et Plutarchi versionibus idem fecissent.

In corrigenda Dionysii oratione permulti et olim et nunc felicissimam et utilissimam operam posuerunt. Palmariae quae-

dam sunt Stephani et Casauboni emendationes, multa Fridericus Sylburgius in integrum restituit nimiis ille quidem laudibus celebratus a Niebuhrio [1]) δείνωσιν in talibus amante, bonus tamen Criticus et quid Graecum sit quid non sit optime sciens, sed nihil ad Reiskium. Plurimum enim Dionysio Reiskius profuit, cuius *„emendationes vere aureas"* summo iure Editor praedicat. Complura debet Dionysius Ritschelio, Ambrosio, Sintenisio, Meinekio, aliis, multa denique Kiesslingio et amicis. Cernitur hic illic aliqua παραδιόρθωσις aut levior suspicio subito nata et paullo calidius statim recepta, sed *ubi plura nitent* facile id ferimus, et est haec monumentorum veterum felicitas ut sint complures qui ea restituere et labem et vulnera sanare et menda eximere possint, sed nocere iis nemo possit. Namque *emendationes*, id est correctiones certae et evidentes, solae ferunt aetatem, suspiciones infelices aut incertae cito moriuntur. Laudabili autem industria Editor omnia quae facerent ad pristinum nitorem *Antiquitatum* libris restituendum conquisivit et ordine disposuit et quidquid in his esset verum aut simillimum veri recepit in textum, ut verissimum sit quod in Praefatione dixit: *„Dionysium innumerabilibus fere locis emendatiorem proponere mihi licuit"*. Sed non plane cum his congruit quod pag. VII scribit: *„Codicum fidem secutus inconstantiae cuiusdam vitium effugere saepe nec potui nec volui. Quod vel maxime cadit in omne genus orthographicum cum in scriptore aetatis recentioris, praesertim in re per se tam dubia atque incerta, eorum qui nuper Cobeti aliorumque vestigiis insistentes omnia ad unam eandemque regulam revocarunt exemplum sequi noluerim"*. Non est mihi plane perspicuum cur tandem reprehendantur illi qui omnia *ad unam eandemque regulam* (ἀναλογίαν) revocent, namque omnes, qui in scribendo utuntur ea lingua quam plane cognitam habent, idem et fecerunt et faciunt. Unusquisque enim in orthographico quidem genere sibi diligenter constare solet, et idem Veteres etiam melius faciebant, sed factum est scribarum dormitantium supina negli-

1) *„Die zweite Ausgabe ist von Sylburg* 1586, *eine der vortrefflichsten Bearbeitungen eines alten Autors, die irgendwo nachzuweisen ist. — die Anmerkungen sind meisterhaft; — Kein Herausgeber hat so viel für seinen Schriftsteller gethan wie Sylburg für den Dionysius"*. Vorträge über Römische Geschichte Tom. I. pag. 41.

gentia et linguae antiquioris inscitia, cui suas loquendi sordes admiscebant, ut optimus quisque veterum scriptorum non τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν sed omnia turbare et confundere videatur. Iuvat eam rem luculentis quibusdam exemplis in clariore luce ponere. Ἀπολαύω habet apud Veteres aoristum ἀπέλαυσα et perfectum ἀπολέλαυκα. Leguntur haec sexcenties apud omnes. Παρανομεῖν habet παρΕνόμουν et παρΕνόμησα. Verbi ἐγγυᾶν apud Veteres imperfectum est ἘΝΕγύων, aoristus ἘΝΕγύησα, perfectum ἘΓΓΕγύηκα et ἘΓΓΕγύημαι. Ἐγκωμιάζειν in imperfecto et aoristo sonat ἐνεκωμίαζον et ἐνεκωμίασα, in perfecto ἐγκεκωμίακα. Quid scribae? Pro ἀπέλαυσα substituunt ἀπήλαυσα, ἀπήλασα credo ἔναυλον habentes, pro ἐνεγύων et ἐνεγύησα in libris scribi solet ἐνεγγύων et ἐνεγγύησα (apud Dionysium editur ἐνεγγύησε pag. 444, 642, 710 et ἐνεγγυησάμενος 2230. sed recte ἐνεγυήσατο 2227. et ἐγγεγυημένην ἑτέρῳ 2228); pro παρενόμουν fere constanter παρΗνόμουν nobis obtrudunt, et ubi fuerat ἐνεκωμίαζον recte scriptum nunc ἐνεγκωμίαζον legitur. Sunt haec, opinor, certa et indubitata scribendi vitia. Nam quo tandem pacto ex ἀπο-λαύω ἀπήλαυσα nasci umquam potuit aut παρηνόμησα ex παρα-νομεῖν? Pullulant tamen hae ineptae scripturae apud optimum quemque et in optimo quoque et vetustissimo Codice. Pullulant etiam apud poëtas ingulato metro. Licetne igitur haec omnia *ad unam eandemque regulam revocare* an non licet? Dubitare licet, namque Editor ad pag. 20 ἀγαθῶν ὅσων ἀπέλαυσα annotavit: „ἀπήλαυσα B. *quam formam et hic et aliis locis* (II. 55, 76) *ubi Urbinas liber eam exhibet me sprevisse doleo*". Sed admonitus, opinor, mutabit sententiam.

Quemadmodum ἀπήλαυσα pro ἀπέλαυσα manifesto mendose scribitur, sic apud Dionysium et aliae formae circumferuntur, quas non minus esse vitiosas liquido constat. Potiores quasdam verbo notare satis esto.

Vera lectio	vitiosa.
ἀνάπλεῳ	ἀνάπλεοι
ἠνεσχόμην	ἀνεσχόμην
εὕρημα	εὕρεμα
καθῆραι	καθᾶραι
καλινδεῖσθαι	κυλινδεῖσθαι
Μυτιλήνη	Μιτυλήνη

ὀφλών, ὀφλόντες	*ὄφλων, ὄφλοντες*
Συρακόσιος	*Συρακούσιος*
Τίβερις Τιβέριος Τιβέρι.	deceptus a Codd. Editor *Τέβερις* scribit et nonnumquam *Τεβέρεως*. Sequioris aetatis haec scriptura est, unde manavit hodiernum nomen *il Tevere* et *il Trastevere* (regio Transtiberina).
τιθασός, τιθασεύειν	*τιθασσός, τιθασσεύειν*
φιλόνικος, -ία, -εῖν	*φιλόνεικος, -ία, -εῖν*
χρέως, ὑπόχρεως, ἀξιόχρεως	*χρέος, ὑπόχρεος, ἀξιόχρεος.*

Nominum Latinorum in *-ulus* et *-ulum* exeuntium *Proculus*, *Ianiculum*, *Corniculum* Graeca forma est Πρόκλος, Ἰάνικλον, Κόρνικλον et similium omnium. Itaque *Proclus* error est pro *Proculus*, ut et Βίβλος, Κάτλος et sim. constanter omnes dicebant.

In I subscripto saepe libri peccant. Scribendum est *ᾑών*, *ᾔθεος*, *λῄζομαι*, *ᾀθῷος*, *Τρῳαί*, *Τρῳάδες*. Editor dedit *ἠϊών*, *ἠΐθεος*, *ληΐζομαι*, *ἀθῶος*, *Τρωαί*, *Τρωάδες* omnia vitiose. Omitti solet I in deminitivis in -ΩΙΟΝ et -ΗΙΔΙΟΝ exeuntibus ut in *γήδιον*, *ἡρῷον* et sim. Omnia haec ad certam et perpetuam analogiam sunt revocanda.

Sed hi omnes tenues errores sunt prae loquendi vitiis quae ab ipso Dionysio commissa esse satis constat. Dionysius enim, qui in Atticis Oratoribus, Historicis, Philosophis legendis et diiudicandis aetatem contriverat, qui Thucydidem, Demosthenem, Platonem tenebat memoriter, qui et caeteris et sibi egregie *ἀττικίζειν* videbatur, nihilo minus in multis spreta Attici sermonis ratione et usu vitiosam aequalium loquendi consuetudinem (*τὴν συνήθειαν*) securus sequitur; cuius rei nunc unum sed evidens argumentum et exemplum proponam plura deinceps in perlegendo Dionysio prolaturus.

Verbum *αἱρεῖν* cum compositis *ἀναιρεῖν*, *ἐξαιρεῖν*, *καθαιρεῖν*, *ἀφαιρεῖσθαι*, *διαιρεῖσθαι*, *ἐξαιρεῖσθαι*, *προαιρεῖσθαι*, habet in Attica et apud Veteres omnes futurum *αἱρήσω*, *ἐξαιρήσω*, *καθαιρήσω*, *αἱρήσομαι*, *διαιρήσομαι*, *ἀφαιρήσομαι*, *διαιρήσομαι*, *ἐξαιρήσομαι*, *προαιρήσομαι* cett. Graeculi sequioris aetatis falsam analogiae

speciem secuti ex aoristo ἑλεῖν et ἑλέσθαι novam finxerunt futuri formam ἑλῶ et ἑλοῦμαι, cuius apud Dionysium haec exempla vide.

pag.	819.	μεσοβασιλέα ἑλοῦμαι.
IΘ.	248.	ἀφελεῖ.
	2122.	ἀφελεῖται.
	2170.	ἀφελεῖσθε.
	310.	ἀφελούμεθα.
	1132.	ἀφελούμενοι.
	1626.	ἀνελεῖ.
	2198.	ἀνελοῦμεν.
	1581.	ἀνελούντων.
785.	786.	διελεῖται.
	1443.	ἐξελεῖ.
1719.	2110.	ἐξελοῦντες.
	286.	ἐξελούμενοι. alii ἀξιούμενοι.
	1813.	καθελοῦντες.
	1087.	προελεῖσθαι.

Praeter has formas novitias et vitiosas Dionysius sexcenties utitur formis antiquis et probis, et modo Veteres imitatur modo perversam aequalium συνήθειαν sequitur. Idem saepe facit in aliis, de quibus infra erit dicendi locus.

Oratio qua Dionysius utitur maximam partem manavit ex lectione veterum scriptorum, in quibus totus fuerat anteaquam antiquissimae historiae Romanae conscribendae ceperat consilium. Conflata est igitur Dionysii dictio ex optimo quoque scriptore Attico, sed multa poëtica et Herodotea iis admiscuit, quibus tamquam gemmulis sua scripta distinguere et ornare se credebat, iisque non pauca plebeia et de trivio sumta intexuit, et in his compluscula a Romanis male Graece loquentibus sumta, quibuscum tot per annos Romae una vixerat.

Indicabo primum insigniora quaedam, pauca de multis, quae ex lingua Homerica aut Herodotea tamquam lumina orationi suae illustrandae adhibuit, deinde ostendam quae ex prava Romanorum dicendi consuetudine plane abhorrentia ab antiquae Graecitatis ratione et usu βεβαρβαρωμένος χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις in suam dictionem incautus receperit. Simplicissimum,

credo, erit potiora quaedam de illo genere primum *κατὰ ϛοιχεῖον* sub uno conspectu ponere. Sunt autem haec:

ἀδημονεῖν (pro *ἀπορεῖν*).
ἀθέμιτος (pro *ἀνόσιος*).
ἁμαρτάς (pro *ἁμαρτία*, *ἁμάρτημα*).
ἀμφίπολοι.
ἀνοκωχαί (pro *ἀνοχαί*).
ἀποσκιδνάμενοι.
ἀπτῆνες νεοττοί.
ἄχαρις συμφορά.
βοτῆρες.
γεινάμενοι (*οἱ*).
γειναμένη (*ἡ*).
διαλλακτῆρες.
δίκας τίνειν (pro *δίκην διδόναι*).
δοτῆρες.
δυσποτμία (pro *δυϛυχία*, *ἀτυχία*).
δύσποτμος.
ἔγκοτον.
ἐγκυρήσαντες (pro *ἐντυχόντες*).
ἐδωδῆς.
ἐκπαγλούμενοι (*ἐκπλαγέντες*).
ἐλαϛρηθέντες.
ἐμάϛευεν (pro *ἐζήτει*).
ἐνετείλατο (*ἐκέλευσε*, *προσέταξεν*).
ἐπερρόθησαν (*ἐπεσημήναντο*).
ἐπιϛρεφής et *ἐπιϛρεφῶς* (Herodotus *ἐπιϛρεφέως*).
εὐπετής et *εὐπετῶς* (pro *ῥᾳδίως*) Herodotus *εὐπετέως*.
εὐποτμία (*εὐτυχία*).
ἐχόμενα (*τροφῆς*).
θαμινά (*πολλάκις*, *συχνάκις*).
θεοπρόπους (pro *θεωρούς*).
θεοπρόπιον (pro *χρησμός*, *λόγιον*).
θέσφατα (*χρησμοί*).
κερασθῆναι, *ἐπικερασθῆναι*, *συγκερασθῆναι* (pro *κραθῆναι*). In perfecto constanter *κέκραμαι*.
κλέος (*εὔκλεια*, *δόξα*).
κότον.
κυδαίνοντες, *κυδαίνουσα*.
λιτάς (*ἱκετείας*).
μάϛευσις (pro *ζήτησις*).
μελεδωνοί (pro *ἐπιμεληταί*).
μένος (*θάρσος καὶ*).
μετανάϛας (pro *μετοίκους*).
μετάφρενα (pro *νῶτα*).
μόρος *nex*, *mors violenta*, *οἴκτιϛος μόρος*.
οὐ φρενήρης (*μαινόμενος*).
παρεπλάγχθη.
παρῴχηκεν.
πέπρωται (*εἵμαρται*).
πίσυνος (*πεποιθώς*).
πληθύς (*ἡ*), *πληθὺς ἐπιβοῶσα*.
σέλα (*λαμπηδόνες*).
σινόμενος (pro *βλάπτων*) et *ἀσινής* (*ἀβλαβής*).
συγκύρημα.
συμφέρεται (*ἐπὶ τὰ κρείττω*).
συνίϛορα ποιεῖται (*ἀνακοινοῦται*).
τίνειν δίκας (*καλάς*).
ὑπομαργότερος.
χερνήτης (pro *πένης*, *ἄπορος*).
χόλος (*ὀργή*).
ᾠκημένοι (pro *οἰκοῦντες*).

Contraria sunt his et plane opposita quae sumsit ex Romanorum sermonibus. Scribit in praefatione *didicisse se linguam*

Latinam et saepe se cum doctis Romanorum antiquariis una fuisse (pag. 21. *χρόνον ἐτῶν δύο καὶ εἴκοσιν ἐν Ῥώμῃ διατρίψας διάλεκτόν τε τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐκμαθὼν — καὶ τὰ μὲν παρὰ τῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν οἷς εἰς ὁμιλίαν ἦλθον διδαχῇ παραλαβὼν, τὰ δ' ἐκ τῶν ἱϛοριῶν ἀναλεξάμενος κτέ.*). Romani autem quum Graece loquerentur aut scriberent non solebant Graeci sermonis sinceritatem incorruptam servare, ut apud nostrates et vicinos nostros si qui Gallica lingua quam sua in scribendo uti malunt in multis impingunt, ac nemo fere eorum, etiam qui id prae caeteris egregie facere putantur, ad Gallorum venustatem ac nitorem adspirare potest. Pessime autem omnium et ineptissime illi faciunt qui quae ex linguae vernaculae usu mente conceperunt utcumque vocabulis Gallicis vestiunt. Eadem plane vitia sunt Romanorum ubi aliquid Graece formare conantur. Quam sui dissimilis Cicero est si quid in Epistolis Graece scribit. Quam parum Graeci moris et Graecae elegantiae est in Frontonis epistolis Graecis. Quam ieiuna est Marci Antonini oratio *ἐν τοῖς εἰς ἑαυτόν*. Non memini me stolidiorem orationem et ineptiorem stilum vidisse umquam quam quo utitur Aelianus Praenestinus, nisi forte sunt Scta in linguam Graecam ita conversa ut spreta omni Graecitatis proprietate verbum verbo respondeat, quale est Sctum de Thisbensibus nuper repertum. Multum abest ut Dionysius ea labe careat, ut paucorum exemplorum delectu demonstrabo. Quum vellet dicere „*tribunis plebei Senatum convocare et sententiam in Senatu dicere ius non erat*" his verbis usus est pag. 2071. *τοῖς δημάρχοις βουλὴν συνάγειν ἢ γνώμην ἀγορεύειν οὐκ ἐξῆν*. Multis locis in re eadem Graecum loquendi morem sequutus scribit *ἀποφαίνομαι τὴν γνώμην* vel *ἀποδείκνυμαι τὴν γνώμην*, sed non minus frequenter Romano more eum *γνώμην ἀγορεύειν* (2072) aut *γνώμας ἀγορεύειν* (2165. 2167. 2172) aut *ἐπειδὴ αἱ γνῶμαι ἠγορεύθησαν* aut similia audies dicentem. *Sententiam ferre* de iudice Graece dicitur *τίθεσθαι* aut *φέρειν τὴν ψῆφον*. Dionysius idem appellat *φέρειν τὴν γνώμην ὥσπερ ἐν δικαϛηρίῳ* (1397), et *οἴσετε τὰς γνώμας* (1399). *Sententiam rogatus* ab eo dicitur *γνώμην ἐρωτηθείς* (2125), et *primus sententiam rogatus πρῶτος ἐρωτηθεὶς γνώμην* (2060). *In utramque partem disserere* apud eum dicitur *ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη λέγειν* (1843) et *provocatio ad populum ἡ ἐπὶ τὸν δῆμον*

πρόκλησις (1401) et *sub hasta vaenire* ὑπὸ δόρυ πωλεῖσθαι (696) et *veniam impetrare* ἐπιτροπὴν λαβεῖν (331). *Somno se dedit* vertit ἔδωκεν ἑαυτὸν ὕπνῳ, (98) et *quieti se dantes* ἀναπαύσει τὰ σώματα δόντες (1809). *Reddere* pro *efficere* ei est non Graeco more ἀποδεῖξαι, sed Romano ἀποδοῦναι, veluti μαλθακὸν ἀποδέδωκεν (715) et μετριωτέραν ἀποδώσετε (1350) et σωφρονέστερον ἀποδοῦναι (1756). *In capita*, veluti *tributum conferre in capita, sextantibus collatis in capita*, non dubitavit Graece vertere κατὰ κεφαλήν, ut pag. 675 et 750 κατὰ κεφαλὴν δραχμὰς δέκα εἰσφέρειν, et pag. 902. *Bonum animum habere* Graece dicitur θαρρεῖν, apud Dionysium pag. 311. ἀγαθὴν διάνοιαν ἔχειν. *Male velle alicui* Graecis est κακόνους εἶναί τινι, Dionysio pag. 463. κακῶς τινὶ βούλεσθαι. *In eius locum praetor creatur* Graece dicitur ἀντ' ἐκείνου στρατηγὸς ᾑρέθη, apud Dionysium pag. 416. εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἀποδείκνυται στρατηγός. Haec omnia igitur et complura his similia ex Romanorum dicendi consuetudine sumsit vitiose admodum et perverse, Graeci loquendi moris non ignarus sed immemor.

Non est alius scriptor Graecus quam Dionysius ad emendandum facilior. Non facile apud alium quemlibet reperies tam multas et tam manifestas et certas locorum corruptorum correctiones. Multa de genere hoc iam pridem occupata sunt, sed tamen minime pauca si quis hoc agit et bene Graece scit reperienda supersunt. Modeste et verissime Kiessling in Praefatione pag. I ita scripsit: „*ea est horum monumentorum conditio ut is quoque qui minus ingenio atque doctrina valeat tamen facili negotio optime de eis mereri possit.*" Huius rei non una causa est. Primum Dionysius natura et ingenio, fortasse etiam aetate, paullo loquacior, non solet variandae orationis gratia idem aliis atque aliis modis dicere conari, sed fere τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγει. Itaque quicumque eius locutiones dicendique formulas longo usu et saepe repetita lectione in promptu et in numerato habet facili negotio id quod est uno alteroque loco scribarum socordia vitiatum aut turbatum ex locis compluscuIis, ubi idem emendate scriptum exstat, scriptoris manum certo iudicio indagare ac restituere potuit et poterit. Praeterea quum sit Dionysius ex deterrimis libris et omni mendorum genere commacu-

latis in lucem primum editus, factum est ut postea duo libri optimi et emendatissime scripti Romae reperirentur, unde loci innumerabiles in integrum sunt restituti, lacunae expletae, insulsa et absurda emblemata eiecta et nullum non mendorum genus manifesto deprensum et sublatum Quemadmodum autem omnis certa et evidens emendatio novas emendationes in simili errore ac fraude parere solet, sic unaquaeque correctio in fidelioribus Codicibus reperta praefert lucem ubi aliquid latet similiter corruptum similiterque emendandum. Praestantissimi autem Codices, quibus tam multa et praeclara debemus, in tanto honore et pretio habentur non quia *sine vitiis sunt*, sed quia multo *paucioribus* urgentur quam deteriores, unde olim tota crisis Dionysiana pendebat. CHISIANUS et praesertim URBINAS mille locis claram lucem attulerunt, sed nihilominus et ipsi mille aliis locis scripturas aperte mendosas exhibent. Scriptus est uterque liber a dormitante et indocto librario, qui quoniam eorum quae ex Codice uncialibus literis exarato describebat aut parum aut nihil intelligebat, in alios atque alios errores eosque admodum ridiculos et ineptos se induit. Satis est Kiesslingii *Apparatum Criticum* vel obiter inspicere ut intelligas quam flagitiosa vitia utrumque celebratum Codicem deturpent.

Dabo de plurimis pauca exempla.

			Scriptura Codicum.	vera lectio.
pag.	1.	3.	Kiessl. 'ΑναξίΛΑΟC	'ΑναξιΜ(ένης)
	11.	27.	ἀλλὰ ταῖς.	ἀλλαγαῖς.
	12.	28.	δὴ λέγω.	Λελέγων.
	30.	10.	ἀπολελαυκότες.	ἐληλακότες.
	35.	5.	φησὶ.	σφίσι.
	40.	2.	λυδοὶ.	αὐλοί.
	52.	13.	καὶ μόνον.	σεμνόν.
	65.	3.	καὶ ἐπι.	Καιήτῃ.
	74.	7.	ἔθηκαν.	ἔθη καί.
	108.	19.	εἰσταβίους.	εἰς Γαβίους.
	114.	19.	παρεντάλια.	Παρίλια.
	260.	22.	οἴκτισα.	οἱ κτισαί.

et sic passim per reliquos libros omnes.

Praeterea uterque liber passim lacunis et lacunulis hiat ex Codice descriptus longa vetustate perroso, detrito, lacerato. His

igitur omnibus malis ita medendum est ut vitiis aut a bono Critico correctis aut ex bono Codice sublatis utamur ad detegenda et redarguenda reliqua, quae adhuc acutos Criticorum oculos fefellerunt. Namque nihil est in hoc genere praeclarius et ad fidem faciendam etiam iis qui Criticam artem non amant efficacius quam palaeographica *ἐνάργεια*. Colligitur autem eximium hoc criticae facultatis subsidium et adiumentum maxime ex ipsa vetustiorum Codicum tractatione diuturna, deinde ex bonarum emendationum observatione. Habet autem hoc palaeographicae *ἐναργείας* diuturna animadversio ut non tantum verum reperiri sed etiam ut vera ea esse demonstrari possit. Ferit enim in his animum vis repertae veritatis neque ullam dubitationem in animo haerere patitur. Iuvat paucis quibusdam exemplis rem in clara luce ponere. Sexcenties in libris quibus utimur factum est ut in corrupto loco semidoctus corrector ipsam vitii sedem non animadverterit sed temeraria *παραδιορθώσει* scripturam veterem interpolaverit auxeritque malum. In his si quis acutius cernens aegram loci partem perspexerit et sanaverit, continuo inficeta interpolatio aut inutile additamentum omnium oculis patet. Edebatur apud Dionysium pag. 516. *ἀποκτείναντα τὸν βασιλέα — καὶ τῶν ἄλλων ὅσους ἔτυχ*ΕΝ ΕΙΝΑΙ *πῦρ [ἐμβαλεῖν] εἰς τὴν οἰκίαν*. et pag. 316. *τὸν ϛρατὸν ἦγε διὰ τῆς χώρας οὐδὲν* ΟΙ*όμενος [βλάπτειν] τῶν κατὰ τοὺς ἀγρούς*. et pag. 528. *τῶν Οὐιεντανῶν — τὰς* ΑΛΛΑΣ *[πόλεις] ἀξιούντων ἀπολαβεῖν ὧν ἐπὶ Ῥωμύλου — ἀπέϛησαν*. et pag. 1007. *πόλεων Ἑλληνίδων ἔργα διεξιὼν ὅσαι μαλακισθεῖσαι* ΔΙΑΚΑΙΡΟΥΣ (*δι᾽ ἀκαίρους*) *τινὰς [ἀφορμὰς] — οὐκέτι — ἀνελεῖν αὐτὰ δύναμιν ἔσχον*. et pag. 1526. *πρὶν* ἝΚΑΣΤΑ *γενέσθαι [δῆλα] Ῥωμαίοις τὰ βουλεύματα*. et pag. 1988. *οἱ δὲ δήμαρχοι σφᾶς μὲν αὐτοὺς οὐδὲν ἔλεγον* ἈΝ*άξιον [δρᾶν] οὔτε ἄδικον οὔτε ἀσύμφορον*. In omnibus his locis *corruptelam secuta est interpolatio*, sed fraudes hasce omnes ad unam duo optimi Codices aperuerunt. Nempe in primo loco dederunt: — *ἔτυχ*ΕΝ ΕΝΕΙΝΑΙ *πῦρ εἰς τὴν οἰκίαν*. Notum est *ἐνιέναι πῦρ iniicere ignem*, ut pag. 559. *πῦρ ἐνεῖναι ταῖς ὕλαις*.

In secundo loco vera lectio est in AB servata *οὐδὲν* ΣΙΝ*όμενος τῶν κατὰ τοὺς ἀγρούς*. Stipes qui sibi *οἰόμενος* pro *σινόμενος* videbatur videre *βλάπτειν* stolide inseruit. Ecquid enim est absurdius in tali re quam *οὐδὲν οἰόμενος βλάπτειν*?

In tertio loco verum est τὰς 'ΑΛΛC (ἀλλὰς) ἀξιούντων ἀπολαβεῖν. Viden' quam leviter et impudenter sciolus nescio quis πόλεις addiderit *de suo* id est *de nihilo?*

In quarto loco in ΔΙΑΚΑΙΡΟΥC τινάς inerat διὰ καιρούς τινας, ut Dionysio consuetum est dicere, veluti pag. 1033 ὅταν ἀπορραγῶσιν ἅπασαι (αἱ ἐλπίδες) διὰ καιρούς τινας, et pag. 817. πλὴν εἰ μὴ κατὰ καιρούς τινας. Qui aliud agens δι' ἀκαίρους τινάς scripserat nomen abesse ratus ἀφορμάς suo Marte addidit.

In quinto loco manum Dionysii A B servarunt hanc: πρὶν ἜΚΠΥCΤΑ γενέσθαι 'Ρωμαίοις τὰ βουλεύματα. Abierat ἔκπυστα in ἔκΑστα quo facto nescio quis δῆλα ex levissima suspicione addendum esse opinatus est.

In ultimo denique loco antiqua et sana scriptura ex duobus optimis testibus haec prodiit: οἱ δὲ δήμαρχοι — οὐδὲν ἔλεγΟΝ 'ΑΞΙΟΥΝ οὔτε ἄδικον οὔτε ἀσύμφορον. Postquam ex errore natum est ἔλεγον ἀνάξιον insigni temeritate nescio quis δρᾶν interposuit. Similis huic locus est pag. 1168. εἰς ἐπιεικεστέρας συγκαθήσουσιν αἱρέσεις οὐδὲν ἀξιοῦντες οὔτε τῶν αἰσχρῶν οὔτε τῶν ἀδυνάτων.

In omnibus his locis, ut vides, fraus manifesta tenetur. Homunciones nihili levissime textum antiquum interpolaverunt. Et hae quidem fraudes patent, sed latent aliae plane his similes, sed quicumque illorum errorum memor in locum eiusdemmodi mendo vitiatum inciderit paratam habebit emendationem, ut infra nonnullis exemplis ostendemus.

Subiiciam nunc locos nonnullos ubi vetus mendum ex similium locorum emendate scriptorum comparatione manifestum tenetur et certa correctione tollitur.

'Εναντία τίθεσθαι τὰ ὅπλα.

Editur apud Dionysium pag. 1861. ὁ μὲν οὖν Ἄππιος ἐπὶ τὰ ὅπλα καλεῖν γνώμην ἐδίδου τοὺς βουλομένους σώζεσθαι τὴν πάτριον πολιτείαν, εἰ δέ τινες ἐναντιωθήσονται σφίσι [πρὸς] τὰ ὅπλα τούτους ἐν πολεμίων ποιεῖσθαι μοίρᾳ. In Urbinate πρός a prima manu omissum a futili correctore interpositum est, nam luce clarius esse existimo olim sic scriptum fuisse: εἰ δέ τινες ἐναντίΑ θήσονται σφίσι τὰ ὅπλα. Sumsit hoc loquendi genus Dionysius ab Herodoto et Demosthene, quorum ille dixerat V. 74.

Πελοποννησίοισι — ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα, et Demosthenes pag. 624. 15. οὔτε γὰρ ὑμετέρῳ ϛρατηγῷ ἐναντία θήσεσθαι τὰ ὅπλα ἔμελλεν ὁ Βιάνωρ. Eodem modo locutus erat Lucianus in *Navigio seu Votis* cap. 32. ubi editur: οὐδεὶς γὰρ ὁ ἐναντιωθησόμενος ἡμῖν τὰ ὅπλα. Correxeram in *Var. Lectt.* pag. 83. ὁ ἐναντίΑ θησόμενος ἡμῖν τὰ ὅπλα, sed actum agebam. Dudum enim sic correxerat Dindorf. ad St. Th. Appius igitur censuerat *ut ad arma vocarentur omnes qui remp. salvam vellent*, *et si qui* armati obsisterent *hostium numero habendos*.

Περιορᾶν — ὑπερορᾶν — παρορᾶν.

In Dionysii libris, ut in omnibus reliquorum scriptorum, passim perinepte ex antiquis compendiis περί et παρά confunduntur etiam saepissime inter sese περί et ὑπέρ. Habent hoc sequiores ut ὑπέρ ponant eodem sensu quo veteres περί usurpabant, sed non contra. Non minus ineptum est Latine dicere DE *patria mori* aut *mori* DE *libertate* quam Graece ΠΕΡΙ τῆς πατρίδος aut ΠΕΡΙ τῆς ἐλευθερίας ἀποθανεῖν. Frequentissimum est in libris hoc vitium, sed vitium tamen. Eadem de causa in verbis compositis erratur. Editur pag. 969 ὡς σφῶν γε οὐχ ῾ΥΠΕΡοψομένων συγγενεῖς καὶ φίλους ἀφαιρεθέντας τὴν πατρίδα, et pag. 595. τῷ δήμῳ παρῄνουν μὴ ΠΑΡορᾶν ἄνδρα μιαρὸν ἱεροῖς προσφέροντα τὰς χεῖρας, et pag. 2011. μηδεμίαν ποιεῖσθαι ζήτησιν ἀλλ' ῾ΥΠΕΡιδεῖν ἔργον οὕτω μέγα καὶ μιαρὸν ἐπὶ τῷ δήμῳ συνιϛάμενον, et pag. 2080. (tribuni plebis) ἐδέοντο μήθ' ἑαυτοὺς τὰ ΑΙΣΧΙϛα πεπονθότας ῾ΥΠΕΡιδεῖν μήτε τὸν δῆμον ἀφαιρεθέντα τὴν ἐξ αὐτῶν βοήθειαν. Non est ulla controversia quin Dionysius scripserit οὐχΙ ΠΕΡΙοψομένων et μὴ ΠΕΡΙορᾶν et ἀλλΑ ΠΕΡΙιδεῖν et τὰ ἜΣΧΑτα πεπονθότας ΠΕΡΙιδεῖν. quia *pati* et *sinere* constanter περιορᾶν dicitur et apud reliquos omnes et apud Dionysium locis innumerabilibus.

Περιορᾶν (ut ὁρᾶν) cum participiis componitur praeterquam apud Thucydidem, qui τὰ κατημαξευμένα vitans saepius verbo περιορᾶν infinitivum addit. Hoc quoque nonnumquam Dionysius imitatur ut pag. 1058. γαμετὰς γυναῖκας οὐ περιοψόμενοι παθΕΙΝ πρὸς ἐχθρῶν ἀνήκεϛα, et pag. 1895. οὐ μὴν ὁ δῆμός γε ἠνέσχετο οὐδὲ περιεῖδεν [τὴν ὕβριν] ἄτιμον ἐκβληθῆναι τὸ σῶμα. Editor

τὴν ὕβριν post ἠνέσχετο transponebat, sed satius est plane supervacaneum vocabulum expungere. Pag. 382. Vestalis ait: μὴ περιίδῃς τὴν σεαυτῆς ἱέρειαν τὸν οἴκτιστον μόρον ἀποθανοῦσαν. Sic Kiessling edidit ex Chisiano Urbinas habet ἀποθανεῖν, quod cur repudietur nulla causa est.

Ἔσχατα — αἴσχιστα.

Saepissime haec inter se permutari in libris Mss. solent, sed nihil est facilius quam ea discernere et utra sit ubique scriptura verior constituere. Dicitur τὰ ἔσχατα παθεῖν *de ultimo supplicio* et παθεῖν τὰ αἴσχιστα de foeminis, *quibus* capta patria *per vim stuprum oblatum est.* Audivimus modo tribunos plebei orantes μὴ περιιδεῖν ἑαυτοὺς τὰ αἴσχιστα πεπονθότας, non hoc metuebant, sed τὰ ἔσχατα de capite et salute dimicantes. Rectissime contra legitur pag. 1585. γυναῖκας ἐπιδεῖν (τὰ) αἴσχιστα πασχούσας καὶ παῖδας εἰς ὕβριν ἀγομένους. Sine vitio legitur pag. 1051 οὐχὶ τοῖς μὲν ὑμῶν ὑπάρξει μηδενὸς πειραθῆναι δεινοῦ, τοῖς δὲ τὰ ἔσχατα παθεῖν, et pag. 1087. δίκαιοι μὲν ἦτε (sic leg.) τὰ ἔσχατα παθεῖν, sed mendose pag. 1010. ἐξ ὧν ὠφέλειαν μὲν οὐδεμίαν ἢ μικράν τινα κομιδῇ λήψονται, κακῶν δὲ κινδυνεύουσι τὰ ΑΙϹΧΙϹτα παθεῖν, et pag. 1865. εἰς ἀγῶνας ὑπὲρ τῶν αἰσχίστων καθιστάντες, ubi Kiessling. optime ἐσχάτων emendavit, sed quod ex Urbinate κινδύνων addidit non probo, quia plane idem est ἀγῶνες et κίνδυνοι, ut ἀγωνίζεσθαι et κινδυνεύειν.

Οὐδὲν ἐνδιδόναι μαλακόν.

Pag. 1346. dissentiunt patres; aliis leniora suadentibus, τῶν δὲ μηδὲν ἐνδιδόναι καὶ (καὶ omittunt duo optimi A B) μαλακίζεσθαι συμβουλευόντων. Sine controversia haec labem et vitium conceperunt. Μηδὲ μαλακίζεσθαι saltem ferri poterat, sed est plane idem quod μηδὲν ἐνδιδόναι, et quamquam est Dionysius loquacior paullo et verbosior tamen non solet verba ἰσοδύναμα sine ulla causa componere. Est autem Dionysius, ut diximus, multis de causis facilior ad emendandum quam sunt caeteri plerique, etiam propterea quod in dicendi usu non nova semper quaerit sed eadem de iisdem ponere amat et permultas habet

locutiones, quibus lubenter et frequenter in eadem re utitur. *Concurrere, confligere, proelium committere, manum conserere cum hoste* constanter apud eum est ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις, *iam antea* παλαίτερον ἔτι, *volo* ἐςι μοι βουλομένῳ, *iure caesum videri* νηποινὶ τεθνάναι sumtum a Demosthene et caeteris Oratoribus. Itaque si forte quid horum in mendosa lectione delitescit facili negotio certa emendatione ex reliquis locis, ubi idem mansit incorruptum, in integrum restituitur. Saepius exempli causa apud eum recurrit in legibus sacratis νηποινὶ (νηποινεὶ libri veteres) τεθνάναι, QUI IM OCCISIT SE FRAUDE ESTO, veluti pag. 258. ὅσους ἐβούλοντο νηποινὶ τεθνάναι, et pag. 1015. τὸν δὲ παρὰ ταῦτά τι ποιεῖν ἐπιχειροῦντα (QUI SECUS FAXIT) νηποινὶ τεθνάναι κελεύων, et pag. 1380. δεῖ τοὺς ταῦτα ποιοῦντας τεθνάναι νηποινί. Itaque pag. 2083. ubi in libris est: τοῖς νόμοις οἳ κελεύουσιΝ ἢ ποιεῖν ἢ τεθνάναι τοὺς ὑβρίσαντας τὰ τῶν δημάρχων σώματα, minime opus est Casaubonum esse ut continuo emendes quod ille occupavit: οἳ κελεύουσι ΝΗΠΟΙΝΕΙ τεθνάναι τοὺς ὑβρίσαντας (εἰς addendum) τὰ τῶν δημάρχων σώματα. Eodem igitur modo vitium loci, quo de agimus, tolli poterit. Homines pertinaces et obstinati a Dionysio dici solent οὐδὲν μαλακὸν ἐνδιδόναι, sumtum ab Herodoto, a quo plurima alia passim mutuatur. Herod. III. 51. Περίανδρος μαλακὸν ἐνδιδόναι βουλόμενος οὐδέν, et III. 105. τὰς δὲ θηλείας ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν. Aristophanes *Pluto* 487.

μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν.

Euripides *Helena* 508,

ἢν δ' ἐνδιδῷ τι μαλθακόν.

' Saepius apud Veteres non credo legi. Imitantur recentiores. Dio Chrysostomus VIII. 133. *b.* καὶ μηδὲν μᾶλλον ἐνδιδόντα, optime Ruhnkenius ad Timaeum pag. 101. μηδὲν μαλακόν reposuit. Idem XXXVII pag. 102. τῶν πορθμέων οὐδὲν μᾶλλον ἐνδιδόντων, rectissime Dindorf. ad St. Th. correxit οὐδὲν μαλακόν. Damascius apud Suidam v. Δομνῖνος laudatus a Ruhnkenio l. l. οὐδὲ ἐνδιδόναι τι μαλακόν. Audi Dionysium pag. 862. οὔτε ἄλλο μαλακὸν οὐδὲν ἐνδούς. pag. 1017. μηδὲν μαλακὸν ἐνδώσοντος τοῖς ἀπειθοῦσιν. pag. 1093. μηδὲν ἐνδιδόναι τῷ δήμῳ μαλακόν. pag. 1524. οὐκ ἂν ἐνδοίημεν ὑμῖν μαλακὸν οὐδέν. pag. 1542. οὔτε μαλακὸν ἐνέδοσαν οὐδέν. pag. 1734. οὐδὲν ἐνδώσοντα τῷ

δήμῳ μαλακόν. pag: 1819. οὔτε τὴν κληρουχίαν ἐπέτρεπον ἔτι αὐτῷ ποιεῖσθαι, οὔτ' ἄλλο ἐβούλοντο ἐνδιδόναι μαλακὸν οὐδέν. Redi nunc ad nostrum locum: τῶν δὲ μηδὲν ἐνδιδόναι (καὶ omittunt AB.) μαλακίζεσθαι συμβουλευόντων, nonne vides veram hanc scripturam perlucentem: μηδὲν ἐνδιδόναι μαλακΟΝ συμβουλευόντων. Nempe vetus lacuna imperite expleta est. Supererat:

ΜΗΔЄΝЄΝΔΙΔΟΝΑΙΜΑΛΑΚ * *

quod pro captu suo Graeculus sarcivit.

Φθείρεσθαι. περιφθείρεσθαι = φέρεσθαι. περιφέρεσθαι.

Pag. 1157. γύναια τῶν ἀποςατῶν καὶ παιδία νήπια καὶ γηραιοὶ ἐν ἐσθῆσιν ἐλεειναῖς καὶ σχήμασι πενθίμοις περιΦЄρόμενοι κατὰ τὴν ἀγοράν. Dionysius scripserat περιΦΘЄΙρόμενοι. Saepius ostendimus a scribis nil cogitantibus pro φθείρειν, ἐκφθείρειν, διαφθείρειν, φθείρεσθαι et περιφθείρεσθαι supponi φέρειν, ἐκφέρειν, διαφέρειν, φέρεσθαι et περιφέρεσθαι. Notabilis est locus Lycurgi κατὰ Λεωκράτους pag. 153. 1. ὁρᾶν δ' ἦν ἐπὶ μὲν τῶν θυρῶν γυναῖκας ἐλευθέρας [περιφόβους] κατεπτηχυίας καὶ πυνθανομένας [εἰ ζῶσι] τὰς μὲν ὑπὲρ ἀνδρός, τὰς δ' ὑπὲρ πατρός, τὰς δ' ὑπὲρ ἀδελφῶν ἀναξίως αὑτῶν τε καὶ τῆς πόλεως ὁρωμένας· τῶν δὲ ἀνδρῶν τοὺς τοῖς σώμασιν ἀπειρηκότας καὶ τὰς ἡλικίας πρεσβυτέρους καὶ ὑπὸ τῶν νόμων τοῦ ϛρατεύεσθαι ἀφειμένους ἰδεῖν ἦν καθ' ὅλην τὴν πόλιν ἐπὶ γήρως ὀδῷ περιφθειρομένους διπλᾶ θαἰμάτια ἐμπεπορπημένους. In libris est διαφθειρομένους sine sensu; veram scripturam ex nescio qua vetere λέξει ῥητορικῇ servavit Suidas in v. Πεπορπημένους. Φθείρεσθαι positum pro ῥέμβεσθαι et ἔρρειν habet composita εἰσφθείρεσθαι, ἐκφθείρεσθαι, προσφθείρεσθαι, περιφθείρεσθαι et συμπεριφθείρεσθαι. Haec omnia a scribis convertuntur in φέρεσθαι, εἰσφέρεσθαι cett. Exempla alibi complura dedi; nunc uno tantum utar ex ipso Dionysio pag. 2061. ubi Chisianus liber exhibet: ΦЄρομένης καὶ διαρπαζομένης τῆς Ῥωμαίων γῆς, sed verum servat Urbinas ΦΘЄΙρομένης.

Ἐλαύνειν ἀνὰ κράτος, ἀπὸ ῥυτῆρος et sim.

Pag. 554. Ταρκύνιος δὲ τοῖς ἡγεμόσι τῶν πεζῶν ἀκολουθεῖν

κελεύσας — αὐτὸς ἐπὶ τὸ ϛρατόπεδον ἐχώρει τὸ τῶν πολεμίων ἐλαύνων [τοὺς ἵππους] ἀνὰ κράτος. Perspicuum esse arbitror verba τοὺς ἵππους absurde esse interpolata. Dixisset saltem de uno rege ἐλαύνων τὸν ἵππον, neque poterat Tarquinius reliquorum equitum τοὺς ἵππους ἐλαύνειν. Compluribus aliis apud Dionysium locis ad verbum ἐλαύνειν noto et perfrequenti usu de equite positum insulsum huiuscemodi emblema adhaesit, veluti pag. 840. βασιλεὺς Ταρκύνιος — ἠπείγετο ἐλαύνων [τοὺς ἵππους] ἀπὸ ῥυτῆρος. pag. 879. Ἄρρους (*Aruns*) — ἐγγὺς τῶν Ῥωμαίων ἐλάσας [τὸν ἵππον]. pag. 932. ὃς ἀπὸ ῥυτῆρος [τοὺς ἵππους] ἐλαύνων τὸν ποταμὸν διαπεραιοῦται pag. 1046. ἀναλαβὼν δὲ τὴν ἵππον Σέξτος ἤλαυνεν ἀνὰ κράτος [αὐτήν]. ubi Sintenis rectissime αὐτήν deleri iussit. pag. 1064. πρῶτος εἰσελαύνει [τὸν ἵππον] ἀφειμένων τῶν χαλινῶν, idem quod ἀπὸ ῥυτῆρος *immissis habenis*. pag. 1102. Λατίνων ἱππεῖς κατὰ σπουδὴν ἐλαύνοντες [τοὺς ἵππους] παρῆσαν. et pag. 2258. Οὐεργίνιος — ἀπὸ ῥυτῆρος ἐλαύνων [τὸν ἵππον] ἀφικνεῖται περὶ λύχνων ἀφάς.

Ἀνὰ κράτος Xenophonteum est, qui saepissime sic loquitur. Ἀπὸ ῥυτῆρος habet colorem poëticum. Sophocles *Oed. Col.* 900. σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος.

Ἀφόρητος — ἀπόρρητος.

Edebatur pag. 807. ἆρα πέπρωται Ῥωμαίοις ὑπ' ἐμοῦ — τῆς ἀπορρήτου τυραννίδος ἀπαλλαγῆναι; Restituit Editor ex suis libris τῆς ἀφορήτου. Nunc est parata emendatio loci pag. 1104. δεινὰς καὶ ἀ π ο ρ ρ ή τ ο υ ς ὕβρεις — ὑπομένειν, imo vero ἀφορήτους, ut pag. 1478. ἀφορήτους καὶ δεινὰς — ἀλγηδόνας. et pag. 1511. δεινὴν καὶ ἀφόρητον ὕβριν.

Participia interpolata.

Ut reliquorum omnium sic et Dionysii Codices scatent lectorum additamentis, qui in libri sui marginibus aut interpretationem vocabuli rarioris aut correctiones aut annotationes omne genus adscripserunt, quae deinde magnam partem scribarum socordia irrepserunt in textum. Permulta emblemata de genere hoc Urbinas cum Chisiano expulit, sed plura perinde

inepta servavit; namque est hoc genus errorum perantiquum et in vetustissimis quoque libris talia circumferebantur. Multo etiam plura Critici recte expunxerunt; bene multa Kiesslingius summo iure „*seclusit*". Sed multa semper pertinaciter adhaeserunt, quae ut malae herbae nobis evellenda supersunt. Perutile est in ea re sciolorum et correctorum morem et indolem et interpolationum naturam diuturna observatione cognitam et perspectam habere, quoniam in simili re similes fraudes identidem recurrunt et semel deprensa fraus aliis atque aliis locis ubi eadem latitat emendandis claram lucem praefert. Ex his fallaciis unum genus prolatis e Dionysio exemplis aperire et redarguere iuvat. Editur pag. 71. τοὺς δὲ ἀνθρώπους τέως μὲν ὑπὸ τῆς φιλοχωρίας [κρατουμένους] πολλὰ διαμηχανήσασθαι. et pag. 415. οἱ δὲ ὑπὸ λύπης τε καὶ ἀμηχανίας [κρατούμενον] ἑκουσίῳ χρήσασθαι τελευτῇ αὐτὸν ἔφασαν. et pag. 1002. εἰ καὶ μηδὲν ἐπεχείρουν ἐκεῖνοι τοιοῦτον ὑπ' αἰσχύνης [κρατούμενοι] λέγειν. et pag. 1481. ταῦτα γὰρ — διὰ φυλακῆς ἔχει Ἑλλὰς — καὶ οὐδὲν ἀξιοῖ καινοτομεῖν εἰς αὐτὰ ὑπὸ δείματος [κρατουμένη] μηνιμάτων δαιμονίων. et pag. 148. ἐνθυμηθέντας ὡς οὐ σὺν ὕβρει ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης ταῦτα [βιασθέντες] ἐποιοῦμεν. Omnia haec participia futiles Graeculi de suo addiderunt. Nemo veterum talibus qualia sunt ὑπὸ φόβου (ποιεῖν τι), ὑπὸ λύπης, ὑπὸ χαρᾶς, ὑφ' ἡδονῆς, ὑπ' ὀργῆς, ὑπ' ἀθυμίας, ὑπ' ἀπορίας, ὑπ' ἀμηχανίας et alia sexcenta, participium adiiciebat. Saepe apud Dionysium legitur sine mendo (nisi quod ὑπό nonnumquam in ἀπό depravatum est), veluti pag. 226. ὑπὸ (ἀπό editur) λύπης τε καὶ μετανοίας παρεὶς ἑαυτόν. pag. 311. πολλὰ δάκρυα ὑφ' ἡδονῆς ἀφεῖσαι. pag. 539. ὑπὸ λύπης τελευτᾷ. pag. 749. ἐπέχαιρον ὑπ' εὐηθείας. pag. 2132. ὑπ' (editur ἀπ') ὀλιγωρίας τοῦ καλοῦ — πολλοὺς — εἰς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλλον. Habent autem hoc scioli ut sicubi ὑπό aut sine verbo aut cum verbo neutro (ὑπό τινος κατιέναι, ὑπό τινος εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσεῖν, aut sim.) componitur, statim participium aliquod inserant de suo. Quam multa huiuscemodi menda in Herodoto, Thucydide, Platone, Demosthene refutavimus. Apud Hippocratem in *Prognostico* I verum est ἀποθνήσκουσι ὑπὸ ἰσχύος τῆς νόσου, sed multi libri addunt κατεχόμενοι perinepte, non tamen ineptius quam apud Thucydidem VIII. 48. ὑπὸ τῶν ἑταίρων [παρακληθεὶς] κάτεισιν, et in Platonis *Rep.*

pag. 553. *b.* *εἰς δεσμωτήριον ἐμπεσόντα [βλαπτόμενον] ὑπὸ συκοφαντῶν.* Et haec quidem absurda sunt et aperte cum scriptoris sententia pugnant: apud Dionysium *κρατούμενος ὑπὸ λύπης, ὑπ' αἰσχύνης* non est absurdum illud quidem sed participium contra Graecitatis usum moleste additur et fere in alienam sedem irrepsit, ut pag. 148. *ὑπ' ἀνάγκης ταῦτα βιασθέντες ἐποιοῦμεν,* quo indicio tenui sed certo optime illae fraudes investigantur. Accedat his luculentum Galeni testimonium Tom. XVII. 1. pag. 909 (cf. Tom. XVI. pag. 202). *Φαίνεται μὲν γὰρ ὡς ἐπ' ἐξηγήσει προσγραφὲν ὑπό τινος αὖθις δὲ εἰς τοὖδαφος* (*in textum*) *ὑπὸ τοῦ βιβλιογράφου μετατεθεῖσθαι.*

Nunc Dionysii libros omnes deinceps relegam et recognoscam.

AD LIBRUM PRIMUM.

Pag. 1. *τοὺς εἰωθότας ἀποδίδοσθαι τοῖς προοιμίοις τῶν ἱϛοριῶν λόγους.* Supple: (*ἐν*) *τοῖς προοιμίοις τῶν ἱϛοριῶν* et verba eadem in vicinia male repetita et prorsus supervacanea expunge: *ὥσπερ Ἀναξιμένης καὶ Θεόπομπος [ἐν τοῖς προοιμίοις τῶν ἱϛοριῶν] ἐποίησαν.* Negat enim se Dionysius in praefatione operis ea facturum quae Anaximenes et Theopompus fecissent, quorum alter proprias laudes celebrasset, alter aliis historicis male dixisset, namque illa in eorum praefationibus posita fuisse et res ipsa docet et Dionysii sententia confirmat.

Pro *Ἀναξιμένης* in omnibus libris est *Ἀναξίλαος.* Certa est emendatio, sed unde vitium manifestum ortum sit operae pretium est videre. Manarunt nostri Codices ex vetusto libro multis locis detrito et perroso. Supererat 'ΑΝΑΞΙΜ * * *, scriba sibi 'ΑΝΑΞΙΛΑ * * visus est videre et -*ος* addidit. Luculentum est in hac re testimonium Galeni Tom. XVIII. 2. pag. 779. ubi docet libros veteres mendis scatere: *τὰ μὲν τοῦ γράψαντος παρὰ γράμματος ἑνὸς ἢ δυοῖν ἀφαίρεσιν ἢ πρόσθεσιν ἢ ὑπάλλαξιν ἁμαρτόντος, οἷα πολλὰ γράφουσιν. — τινὰ δὲ τοῦ χάρτου κοπέντος ἢ κατά τινα ἄλλην περίϛασιν ἀπολομένου τοῦ γράμματος ἢ συγχυθέντος.*

Pag. 1. -*ἱϛορίας ἐν αἷς καθιδρῦσθαι τὴν ἀλήθειαν [πάντες] ὑπολαμβάνομεν.* Optime B (Urbinas) *πάντες* omittit.

Pag. 5. χωρὶς ἑκάϛην σκοπῶν καὶ παραλλήλας ἐξετάζων, scribendum παρ' ἀλλήλας, *inter se*. Frequens error Graeculorum in ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΥC ex ignoratione linguae antiquae παραλλήλους pro παρ' ἀλλήλους scribentium. Isocrates pag. 30. *b*: τὰς μεγίϛας τῶν πράξεων παρ' ἀλλήλας τιθέντες ἐξετάζειν. Demosthenes pag. 315. 4. ἐξέτασον τοίνυν παρ' ἄλληλα τὰ σοὶ κἀμοὶ βεβιωμένα.

Pag. 6. Πέρσαι δὲ — χρόνων οὐ πολλῷ πλεῖον διακοσίων ἔμειναν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. Faex Graecorum diu post Dionysium χρόνους pro ἔτη coepit dicere. Vera lectio haec esse videtur: χρόνΟΝ οὐ πολλῷ πλείονΑ διακοσίων 'ΕΤΩΝ, et sic diserte in Chisiano (A) scriptum est. Saepius vidi ἐτῶν a scribis negligenter omissum. cf. *Misc. Crit.* pag. 471.

Pag. 7. ἡ Μακεδονικὴ δυναϛεία — διασπασθεῖσα εἰς πολλοὺς ἡγεμόνας, imo vero εἰς πολλΑC ἡγεμονίΑC.

Pag. 8. τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ πολλῆς οὐκ οὔσης. Nemo sic Graecorum loquitur. Transpone οὐ πολλῆς οὔσης. Sic οὐ μέγας, οὐ κακός, et alia sexcenta dicuntur.

Pag. 9. ἐπαύθησαν δὲ ὑπὸ Θηβαίων. Frequens scribarum error pro ἐπαύCθησαν. Dicebant veteres πέπαυμαι — ἐπαύσθην, ut κέκλημαι — ἐκλήσθην, κέκρουμαι (κροῦμα) — ἐκρούσθην, κέχρημαι — ἐχρήσθην. Sic et ψαυσθῆναι et ἀπολαυσθῆναι dicebant. Contrario errore Graeculi formis ἀπηλάσθην, ἀπελασθείς, ἐξηλάσθη, ἐξελασθῆναι utebantur, quae sexcenties in optimi cuiusque scriptoris Codd. apparent. vid. Pierson. ad Moeridem pag. 13. Ἀπηλάθη Ἀττικῶς. ἀπηλάσθη Ἑλληνικῶς.

Pag. 9. Ἀθηναῖοι — αὐτῆς μόνον ἦρξαν τῆς παραλίου. Dixerat, ut in tali re solent, αὐτὸ μόνον *tantummodo*. ut pag. 278. τοῖς αὐτὸ μόνον τὸ θεωρητικὸν τῆς Φιλοσοφίας μέρος ἀποτετμημένοις.

Pag. 12. οὐδὲν ΟΥΠΩ — προακηκοότες. Graecum est οὐδέν πω *nihildum*. Tritissimum est οὐδείς πω et οὐδέν πω. Οὐδεὶς

οὔπω perinde ineptum est ac si Latine *nihil* NON*dum* velles dicere.

Pag. 13. *ἐξόν μοι τῶν ἐνδόξων τινὰ λαβεῖν [αὐτῆς] ὑποθέσεων.* Expunge importunum pronomen.

Pag. 14. Romanorum osores, inquit, *κατηγορεῖν εἰώθασι τῆς τύχης κατὰ τὸ φανερὸν ὡς βαρβάρων τοῖς πονηροτάτοις τὰ τῶν Ἑλλήνων ποριζομένης ἀγαθά. — καὶ τῶν συγγραφέων τινὲς ἐτόλμησαν ἐν ταῖς ἱστορίαις ταῦτα γράψαντες καταλιπεῖν βασιλεῦσι βαρβάρων μισοῦσι τὴν ἡγεμονίαν, οἷς δουλεύοντες αὐτοὶ καὶ [τὰ] καθ' ἡδονὰς ὁμιλοῦντες διετέλεσαν, οὔτε δικαίας οὔτ' ἀληθεῖς ἱστορίας χαριζόμενοι.* Delendum est *τά.* Veteres dicebant *πρὸς χάριν ὁμιλεῖν*, sequiores *καθ' ἡδονάς.*

Caeterum miror quo pacto Sylburgius de HIERONYMO CARDIANO et TIMAEO cogitare potuerit, quasi in Pyrrhi regis gratiam Romanis maledixissent. Neque enim Pyrrhus *βασιλεὺς βάρβαρος* dici potuit neque illi historici *ἐδούλευον καὶ πρὸς χάριν ὡμίλουν.* Sine controversia *Parthorum reges* intelligendi sunt, quibus rodendo Romanos gratificabantur historici, quorum et adulationes et nomina vetustas obruit.

Revocanda est autem lectio librorum *βασιλεῦσι βαρβάρ*OIC, in qua inest contemtus significatio.

Pag. 15. *τηλικαύτην ἡγεμονίαν [καὶ] τοσοῦτον ἤδη χρόνον.* in talibus copula non additur neque Graece neque Latine: *tantum imperium tot per annos.*

Pag. 16. *ἀγνοοῦνται πρὸς Ἑλλήνων.* Dionysius Herodoti amator compluscula Ionica ab eo sumta in suam orationem *ἀττικίζειν δοκοῦσαν* praepostere recepit. *Πρός* pro *ὑπό* erat poëtis et Ionibus relinquendum, sed ille sexcenties ita loquitur: pag. 19. *πρὸς τῶν ἐπιγιγνομένων ἐπαινεῖσθαι.* pag. 21. *πρὸς αὐτῶν ἐπαινούμενοι.* pag. 25. *κατείχετο πρὸς ἑτέρων.* pag. 26. *πρὸς ἑτέρων ἐξελαθέντες.* pag. 132. *μή τι πρὸς αὐτῶν πάθῃ.* pag. 139. *ἐγνώσθη πρὸς αὐτῶν*, et sic per omnes libros passim, ut pag. 405. *θάπτεται πρὸς τῶν βασιλέων.* pag. 589. *ὁρᾶται πρὸς τοῦ πατρός.* *Interfici a civibus suis* dixit pag. 354. *πρὸς τῶν ἰδίων πολιτῶν ἀποθανεῖν.* et *vulnus accipere* (vulnerari) *ab aliquo* pag. 206. *τραύματα πολλὰ πρὸς τῶν μειρακίων λαβόντες.*

Pag. 17. τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱϛοριῶν vitiose dictum est. Lege τῶν ἱϛορουμένων, ut pag. 12. τὰ παλαιὰ τῶν ἱϛορουμένων.

Pag. 18. (*historia*) ποιεῖ τὴν θνητὴν φύσιν ὁμοιοῦσθαι τῇ θείᾳ καὶ μὴ συναποθνήσκειν [αὐτῆς] τὰ ἔργα τοῖς σώμασιν. Rectissime B αὐτῆς omittit.

Eodem modo pag. 19. — ἐπιδείξασθαι τὴν ἐμαυτοῦ διάνοιαν ὅτι χρηϛὴ πρὸς ἅπαντας [ἀνθρώπους] ἐϛὶ τοὺς ἀγαθούς, molestum et compositionem verborum turbans ἀνθρώπους auctore B expunge.

Pag. 19. χαριϛηρίους ἀμοιβὰς — 'ΑΝΤαποδοῦναι τῇ πόλει. Revoca scripturam librorum 'Αποδοῦναι. Χάριν ἀποδιδόναι omnes dicebant, non ἀνταποδιδόναι, pro *gratiam referre.*

Pag. 25. τὸ Σικελικὸν γένος 'ΑΠαναϛήσαντες ἐξ αὐτῆς. Dicendi consuetudo cum rei natura congruens postulat 'ΕΞαναϛήσαντες. Qui *sua voluntate alio migrant* dicuntur ἀπαναϛῆναι, qui *per vim avitis sedibus expelluntur* ἐξαναϛῆναι. De plurimis exemplis pauca haec considera: pag. 50. ἐξαναϛήσαντες αὐτούς. pag. 58. ὑπὸ Οἰνωτρῶν ἐξαναϛῆναι, et post pauca: ἐξαναϛῆναι ὑπ' 'Ομβρικῶν. Contra pag. 82. ἀπανέϛησαν de iis dicitur, qui sua sponte aliam sedem sibi quaesivissent.

Sine controversia ex Catonis *Originibus* sumta sunt, quae scribit pag. 29. Ἕλληνας αὐτοὺς (*Aborigines*) εἶναι λέγουσι τῶν ἐν 'Αχαΐᾳ ποτὲ οἰκησάντων πολλαῖς γενεαῖς πρότερον τοῦ πολέμου τοῦ Τρωϊκοῦ μεταναϛάντας. More Romano enim ἐν 'Αχαΐᾳ dicitur pro ἐν τῇ 'Ελλάδι. Itaque iam Cato in *Originum* libris sic Graeciam appellabat.

Pag. 32. τὴν πλείω τοῦ ϛρατοῦ μοῖραν 'Αγόμενος. Scribendum 'ΕΠαγόμενος, ut sexcenties apud Dionysium in tali re legitur. *Ducere* constanter ἄγειν dicitur, *secum ducere* ἐπάγεσθαι, ut *secum ferre* ἐπιφέρεσθαι.

In Antiochi fragmento pag. 34. reponendae sunt formae Ionicae 'Ιταλίη καλέεται et scribendum: Μόργητες ἐΛΕΓοντο καὶ

'ΙταλιῆτΑΙ ἐόντες Οἴνωτροι. pro ἐγένοντο et 'Ιταλίητες. Et 'Ιταλίητες quidem cum certa analogiae lege aperte pugnat. Forma communis 'Ιταλιώτης Ionice sonat 'Ιταλιήτης, ut Μαιῶτις, Μαιῆτις, et alia plura.

Pag. 35. φέρε δὴ καὶ τὸ γένος ὍCON ἦν τὸ τῶν Οἰνώτρων ἀποδείξωμεν. Verum esse ὍΘEN ἦν (non οἷον ἦν quod Kiessling. substituit) res ipsa declarat. Demonstrat enim eos *ex Arcadia esse oriundos* testem et auctorem producens Φερεκύδην τὸν 'Αθηναῖον, cui reddendae sunt formae Ionicae γαμέει, ἀπ' ἧς, καλέεται, ἀπ' οὗ Οἴνωτροι καλέονται οἱ ἐν 'Ιταλίῃ οἰκέοντες. In simili re dixit pag. 336. οἵτινές τε καὶ ὁπόθεν ἦσαν.

Pag. 36. κληθῆναι δὲ 'Αβοριγῖνας ἐπὶ τῆς ἐν τοῖς ὄρεσιν οἰκήσεως. Scribarum errore factum est ut 'Αβοριγῖνες dicerentur (ut δελφῖνες, ἀκτῖνες) quos constat penultima brevi *Aborigines* appellatos fuisse. Fefellit librorum vitium Stephanum Byzantinum in v. Sed oraculum a Dionysio laudatum pag. 51.

ἠδ' 'Αβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται.

meliora docet.

Dionysius, qui contemnit absurdas Etymologias nominis Παλάτιον pag. 83. (παρέχει πολλοῖς ἀτόπων ἐτυμολογιῶν ἀφορμάς), nemini in hoc genere palmam stoliditatis concedit. Quid non concoquere possit is, qui serio credit *Aborigines* ἐπὶ τῆς ἐν τοῖς ὄρεσιν οἰκήσεως nomen habere?

Pag. 40. scribendum: ἐκεῖ μὲν (περιςερὰ) ἐπὶ δρυὸς ἱερᾶς καθεζομένη θεσπιῳδεῖν ἐλέγετο. Necessarium περιςερά a Stephano suppletum suo loco reposui. Editor post ἱερᾶς collocavit.

Pag. 43. [ἐν] πολέμῳ κρατηθεῖσαν. Vitiose addita est praepositio; ἐν πολέμῳ est *belli tempore*, πολέμῳ *vi pugnando* vel *vi et armis*.

Pag. 45. ἀνίςαται δὲ ἐκ τούτων — πόλεμος. Passim apud Dionysium ἀνίςαται est *oritur*, *exoritur* bellum vel seditio vel similia, non sane bonorum scriptorum exemplo.

Pag. 46. περὶ τὸ καλούμενον νῦν Ἀχαϊκὸν Ἄργος ᾤκησαν αὐτόχθονες ὄντες ὡς [οἱ] πολλοὶ περὶ αὐτῶν λέγουσιν. Optime B molestum articulum omittit.

Pag. 52. ἐδόκει — λαβεῖν συμμαχίαν Ἑλληνικὴν — πονουμένοις τῷ πρὸς τοὺς Σικελοὺς πολέμῳ. *Laborare* est πονεῖν, non πονεῖσθαι. Periit sigla praepositionis et καταπονουμένοις restituendum. Etiam alibi sic erratum esse infra ostendemus.

Pag. 53. συνάρασθαί σφισι τῆς ΔΙεξόδου. Absurdum est διέξοδος de iis qui ex vetere patria *exeunt*. Etiam sine libris τῆς ἐξόδου olim emendatum oportuit. Legitur ἐξόδου in optimo omnium teste Urbinate sed spernitur.

Sexcenties etiam apud Dionysium miscentur inter se δι — ἐξ — διεξ.

Pag. 55. ἔθνος τι βαρβαρικὸν Αὐρωνίσσους ἀναςήσαντες. Scriptum erat olim ΑΥΡΩΝΚΟΥϹ de more pro Αὐρώγκους. deinde Κ in ΙϹ dissectum est et Ϲ duplicatum.

Pag. 56. ἡ δὲ Λάρισα — ἐρημωθεῖσα οὐδ' εἰ πώποτε ᾠκΙϹθη γνώρισμα φανερὸν οὐδὲν ἔχει τοῖς νῦν. Rectissime Kiessling ᾠκήθη reposuit. Obversabatur Dionysio locus Demosthenis pag. 117. 22. δύο καὶ τριάκοντα πόλεις — οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν ὥςε μηδ' εἰ πώποτε ᾠκήθησαν προσελθόντ' εἶναι ῥᾴδιον εἰπεῖν.

Pag. 60. οἱ δὲ ὑπὸ τῶν προσοικούντων βαρβάρων Ἐξεφθάρησαν. Male olim διεφθάρησαν conieci. Ἐκφθείρειν est *exscindere* et *funditus delere*. cf. *Miscell. Crit.* pag. 204. In iis quae praecedunt: οἱ μὲν ὑπὸ [τῶν] θείων συμφορῶν exime articulum.

Pag. 61. μαντευομένοις δ' αὐτοῖς τίνα θεῶν ἢ δαιμόνων παραβάντες τάδε πάσχουσι. Myrsili Lesbii haec verba sunt comparanda cum Herodoteis VI. 12. τίνα δαιμόνων παραβάντες τάδε ἀναπίμπλαμεν;

Pag. 64. πολλὰ ἐφέςια ὅλα ἐξΗλείφθη, imo vero ἐξΕλείφθη id est ἐξηρημώθη, ut sententia loci postulat. Saepe haec apud

Strabonem confusa vidimus et notavimus in *Miscell. Crit.* pag. 131. Alius dixisset πολλαὶ οἰκίαι, sed ἐφέςια Dionysio est in deliciis.

Pag. 64. ςασιασμοὺς ἐκ τῶν διαλαθόντων δεδιότες. Sic libri sine sensu. ΔιαλαΧόντων Sylburgii non congruit cum loci sententia. Quia *quotannis* (ὁσέτη) fiebat sortitio, apparet legendum esse ἐκ τῶν 'ΑΕΙ λαχόντων.

Pag. 65. ἦσαν δὲ τά τε πολέμια ἐκ τοῦ μετὰ κινδύνων πεποιῆσθαι τὰς μελέτας — πολλῶν ἀμείνους καὶ τῆς κατὰ τὰ ναυτικὰ ἐπιςήμης — ἐπὶ πλεῖςον ἐληλακότες. Sumsit a Thucydide I. 18. εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολέμια καὶ ἐμπειρότεροι ἐγένοντο μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι. Celebrata esse haec verba Thucydidis declarat locus Plutarchi II. pag. 79. *f.* μὴ μόνον, ὡς Θουκυδίδης ἔλεγε, μετὰ κινδύνων ποιούμενοι τὰς μελέτας. Passim alibi Dionysius ad eundem modum locis Thucydidis, Herodoti, Isocratis, Demosthenis, Platonis, Xenophontis, Euripidis et aliorum tamquam flosculis aut gemmis orationem suam distinxit. Ut plurimum non multum prodest has imitationes sedulo notare, quoniam fere numquam ex hac comparatione aut verborum sententiam illustrari videmus aut scripturam emendari.

Itaque raro tantum ubi aliquem usum ea res habebit talia notabimus simul daturi operam ne nos inanis imitationis species ludat.

In extrema parte loci libri exhibent ἐπὶ πλεῖςον ἀπολελαυκότες. Stephanus verum vidit 'ΕΛΗλακότες reponens. In certa emendatione apparere solet erroris origo. Supererat ΠΛΕΙС-ΤΟΝ * * * ΛΑΚΟΤΕС, quod nescio quis imperite explevit. Tenendum est passim libri vetusti lacunas a sciolis sic sarciri, quo minus ubique in sententia certa et constantissimo dicendi usu nimis anxie circa literarum apices haereamus inepti.

Pag. 67. ἔχει γὰρ περὶ αὐτῶν καὶ Θουκυδίδης μνήμην ἐν τετάρτῃ * * * τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων πόλεων. Ex Thucydide IV. 109. suppleri et emendari potest: ἐν τετάρτῃ (λέγων περὶ τῆς καλουμένης) 'ΑΚΤΗС καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων πόλεων.

Pag. 68. Τυρρηνίας ΜΕΝ γὰρ δὴ ὄνομα τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα ἦν. Ὄνομα in tali re nihil significat; μέγα aut μέγιστον ὄνομα dicebant. Scribendum igitur existimo: Τυρρηνίας γὰρ δὴ ΜΕΓΑ ὄνομα — ἦν.

Pag. 68. ἡ σύμπασα χερρόνησος (Peloponnesus) ἐν ᾗ καὶ τὸ Ἀρκαδικὸν καὶ τὸ Ἰωνικὸν καὶ ἄλλα συχνὰ ἔθνη ἔνεστιν Ἀχαΐα ὠνομάσθη. Mirum ni pro Ἰωνικόν scripserit Δωρικόν.

Pag. 68. ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὸ Πελασγικὸν κακοῦσθαι ἤρξατο δευτέρᾳ γενεᾷ σχεδὸν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἐγένετο. Legendum δευτέρα γενεά.

Pag. 71. κλήρους ταῖς μοίραις ἐπιβαλεῖν τὸν μὲν ἐπ' ἐξόδῳ τῆς χώρας, τὸν δ' ἐπὶ μονῇ. ex Herodoto I. 94. corrige ἐπ' ἐξόδῳ (ἐκ) τῆς χώρας. deinde expunge μέν in verbis λαχούσης — τὴν [μὲν] ἀμείνω τύχην et in fine emenda: πόλεις τὰς ἔτι (καὶ del.) κατ' αὐτὸν ἐκεῖ (pro ἐκεῖνον) οὔσας.

Pag. 73. Τυρρηνίας μνήμην ὡς Λυδῶν ἀποικήσεως — οὐδεμίαν πεποίηται. *Colonia* appellatur ἀποικία, non ἀποίκησις, quod est vocabulum nihili, sed Dionysio solemne est colonias ἀποκτίσεις (cum genitivo Λυδῶν, Ῥωμαίων, cett.) appellare: quare ἀποκτίσεως reponendum. Sine vitio legitur pag. 123. Τρώων ἀπόκτισιν. 138. πόλεως τινὸς ἀπόκτισις. 415. πόλεμον ἐξέκαυσε τῇ μητροπόλει πρὸς τὴν ἀπόκτισιν. 770. Ἀλβανῶν ἀπόκτισις. Sed vitiose pag. 312. Ἀλβανῶν ἀποίκησις. 343. Ἀλβανῶν ἀποίκησις. 504. ὑπὸ τῆς ἐσχάτης ἀποικήσεως καθαιρεθεῖσα, et aliis locis.

Pag. 73. τούτων ἡ γλῶσσα ὀλίγον παραφέρει καὶ νῦν ἔτι ΣΙΛΛΟΥΣΙΝ ἀλλήλους ῥήματα οὐκ ὀλίγα ὥσπερ Ἴωνες καὶ Δωριεῖς. Nihil proficimus Meinekii coniectura ξυνοῦσιν. Ne de sententia quidem constat, nam si *utriusque gentis lingua* PARUM DISCREPAT, stultum est addere *non pauca vocabula eos communia habere*. Amplius quaerendum censeo.

Pag. 74. Hellanico Ionica redde βασιλέος — μεσογείη — τὴν νῦν καλεομένην Τυρσηνίην ἔκτισαν. Evasit τὰς νῆας et ὑπ' Ἑλ-

λήνων. Herodoto quoque pag. 77. sua dialectus reddenda ex I. 57. Κροτωνιῆται οὐδαμοῖσι τῶν νῦν σφεας περιοικεόντων κτἑ.

Pag. 75. narratur ex Myrsilo Lesbio fabella Pelasgos μετονομασθῆναι Πελαργοὺς (ciconias) τῶν ὀρνέων τοῖς καλουμένοις πελαργοῖς εἰκασθέντας. et post pauca additur: καὶ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ τεῖχος τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν τὸ ΠελαΡγικὸν καλούμενον τούτους περιβαλεῖν. Quod de arcis Athenarum muro scribit manifesto falsum est. Satis inter omnes constat τὸ ΠελαCγικὸν appellatum fuisse vel ex noto oraculo:

τὸ Πελασγικὸν ἀργὸν ἄμεινον.

Quid igitur? namque Myrsilum scripsisse Πελαργικόν evidens est. Exciderunt verba paucula in hunc modum supplenda: τὸ τεῖχος τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν τὸ Πελαργικὸν (μὲν πάλαι νῦν δὲ Πελασγικὸν) καλούμενον τούτους περιβαλεῖν.

Sic solent ineptarum etymologiarum amatores fingere vocabula longa die mutasse formam, quo artificio Dionysius quoque non raro usus est.

Pag. 75. τῆς μὲν γὰρ ὀνομασίας ἀπολαῦσαί ποτε αὐτοὺς τῆς ἀλλήλων οὐδὲν θαυμαςὸν [ἦν], ἐπεὶ καὶ ἄλλα δή τινα ἔθνη — ταὐτὸ ἔπαθΟΝ. Manifestum est ἦν deleri oportere et ἔπαθΕΝ reponi.

In sqq. οὐχ ἥκιςα — [καὶ] τὰ ἐν Ἰταλίᾳ ἔθνη τὸ αὐτὸ ἔπαθεν. Pugnant inter se οὐχ ἥκιςα (μάλιςα) et καί et stulte componuntur.

Pag. 77. revocanda est Herodotea dialectus ex ipso Herodoto I. 57. Sequitur: καίτοι ΤΙ θαυμάτειεν ἄν τις κτἑ. Additum τί plane pessumdat loci sententiam et corrumpit Dionysii argumentationem demonstrantis absurdum esse εἰ Πλακιανοῖς μὲν — ὁμοίαν διάλεκτον εἶχον οἱ Κροτωνιᾶται, Τυρρηνοῖς δὲ μηδὲν ὁμοίαν. Pro ἄλογον vel ἄτοπόν ἐςι lenius dixit καίτοι θαυμάσειεν ἄν τις. Reiskius alias res agens τί interposuit neque hoc agebat Editor qui recepit.

Post pauca revoca νομίζειν ἀμφότερα pro τἀμφότερα, quod nemo dixit umquam.

Pag. 79. κινδυνεύουσι γὰρ ΤΟΙC ἀληθέσι μᾶλλον ἐοικότα λέγειν

οἱ μηδαμόθεν ἀφιγμένον — τὸ ἔθνος ἀποφαίνοντες. Non est hic articulo locus *τοῖς ἀληθέσι*, sed scribendum: *κινδυνεύουσι γάρ* ΤΟΙ *ἀληθέσι κτἑ*. Tum insere necessarium participium in verbis: *οὐδενὶ ἄλλῳ γένει — ὁμοδίαιτον* ὌΝ *εὑρίσκεται*. Non est aliud verbum quod frequentius interierit quam *ὄν* praesertim si eadem syllaba praecedit.

Pag. 80. *δύναμίν τε ὁπόσην οἱ σύμπαντες* excidit verbum. Reiske *ἐκέκτηντο* supplebat. Malim *οἱ σύμπαντ*ΕC *ἔσχον*.

Pag. 81. *τὸ ἐλαττωθὲν ἑκούσιον μέρος ὑπεξῆλθεν* recte transponunt *μέρος ἑκούσιον*. Non minus inepte in vicinia legitur: *καὶ αὐτὸν* (Faunum) *ὡς τῶν ἐπιχωρίων τινὰ Ῥωμαῖοι δαιμόνων — γεραίρουσιν*, pro *δαιμόνων Ῥωμαῖοι*.

Pag. 83. *οὔτε χοὰς ἔμαθον ἐπιτελουμένας οὔτε ἄλλο τῶν τοιουτοτρόπων οὐδὲν ἠδυνήθην μαθεῖν*. Pro *μαθεῖν* recipienda erat Urbinatis lectio *ἰδεῖν*, ut pag. 84. *Εὐάνδρῳ θυσίας* *ἔ μ α θ ο ν* *— ἐπιτελουμένας ὁσέτη — καὶ βωμοὺς* *ἐ θ ε α σ ά μ η ν* *ἱδρυμένους*.

Perutilis ad cognoscendam librorum fidem et scribarum dormitantium negligentiam est felix Kiesslingii emendatio pag. 84. In libris est: *οἱ Ἀρκάδες — τά τε ἄλλα διεκοσμοῦν*ΤΟ *κτίσματα* pro *τά τε ἄλλα διεκόσμουν τὸ κτίσμα*.

Pag. 85. legendum ex B *μετὰ τὰς χειμερί*AC *τροπάς*, pro *χειμερίους*.

Pag. 86. *καὶ παρ' ἐκείνῳ Τέως εἰς ὥραν ἀφίκετο τραφῆναι*. Frequens error pro Ἕως, veluti pag. 95. *ὥσπερ ἐν Καρχηδόνι Τέως ἡ πόλις διέμεινεν*, et pag. 174. *τέως ἡ πόλις ἡλίσκετο*, et pag. 945. *τέως εἰς δρυμοὺς ἀφίκοντο βαθεῖς*. Tralaticiam esse hanc in libris etiam optimis confusionem multis ostendimus in *Mnemosyne* 1875. pag. 274.

In iis qui praecedunt perridiculus error est in Urbinate *εἰς* *ο ὐ ρ α ν ο ὺ ς* *ἀφίκετο* pro *εἰς ὥραν*. Agnoscimus scribam Christianum.

Pag. 86. *ἀπέδειξαν δὲ καὶ Ποσειδῶνι τέμενος Ἱππίῳ καὶ τὴν*

ἑορτὴν Ἱπποκράτεια μὲν ὑπ' Ἀρκάδων, Κωνσυάλια δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων λεγόμενΑ κατεστήσαντο. Estne perspicuum a Dionysio λεγομένΗΝ esse scriptum?

Pag. 87. παρεῖνταί τινες διαφυγοῦσαι τὴν τῶν ἐπιγιγνομένων μνήμην Ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου. Leg. Ὑπὸ τοῦ. Nihil hoc mendo tritius et nihil hoc errore evidentius, sed nihil in his Graeculi sentiunt.

Mirari soleo quo pacto talia Editores concoquant. Ὑπό in talibus dicitur ut in ἀποθανεῖν ὑπό τινος, πεσεῖν ὑπό τινος, κεῖσθαι ὑπό τινος, χαλκοῦν ἑστάναι ὑπὸ τοῦ δήμου, εὖ (κακῶς) πάσχειν et ἀκούειν ὑπό τινος et alia compluscula. Non minus absurdum est διαφυγεῖν τὴν μνήμην ἀπὸ τοῦ πάνυ ἀρχαίου quam ἀπό τινος ἀποθανεῖν.

Pag. 89. ex Antiocho Syracusano, qui Ionica dialecto de more utebatur, apponit: ἐπεὶ δὲ ταύτης (Ἰταλίας) καρτερὸς ἐγένετο. Sic loquebantur veteres pro ἐγκρατής vel κύριος ἐγένετο. Multum Dionysius hoc vetere vocabulo delectabatur. In nostro loco caeteri libri ἐγκρατής habent, Urbinas verum καρτερός. Pag 174. καρτερὸν τῆς ἄκρας Urbinas, reliqui κύριον. Pag. 460. καρτερὸν τῶν ποδῶν (sic leg. pro τὸν πόδα). Pag. 518. τῆς γνώμης καρτερός. Pag. 1137. καρτερὸς τῶν φρενῶν. Pag. 862. τῶν παθῶν καρτερός.

Pag. 89. ἐρόμενον ἀεὶ τοὺς ἐπιχωρίους καθ' οὓς ἑκάστοτε γίγνοιτο — εἴ πῃ τις αὐτὸν ἑορακὼς εἴη. Transponendum: ἐρόμενον τοὺς ἀεὶ ἐπιχωρίους. Veteres omnes in ea re sic loquuntur; mirantur Graeculi et ordinem verborum pervertunt. cf. *Miscell. Crit.* pag. 79 et 122.

Pag. 93. πολλῆς μὲν εὐποροῦσι καὶ καλῆς ὕλης εἰς ναυπήγησιν. Necessarium ὕλης Casaubonus addidit. Accipimus sed moleste abundantia verba καὶ καλῆς (in quo ὕλης latebat) expungenda sunt.

Pag. 96. ἵνα δὲ μηδὲν εἴη τοῖς ἀνθρώποις ἐνθύμιον ὡς πατρίων ἠλογηκόσι θυσιῶν. Male ex Urbinate receptum est (δέος ἢ) ἐνθύμιον, quod ex glossemate natum. Ἐνθύμιον appellavit exemplo

Herodoti (VIII. 54) et Thucydidis (VIII. 50) *id quod animo religionem obiicit.*

Pag. 99. καὶ ἅμα οὐδὲ ῥᾴδιον τὸ πρᾶγμα κατεμάνθανεν. Requiritur ῥᾴδιον ὌΝ τὸ πρᾶγμα.

Pag. 99. Cacus Herculis boves quasdam in antrum abegit: ἀναςὰς δὲ ὁ Ἡρακλῆς καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐπιλεξάμενος τῶν βοῶν ὡς ἔμαθε TAC ἐκλειπούσας τέως μὲν ἠπόρει ποῦ κεχωρήκασιν. Necessario emendandum ἔμαθέ TINAC ἐκλειπούσας. cf. pag. 588. οὐχ εὑρίσκων τινὰς τῶν ὑῶν.

Praeterea ποῖ scribendum pro ποῦ.

Pag. 105. in Herculis historia usus testimoniis multorum τῶν — τὰς πράξεις αὐτοῦ διηγησαμένων scribit: ςρατηλάτης γενόμενος — [Ἡρακλῆς] — ἅπασαν ἐπῆλθε τὴν ἐντὸς Ὠκεανοῦ. Quis non sentit quam inepte nomen Ἡρακλῆς his interponatur?

Pag. 106. ἀφίκετο δὲ (Hercules) εἰς Ἰταλίαν οὐ μονόςολος οὐδὲ ἀγέλην βοῶν ἐπισπώμενος. Longe melior est vulgata ἐπαγόμενος. Idem reponendum pag. 116. ἘΠαγόμενος — τὸν πατέρα pro ἀγόμενος.

Pag. 109. τοὺς ἀναςάτους ἐκ τῶν κεκρατημένων πόλεων. Revocanda scriptura librorum ἀνασπάςους, quae sanissima est. Nemo umquam eo sensu τοὺς ἀναςάτους dixit, sed τοὺς ἀνεςῶτας vel ἐξανεςῶτας. Ἀνάσπαςος vocabulum Herodoti est, quem saepissime Dionysius imitatur.

Pag. 111. ἔνθα ὁ ςόλος αὐτῷ ἐναυλοχεῖΤΟ. Scribe ἐναυλόχει. Lubens usurpat verbum vetus, quo Herodotus et Thucydides erant usi sed ναυλοχεῖσθαι barbarum est.

Paullo ante scrib. σῶς pro σῷος, et pag. 130.

Pag. 115. ὡς ἀμήχανον εἴη πρᾶγμα σῶσαι πόλιν ἧς τὰ πλείω ἤδη ἐκρατεῖτο. Sententia manifesto haec est: *servare urbem, cuius maior pars esset iam in hostium potestate.* Itaque scribendum ἐκεκράτητο.

Pag. 118. ἐλθόντων δὲ — τῶν Ἑκτοριδῶν ἀΦΙΓμένων — ὑπὸ Νεοπτολέμου. Receptam oportuit certam Sylburgii correctionem ἀΦΕΙμένων. Saepe vidi ἀφεῖμαι et ἀφεῖγμαι inter se confundi.

Pag. 122. leg Κεφάλων ὁ Γεργίθιος pro Γεργήθιος.

Aeneas post Troiam captam pag. 119. διαπλεῖ τὸν Ἑλλήσποντον ἐπὶ τῆς ἔγγιστα κειμένης χερρονήσου τὸν πλοῦν ποιούμενος ἣ πρόκειται μὲν τῆς ΕΥΡΩΠΗΣ καλεῖται δὲ Παλλήνη. Plane absonum est Εὐρώπης. Legendum πρόκειται μὲν τῆς Θρᾴκης. Προκεῖσθαι dicuntur brevi intervallo diremta, ut pag. 125. εἰς Κύθηρα νῆσον, ἣ πρόκειται Πελοποννήσου. cf. locum pag. 124. πρῶτον μὲν εἰς Θρᾴκην ἀφικόμενοι κατὰ τὴν χερρόνησον ἣ καλεῖται Παλλήνη ὡρμίσαντο.

Pag. 137. ὡς δὴ οὐ δυνατὸν ἐν Ἰταλίᾳ οἰκοῦντας βασιλεύειν Τρώων. Recipienda erat certa Stephani correctio ὡς δὴ οὐ δυνατὸν ὌΝ.

Pag. 137. κοινόν ἐστιν ἐπὶ πολλῶν — καὶ μάλιστα τῶν μὲν ἐπιφανεῖς τὰς τύχας, πλάνητας δὲ τοὺς βίους ἐσχηκότων. Vitiose haec composita sunt. Transpone τῶν ἐπιφανεῖς μὲν τὰς τύχας.

Pag. 140. καθαριότητος ταῖς τροφαῖς ἕνεκα. Graecum est καθάρΕΙΟΣ, non καθάριος, ut ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 81. Itaque καθαρΕΙότητος scribendum. Lepidum est et verissimum dictum Menandri:

εἰς τὰ καθάρεια λιμὸς εἰσοικίζεται.

Pag. 144 Λατίνῳ δὲ — ἀγγέλλεται τὰ γιγνόμενα ἐπὶ τὸ φοβερώτατον ὡς ἀνάστατος αὐτοῦ γίγνεται πᾶσα ἡ παράλιος ὑπερορίῳ στρατιᾷ καὶ εἰ μὴ σὺν τάχει κωλύσει τὰ δρώμενα ὈΧΥΡΟΣ αὐτῷ φανήσεται ὁ πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας ἀγών. Pro absurdo ὀχυρός in aliis libris fertur ἰσχυρός perinde ineptum. Legendum esse ΧΡΥΣΟΣ αὐτῷ φανήσεται perspicuum fiet ex iis quae scripsimus in *Var. Lectt.* pag. 235. sq. ubi simillimum mendum exemimus ex Dionysio pag. 1810. *Consulibus* ὁ πρὸς τοὺς Τυρρηνοὺς πόλεμος καίτοι μέγας καὶ χαλεπὸς ὢν ΧΡΥΣΟΣ ἐφαίνετο

παρὰ τὸν ἐντὸς τείχους ἐξεταζόμενος. ubi in libris est χρηςός sine sensu.

Pag. 145. lege ὡς οὐκ ἂν ἐξ ἐφόδου αὐτοὺς ἔτι χειρωσΑμενος pro χειρωσόμενος, et expunge τό in verbis [τὸ] πρῶτον ἀναλαβεῖν ᾤετο δεῖν τὴν δύναμιν ἐκ τοῦ παρόντος κόπου.

Pag. 146. Quaerit Latinus ex Aenea τί βουλόμενος ἄγει καὶ φέρει τὰ χωρία — παρασχὸν [ἂν] αὐτῷ πᾶν — πρὸς φιλίαν καὶ παρ' ἑκόντων εὑρίσκεσθαι; Soloece adhaeret participio παρασχόν vocula ἄν. Herodoteum et Thucydideum παρέχον et εὖ παρασχόν lubens Dionysius imitatur.

Latinus ad Aeneam pag. 148. ita dicit: ἀλλ' ἔγωγε εὔνοιάν τε πρὸς ἅπαν τὸ Ἑλληνικὸν γένος ἔχω (obliviscitur se cum Troianis loqui) καὶ συμφοραῖς ἀνθρώπων ἀναγκαίαις πάΝΤ ἄχθομαι. Retracta ex fuga praepositio locum sanum reddet: πάνυ CΥΝάχθομαι. Benevolentiam suam et *misericordiam* significat.

Pag. 151. ἀετὸν δὲ προσπΕτόμενον ἀναρριπίζειν τῇ κινήσει τῶν πτερύγων τὴν φλόγα. Emenda iubente rei natura προσπτόμενον. Sexcenties in antiqua et obsoleta forma aoristi πτέσθαι sic librarii peccant. Ipsi πτῆναι et πτάσθαι et πετασθῆναι dicebant, et in praesenti ἵπτασθαι pro πέτεσθαι.

Pag. 154. ποιούμενοι δὲ τὸν πλοῦν παρὰ τὴν Εὐρώπην εἰς τὸν Μέλανα καλούμενον ἀφικνοῦνται κόλπον. Ridiculum est Εὐρώπην. Corrige παρὰ τὴν ΘΡΑΙΚΗΝ. Idem vitium supra sustulimus pag. 31.

In sqq. ἐν νήσῳ τινὶ (τῆς Θρᾴκης) ὁρμισάμενοι non tantum vitiose abundat τῆς Θρᾴκης post restitutam paullo ante veram lectionem παρὰ τὴν Θρᾴκην, sed vehementer dubito an νῆσος τῆς Θρᾴκης recte dicatur insula *Thraciae adiacens*.

Pag. 159. Ἴλιος μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος —. περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν [ἐκεῖνον]

ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσιν ἡμέραι. Quam lepidi sunt veteres temporum mensores qui haec nobis magna gravitate pro veris narrant. Et haec quidem Graeca fabula est, de qua locus est eximius Callisthenis a Casaubono laudatus et a me editus in antiquissimis Scholiis ad Euripidis *Hecubam* vs. 892. Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει ἑάλω μὲν ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς — ὡς ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα (ποιήσας) ὀγδόῃ φθίνοντος. διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν ἡνίκα

Νὺξ μὲν ἔην μέσση λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη.

μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Egregie astronomicae rationes veterem fabulam illustrant, ut non facile sit dubitare. Itaque Dionysius haec tam firma esse opinatur ac si se vivo accidissent. Peius etiam et impudentius in talibus Romani Annalium scriptores mentiebantur, qui fabulas vetustas tam confidenter ad annorum rationes accommodabant ac si certam haec omnia et exploratam fidem haberent, in qua re bonus Dionysius nil mali suspicatus eorum auctoritatem securus sequitur.

In verbis Dionysii recte Urbinas ἐκεῖνον omittit. Cadit enim idem in unumquemque annum. Memorabilis locus sic scriptus erat: περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν (τὴν θερινὴν) εἴκοσιν ἡμέραι.

Pag. 160. τὰς πόλεις CΥΝοικίζοντες τοῖς Ἐλύμοις ἐν Σικελίᾳ. Hic locus declarat pag. 133. pro καὶ κατασκευάζεται αὐτοῖς πόλεις Αἴγεσταν καὶ Ἔλυμα, corrigendum esse καὶ CΥΓκατασκευάζεται.

Pag. 161. λαβόντες ἡγεμόνα — τῆς Λατίνου γυναικὸς Ἀμίτας ἀνεψιὸν ὄνομα Τυρρηνόν. Sic editur ex Urbinate, quasi ulla esse possit dubitatio quin de *Amata* et *Turno* haec dicantur et sine mora Ἀμάτας et Τυρνόν sit reponendum, ut vulgo recte legebatur nisi quod Ἀμάτης scribitur perperam. Nomina propria mulierum habent ferme omnia α longum Φίλας, Διοτίμας cett. Eadem est ratio in nominibus urbium Ἄλβας, Λογγόλας et sim.

Pag. 168. *εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον ὁμοίως* 'ANελθεῖν, imo vero *rediisse* 'ЄΠανελθεῖν.

Pag. 172. *καὶ ἐν ἅπασι νεανίσκοι δύο — ἐφαίνοντο.* Urbinas *φαίνονται* rectissime, quia non de re praeterita sed praesenti et omnium oculis exposita loquitur.

Pag. 173. in oraculo scribe *καθ' ὑμετέρ*HN *χθόνα* et post pauca *ἐπιμελείας* 'ΩC *ἐδύναντο πλείϛης* pro *ἧς*.

Pag. 178. *τυραννικόν* TЄ *χρῆμα καὶ θεοῖς ἀπεχθόμενον.* Scripserat *τυραννικόν* TI *χρῆμα* locutione Herodotea, qua multum Dionysius delectabatur.

Pag. 179. in Urbinate est: *καὶ νῦν ἔτι διαλαμπούσης τῆς λίμνης ἐν μέρει τινὶ ὅταν ὑπονοϛήσῃ τὸ νᾶμα καὶ ϛαθερὸς ὁ βυθὸς γένηται παϛάδων ἐρείπια καὶ ἄλλα οἰκήσεως ἴχνη*, unde hanc erui Dionysii manum: *καὶ νῦν ἔτι διαλάμπ*ЄI *τῆς λίμνης ἐν μέρει τινὶ ὅταν* — ΦΑΝ*ερὸς ὁ βυθὸς γένηται παϛάδων ἐρείπια.* I[n] aliis libris fertur futilis correctio *διαλειπούσης* pro *διαλαμπούσ[ης]* et in fine additur *φαίνεται*, quae manifesta correctoris interpo-latio est.

Pag. 185. scribendum: *τὸν δὲ τελευταῖον γενόμενον τῆς* [...] *μνης οἰκισμὸν ἢ κτίσιν ἢ ὅ τι δήποτε χρὴ καλεῖν Τίμαιος μὲν* [...] Male Urbinas *γενόμενον* transponit post *χρὴ καλεῖν.*

Pag. 188. *ἐπὶ τοῦ παρὰ τοῖς* 'AΓXICT*εῦσι κειμένου τίνα*[...] Egregie emendavit Niebuhrius 'APXIЄP*εῦσι.* Faciunt haec fidem nostrorum Codicum aestimandam, qui scatent huius-modi erroribus.

Pag. 193. *τοῦ τε δίκην ὑποσχεῖν φόβῳ καὶ ἔρωτι μὴ παυθῆναί ποτε τῆς ἀρχῆς.* imo vero *καὶ ἔρωτι* TOT *μὴ παυ*C*θῆναι.*

Pag. 194. ΠЄNTA*ετοῦς δὲ οὐκ ἐλάττω χρόνου* (leg. *χρόνων*)

Pag. 168. *εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον ὁμοίως* 'ΑΝ*ελθεῖν*, imo vero *rediisse* 'ΕΠ*ανελθεῖν*.

Pag. 172. *καὶ ἐν ἅπασι νεανίσκοι δύο — ἐφαίνοντο.* Urbinas *φαίνονται* rectissime, quia non de re praeterita sed praesenti et omnium oculis exposita loquitur.

Pag. 173. in oraculo scribe *καθ' ὑμετέρ*ΗΝ *χθόνα* et post pauca *ἐπιμελείας* 'ΩΣ *ἐδύναντο πλείστης* pro *ἧς*.

Pag. 178. *τυραννικόν* ΤΕ *χρῆμα καὶ θεοῖς ἀπεχθόμενον*. Scripserat *τυραννικόν* ΤΙ *χρῆμα* locutione Herodotea, qua multum Dionysius delectabatur.

Pag. 179. in Urbinate est: *καὶ νῦν ἔτι διαλαμπούσης τῆς λίμνης ἐν μέρει τινὶ ὅταν ὑπονοστήσῃ τὸ νᾶμα καὶ σταθερὸς ὁ βυθὸς γένηται παστάδων ἐρείπια καὶ ἄλλα οἰκήσεως ἴχνη*, unde hanc erui Dionysii manum: *καὶ νῦν ἔτι διαλάμπ*ΕΙ *τῆς λίμνης ἐν μέρει τινὶ ὅταν* — ΦΑΝ*ερὸς ὁ βυθὸς γένηται παστάδων ἐρείπια*. In aliis libris fertur futilis correctio *διαλειπούσης* pro *διαλαμπούσης* et in fine additur *φαίνεται*, quae manifesta correctoris interpolatio est.

Pag. 185. scribendum: *τὸν δὲ τελευταῖον γενόμενον τῆς 'Ρώμης οἰκισμὸν ἢ κτίσιν ἢ ὅ τι δήποτε χρὴ καλεῖν* Τ*ίμαιος μὲν κτέ.* Male Urbinas *γενόμενον* transponit post *χρὴ καλεῖν*.

Pag. 188. *ἐπὶ τοῦ παρὰ τοῖς* 'ΑΓΧΙΣΤ*εῦσι κειμένου πίνακος*. Egregie emendavit Niebuhrius 'ΑΡΧΙΕΡ*εῦσι*. Faciunt haec ad fidem nostrorum Codicum aestimandam, qui scatent huiuscemodi erroribus.

Pag. 193. *τοῦ τε δίκην ὑποσχεῖν φόβῳ καὶ ἔρωτι μὴ παυθῆναί ποτε τῆς ἀρχῆς*. imo vero *καὶ ἔρωτι* ΤΟΥ *μὴ παυ*Σ*θῆναι*.

Pag. 194. ΠΕΝΤΑ*ετοῦς δὲ οὐκ ἐλάττω χρόνου* (leg. *χρόνον*)

ἔδει τὰς ἱερὰς κόρας (Vestales) *ἁγνὰς διαμεῖναι γάμων.* Pro inepta scriptura *πενταετοῦς* receptum oportuit quod Critici certatim reposuerunt *τριακονταετοῦς* et ex ipso Dionysio pag. 379. *χρόνον δὲ τριακονταετῆ μένειν αὐτὰς ἀναγκαῖον ἁγνὰς γάμων*, et ex ipsa rei quam narrat natura. Non erat enim Amulio satis *in quinquennium* tantum sibi cavere. cf. et pag. 382. ubi Vestalis ait: *Ἑςία —, εἰ μὲν ὁσίως καὶ δικαίως ἐπιτετέλεκά σοι τὰ ἱερὰ χρόνον ὀλίγου δέοντα τριακονταετοῦς.*

Pag. 194. *αἷς ἀνατέθειται τοῦ ἀσβέςου πυρὸς ἡ φυλακή.* Plebeium est *ἀνατέθειται* pro *ἀνάκειται.* Verbum *τίθημι* apud omnes probatos scriptores habet perfectum passivum *κεῖσθαι* et in simplici et in compositis omnibus, non *τεθεῖσθαι.* Iterum sic peccavit pag. 830. *κακῶς ἅπαντες ὑπ' αὐτοῦ διατεθείμεθα*, pro *διακείμεθα.*

Pag. 195. *ὀργὴν φανερὰν οὐκ ἐποιεῖτο — ἀπόρρητον* ΔΕ *καὶ τοῦτο ἐφυλάττε*ΤΟ ΤΟ *ἔγκλημα.* Legendum: *ὀργὴν* (*μὲν*) *φανεράν* et *ἐφύλαττε τὸ ἔγκλημα.* verbo *cavendi* (*φυλάττεσθαι*) nullus hic locus est, et *occultum servare* ab omnibus dicitur *ἀπόρρητον φυλάττειν*, ut pag. 972. *τὴν διάνοιαν ἀπόρρητον φυλάττοντες.*

Pag. 197. *κατὰ τὴν συνείδησιν τῶν πραχθέντων.* Sordidum et novicium vocabulum est *ἡ συνείδησις* contra analogiam ex *συνειδέναι* formatum. Veteres dicebant *τὸ συνειδός.* Perinde vitiose alii ex *ἐγρήγορα* nomen *ἐγρήγορσις* finxerunt et *πεποίθησις* ex *πέποιθα.*

Pag. 202. *τὰ μὲν δὴ* (*βρέφη Romulus et Remus*) *κνυζούμενα κατὰ τοῦ τέλματος ἐκυλινδεῖτο, λύκαινα δέ τις — τῇ γλώττῃ τὸν πηλὸν ᾧ κατάπλεοι ἦσαν ἀπελίχμα.* Scrib. *κνυζ*Ω*μενα — ἐκ*Α*λινδεῖτο — κατάπλε*ΩΙ et *ἀπελιχμᾶ*ΤΟ.

Pag. 203. *εἰκὼν κεῖται τοῦ πάθους λύκαινα παιδίοις δυσὶ τοὺς μαςοὺς* 'ΕΠΙΣ*χοῦσα.* Quis non saepe vidit eiusdemmodi simulacrum? Sed perspicuum est *praesens* requiri *mammas praebens*,

παρὰ τὸν ἐντὸς τείχους ἐξεταζόμενος. ubi in libris est χρηςός sine sensu.

Pag. 145. lege ὡς οὐκ ἂν ἐξ ἐφόδου αὐτοὺς ἔτι χειρωσΑμενος pro χειρωσόμενος, et expunge τό in verbis [τὸ] πρῶτον ἀναλαβεῖν ᾤετο δεῖν τὴν δύναμιν ἐκ τοῦ παρόντος κόπου.

Pag. 146. Quaerit Latinus ex Aenea τί βουλόμενος ἄγει καὶ φέρει τὰ χωρία — παρασχὸν [ἂν] αὐτῷ πᾶν — πρὸς φιλίαν καὶ παρ' ἑκόντων εὑρίσκεσθαι; Soloece adhaeret participio παρασχόν vocula ἄν. Herodoteum et Thucydideum παρέχον et εὖ παρασχόν lubens Dionysius imitatur.

Latinus ad Aeneam pag. 148. ita dicit: ἀλλ' ἔγωγε εὔνοιάν τε πρὸς ἅπαν τὸ Ἑλληνικὸν γένος ἔχω (obliviscitur se cum Troianis loqui) καὶ συμφοραῖς ἀνθρώπων ἀναγκαίαις πάΝΤ ἄχθομαι. Retracta ex fuga praepositio locum sanum reddet: πάνυ CΥΝάχθομαι. Benevolentiam suam et *misericordiam* significat.

Pag. 151. ἀετὸν δὲ προσπΕτόμενον ἀναρριπίζειν τῇ κινήσει τῶν πτερύγων τὴν φλόγα. Emenda iubente rei natura προσπτόμενον. Sexcenties in antiqua et obsoleta forma aoristi πτέσθαι sic librarii peccant. Ipsi πτῆναι et πτάσθαι et πετασθῆναι dicebant, et in praesenti ἵπτασθαι pro πέτεσθαι.

Pag. 154. ποιούμενοι δὲ τὸν πλοῦν παρὰ τὴν Εὐρώπην εἰς τὸν Μέλανα καλούμενον ἀφικνοῦνται κόλπον. Ridiculum est Εὐρώπην. Corrige παρὰ τὴν ΘΡΑΙΚΗΝ. Idem vitium supra sustulimus pag. 31.

In sqq. ἐν νήσῳ τινὶ (τῆς Θρᾴκης) ὁρμισάμενοι non tantum vitiose abundat τῆς Θρᾴκης post restitutam paullo ante veram lectionem παρὰ τὴν Θρᾴκην, sed vehementer dubito an νῆσος τῆς Θρᾴκης recte dicatur insula *Thraciae adiacens*.

Pag. 159. Ἴλιος μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος —. περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν [ἐκεῖνον]

ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσιν ἡμέραι. Quam lepidi sunt veteres temporum mensores qui haec nobis magna gravitate pro veris narrant. Et haec quidem Graeca fabula est, de qua locus est eximius Callisthenis a Casaubono laudatus et a me editus in antiquissimis Scholiis ad Euripidis *Hecubam* vs. 892. Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει ἑάλω μὲν ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς — ὡς ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα (ποιήσας) ὀγδόῃ φθίνοντος. διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν ἡνίκα

Νὺξ μὲν ἔην μέσση λαμπρὴ δ' ἐπέτελλε σελήνη.

μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Egregie astronomicae rationes veterem fabulam illustrant, ut non facile sit dubitare. Itaque Dionysius haec tam firma esse opinatur ac si se vivo accidissent. Peius etiam et impudentius in talibus Romani Annalium scriptores mentiebantur, qui fabulas vetustas tam confidenter ad annorum rationes accommodabant ac si certam haec omnia et exploratam fidem haberent, in qua re bonus Dionysius nil mali suspicatus eorum auctoritatem securus sequitur.

In verbis Dionysii recte Urbinas ἐκεῖνον omittit. Cadit enim idem in unumquemque annum. Memorabilis locus sic scriptus erat: περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν (τὴν θερινὴν) εἴκοσιν ἡμέραι.

Pag. 160. τὰς πόλεις CΥΝοικίζοντες τοῖς Ἐλύμοις ἐν Σικελίᾳ. Hic locus declarat pag. 133. pro καὶ κατασκευάζεται αὐτοῖς πόλεις Αἴγεϛαν καὶ Ἔλυμα, corrigendum esse καὶ CΥΓκατασκευάζεται.

Pag. 161. λαβόντες ἡγεμόνα — τῆς Λατίνου γυναικὸς Ἀμίτας ἀνεψιὸν ὄνομα Τυρρηνόν. Sic editur ex Urbinate, quasi ulla esse possit dubitatio quin de *Amata* et *Turno* haec dicantur et sine mora Ἀμάτας et Τυρνόν sit reponendum, ut vulgo recte legebatur nisi quod Ἀμάτης scribitur perperam. Nomina propria mulierum habent ferme omnia α longum Φίλας, Διοτίμας cett. Eadem est ratio in nominibus urbium Ἄλβας, Λογγόλας et sim.

Pag. 168. *εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον ὁμοίως* 'ΑΝ*ελθεῖν*, imo vero *rediisse* 'ΕΠ*ανελθεῖν*.

Pag. 172. *καὶ ἐν ἅπασι νεανίσκοι δύο — ἐφαίνοντο*. Urbinas *φαίνονται* rectissime, quia non de re praeterita sed praesenti et omnium oculis exposita loquitur.

Pag. 173. in oraculo scribe *καθ' ὑμετέρ*ΗΝ *χθόνα* et post pauca *ἐπιμελείας* 'ΩC *ἐδύναντο πλείστης* pro *ἧς*.

Pag. 178. *τυραννικόν* ΤΕ *χρῆμα καὶ θεοῖς ἀπεχθόμενον*. Scripserat *τυραννικόν* ΤΙ *χρῆμα* locutione Herodotea, qua multum Dionysius delectabatur.

Pag. 179. in Urbinate est: *καὶ νῦν ἔτι διαλαμπούσης τῆς λίμνης ἐν μέρει τινὶ ὅταν ὑπονοστήσῃ τὸ νᾶμα καὶ σταθερὸς ὁ βυθὸς γένηται παστάδων ἐρείπια καὶ ἄλλα οἰκήσεως ἴχνη*, unde hanc erui Dionysii manum: *καὶ νῦν ἔτι διαλάμπ*ΕΙ *τῆς λίμνης ἐν μέρει τινὶ ὅταν* — ΦΑΝ*ερὸς ὁ βυθὸς γένηται παστάδων ἐρείπια*. In aliis libris fertur futilis correctio *διαλειπούσης* pro *διαλαμπούσης* et in fine additur *φαίνεται*, quae manifesta correctoris interpolatio est.

Pag. 185. scribendum: *τὸν δὲ τελευταῖον γενόμενον τῆς Ῥώμης οἰκισμὸν ἢ κτίσιν ἢ ὅ τι δήποτε χρὴ καλεῖν Τίμαιος μὲν κτέ*. Male Urbinas *γενόμενον* transponit post *χρὴ καλεῖν*.

Pag. 188. *ἐπὶ τοῦ παρὰ τοῖς* 'ΑΓΧΙCΤ*εῦσι κειμένου πίνακος*. Egregie emendavit Niebuhrius 'ΑΡΧΙΕΡ*εῦσι*. Faciunt haec ad fidem nostrorum Codicum aestimandam, qui scatent huiuscemodi erroribus.

Pag. 193. *τοῦ τε δίκην ὑποσχεῖν φόβῳ καὶ ἔρωτι μὴ παυθῆναί ποτε τῆς ἀρχῆς*. imo vero *καὶ ἔρωτι* ΤΟΥ *μὴ παυ*C*θῆναι*.

Pag. 194. ΠΕΝΤΑ*ετοῦς δὲ οὐκ ἐλάττω χρόνου* (leg. *χρόνον*)

ἔδει τὰς ἱερὰς κόρας (Vestales) ἁγνὰς διαμεῖναι γάμων. Pro inepta scriptura πενταετοῦς receptum oportuit quod Critici certatim reposuerunt τριακονταετοῦς et ex ipso Dionysio pag. 379. χρόνον δὲ τριακονταετῆ μένειν αὐτὰς ἀναγκαῖον ἁγνὰς γάμων, et ex ipsa rei quam narrat natura. Non erat enim Amulio satis *in quinquennium* tantum sibi cavere. cf. et pag. 382. ubi Vestalis ait: Ἑςία —, εἰ μὲν ὁσίως καὶ δικαίως ἐπιτετέλεκά σοι τὰ ἱερὰ χρόνον ὀλίγου δέοντα τριακονταετοῦς.

Pag. 194. αἷς ἀνατίθειται τοῦ ἀσβέςου πυρὸς ἡ φυλακή. Plebeium est ἀνατίθειται pro ἀνάκειται. Verbum τίθημι apud omnes probatos scriptores habet perfectum passivum κεῖσθαι et in simplici et in compositis omnibus, non τεθεῖσθαι. Iterum sic peccavit pag. 830. κακῶς ἅπαντες ὑπ' αὐτοῦ διατεθείμεθα, pro διακείμεθα.

Pag. 195. ὀργὴν φανερὰν οὐκ ἐποιεῖτο — ἀπόρρητον ΔΕ καὶ τοῦτο ἐφυλάττεΤΟ ΤΟ ἔγκλημα. Legendum: ὀργὴν (μὲν) φανερὰν et ἐφύλαττε τὸ ἔγκλημα. verbo *cavendi* (φυλάττεσθαι) nullus hic locus est, et *occultum servare* ab omnibus dicitur ἀπόρρητον φυλάττειν, ut pag. 972. τὴν διάνοιαν ἀπόρρητον φυλάττοντες.

Pag. 197. κατὰ τὴν συνείδησιν τῶν πραχθέντων. Sordidum et novicium vocabulum est ἡ συνείδησις contra analogiam ex συνειδέναι formatum. Veteres dicebant τὸ συνειδός. Perinde vitiose alii ex ἐγρήγορα nomen ἐγρήγορσις finxerunt et πεποίθησις ex πέποιθα.

Pag. 202. τὰ μὲν δὴ (βρέφη *Romulus et Remus*) κνυζούμενα κατὰ τοῦ τέλματος ἐκυλινδεῖτο, λύκαινα δέ τις — τῇ γλώττῃ τὸν πηλὸν ᾧ κατάπλεοι ἦσαν ἀπελίχμα. Scrib. κνυζΩμενα — ἐκΑλινδεῖτο — κατάπλεΩΙ et ἀπελιχμᾶΤΟ.

Pag. 203. εἰκὼν κεῖται τοῦ πάθους λύκαινα παιδίοις δυσὶ τοὺς μαςοὺς 'ΕΠΙΣχοῦσα. Quis non saepe vidit eiusdemmodi simulacrum? Sed perspicuum est *praesens* requiri *mammas praebens*,

τοὺς μαςοὺς ἐπΕχουσα. Aoristus recte legitur pag. 218. τὴν τιθηνησαμένην τὰ παιδία καὶ μαςοὺς ἐπισχοῦσαν.

Pag. 205. ἣν (casam Romuli) φυλάττουσιν ἱερὰν οἷς τούτων ἐπιμελές. Dixerat: οἷς τοῦτ' ἐπιμελές, *quibus ea res curae.*

Pag. 205. ᾐτιῶντο δὲ ἀλλήλους ἢ τὴν μὴ προσήκουσαν ὀργάδα κατανέμειν — ἢ ὅ τι δήποτε τύχοι. 'ΕΚ δὲ τῆς κτέ. Meminerat τῆς τῶν Μεγαρέων ὀργάδος ex Demosthene pag. 175. 24. cui non erat hic locus, quia ὀργάς est γῆ ἱερά et *Diis consecrata* Thucyd. I. 139.

In fine loci scripserat: ἢ ὅ τι δήποτε τύχοιΕΝ, ut apud Demosthenem pag. 1275. 15. φήσαντες γὰρ καπνίζειν αὐτοὺς — καὶ κακῶς λέγειν (ἢ add.) ὅ τι τύχοιεν. Sic enim omnes verbo τυγχάνειν utebantur.

Pag. 206. εἴς τι χωρίον Καινίναν ὀνομαζόμενον. Libri καινιμᾶν, correxit Sylburgius in accentu peccans. Ut enim Αἴγινα Αἰγινήτης et Βέλβινα Βελβινήτης dicebant, sic et Καίνινα Καινινήτης. Saepe in his peccari videbis. Passim in vicinia Kiesslingius Καινινιτῶν edidit. Melius Stephanus in v. τὸ ἐθνικὸν Καινινῆται.

Pag. 211. τὸν 'Ρῶμον ἤρετο τίς εἴη καὶ τίνων, ὡς οὐκ ἂν ἐκ τῶν τυχόντων γε τοιοῦτον ἄνδρα γενόμενον. Supplendum καὶ 'ΕΚ τίνων, ut semper ἀγαθὸς καὶ ἐξ ἀγαθῶν, βελτίων καὶ ἐκ βελτιόνων, δοῦλος καὶ ἐκ δούλων et similia multa dicuntur, ut statim ἐκ τῶν τυχόντων γενόμενον.

Pag. 215. οὐ γὰρ ἔτι δίκαιοί εἰσιν ἐν βουκόλοις καὶ ἀδόξῳ βίῳ ζῆν ἔμοιγε ὄντες συγγενεῖς. Mirifice copulantur ἐν βουκόλοις καὶ ἀδόξῳ βίῳ ζῆν. Expuncto καί legendum ἐν βουκόλοις ἄδοξΟΝ βίΟΝ ζῆν. Constanter enim Graeci omnes dicebant βίον ζῆν, λαγὼ βίον ζῆν, ζῆν βίον ἀβίωτον et sim., et saepissime Dionysius et ipse ita loquitur. pag. 233. βίον Ἕλληνα ζῶντες. pag. 299. γεωργικὸν βίον ζῆν. pag. 853. ἰδιώτην βίον ζῆν. pag. 956. σώφρονα καὶ αὐταρκῆ βίον ζῶν. pag. 2002. ταλαίπωρον ἔζη βίον. pag. 2037. αὐτουργὸν ἔζη βίον. Itaque nunc quoque dixerat ἐν βουκόλοις ἄδοξον βίον ζῆν.

Pag. 217. *ὅτῳ δή τινι τρόπῳ ἀναιρεῖ.* Vitium est Dionysianae dictionis *ὅϛις δή τις* pro *ὅϛις δή*. Non sensit quam inepte *τις* in ea forma bis poneretur. Saepius autem ita loquitur et est ei suus error relinquendus.

Pag. 219. *ἡνίκα δὲ τῆς ἐν τῷ γάλακτι τροφῆς ἀπηλλάγη τὰ παιδία* (*Romulus et Remus*) *δοθῆναι πρὸς τῶν τρεφόντων εἰς Γαβίους πόλιν οὐ μακρὰν [ἀπὸ] τοῦ Παλλαντίου κειμένην ὡς Ἑλλάδα παιδείαν ἐκμάθοιεν.* Quam me delectant Romulus et Remus qui a lacte depulsi statim Graecis literis et disciplinis operam dederunt. Sic Philo Iudaeus in *vita Mosis* serio scribit doctos quosdam ex Graecia in Aegyptum vocatos esse qui Mosen Graecis disciplinis imbuerent [1]. Romulus videtur imprimis historiae dedisse operam, quia in orationibus quas subinde habet non minorem historiae Graecae cognitionem et intelligentiam ostendit quam in ipso Dionysio fuisse videmus.

Male abundare praepositio videtur in verbis: *οὐ μακρὰν [ἀπὸ] τοῦ Παλλαντίου κειμένην.* Solet enim Dionysius *οὐ μακράν* cum genitivo componere.

Pag. 223. *ἐπειδὴ οὐδὲν ἐμειοῦτο τῆς στάσεως.* Coniungi non possunt *οὐδὲν τῆς ϛάσεως*, quae non est Graeca compositio sed duabus literulis repetitis scribendum: *οὐδὲν ἐμειοῦτο* ΤΟ *τῆς ϛάσεως.*

Pag. 224. *φυλακὴ ἀμφοῖν παρῆν οὐκ ἐπιτρέψουσα ὅ τι μὴ φανείη λέξειν.* *Ἐπιτρέπειν* ex ipsa natura verbi cum *futuro* non componitur. Legendum *λέγειν*. Non videtur ea custodia acris admodum fuisse, quia Romulus statim impudenter mentitus eos mittit ad fratrem *ὡς πρότερος ἰδὼν αἰσίους οἰωνούς.*

Pag. 225. *ἐν δὲ τούτῳ δώδεκα γῦπες αἴσιοι πετόμενοι ὤφθησαν, οὓς ἰδὼν θαρρεῖ τε καὶ τῷ Ῥώμῳ λέγει δείξας τοὺς οἰωνούς· Τί γὰρ ἀξιοῖς τὰ πάλαι γενόμενα μαθεῖν; τούσδε γὰρ δήπου [τοὺς

---

1) Philo *de vita Mosis* Tom. II. pag. 84. Mang. *διδάσκαλοι δ᾽ εὐθὺς ἀλλαχόθεν ἄλλοι παρῆσαν — οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ μεγάλαις δωρεαῖς μεταπεμφθέντες*, et post pauca: *τὴν δὲ ἄλλην ἐγκύκλιον παιδείαν Ἕλληνες ἐδίδασκον*, unde suspicari licet Mosen et Romulum perinde bene Graece scivisse.

οἰωνούς] *αὐτὸς ὁρᾷς*. Tollendum emblema manifestum vel ob praecedens *δείξας τοὺς οἰωνούς*. Quam pueriles homunciones erant, qui talia adscriberent!

Pag. 225. *ἑκατέρου τὸ πλέον ἔχειν ἀφανῶς διωκομένου*. Neque *διωκομένου* sanum est pro *διώκοντος* neque quod reponunt *διοικουμένου*. Melius quaerendum. Optime haberet *διώκοντος*, sed mirum quo pacto haec confusio nasci potuerit.

Pag. 226. *ὅπερ ἐγένετο*. Constanter omnes in ea re dicebant: *ὅπερ* ΚΑΙ *ἐγένετο*, *ὅπερ* ΚΑΙ *συνέβη*, ut sexcenties apud ipsum Dionysium legitur veluti pag. 409, 960. et passim alibi.

Pag. 226. *αὐτὸς δὲ Ἀπὸ λύπης τε καὶ μετανοίας τῶν πεπραγμένων παρεὶς ἑαυτὸν εἰς ἀπόγνωσιν τοῦ βίου τρέπεται*. Certum est Dionysium scripsisse *Ὑπὸ λύπης*, ut supra diximus. Nihil hoc vitio frequentius et apud alios et in Dionysii libris. Passim emendatus error hic illic pertinaciter haeret.

Recte legitur pag. 808 *ἔξω τοῦ φρονεῖν γεγονὼς Ὑπὸ τοῦ κακοῦ*, sed mendose pag. 780. *οὐδὲ φωνὴν Ἀπὸ τοῦ κακοῦ ῥῆξαι δυνάμενος*, quod Reiske correxit.

Pag. 227. *εἴ τις* (*λόγος*) *ἑτέρως ἔχων παραΔΙδοται*. Perpetua confusio est inter *δίδοσθαι* et *δεδόσθαι*. Utra sit vera scriptura ex cuiusque loci natura non ex libris constituendum. Itaque h. l. *παραδΕδοται* verum est.

Pag. 227. *συναγαγὼν δὲ τοὺς Λατίνους ὅσοι μὴ κατὰ τὴν μάχηΝ ἐφθάρησαν ὀλίγῳ πλείους ὄντας τρισχιλίων ἐκ πάνυ πολλοῦ κατ' ἀρχὰς γενομένου πλήθους ὅτε τὴν ἀποικίαν ἔστελλεν*. Primum scribe *κατὰ τὴν μάχη*Ν ΔΙ*εφθάρησαν*. *Periisse* enim dicitur aut *ἀπολέσθαι* aut *διαφθαρῆναι*, non *φθαρῆναι*. Praecedens N absorpsit ΔΙ, ut passim. Deinde supple *ἐκ πάνυ πολλοῦ* ΤΟΥ *κατ' ἀρχὰς γενομένου πλήθους*. cf. pag. 238. *ἀπὸ πολλοῦ* ΤΟΥ *κατ' ἀρχὰς ἀποσταλέντος ὀλίγος ἦν ὁ καταλειφθείς*.

Pag. 227. *ὑπεραλέσθαι* vitiosa Graeculorum forma est. *Ἄλλεσθαι* habet aoristum *ἡλάμην*, *ἅλασθαι*, *ἀλάμενος*, sed sexcen-

ties in his scribae peccabant, qui *ἀφειλόμην* et *εὑρόμην* et *ἐπηυρόμην* in *ἀφειλάμην*, *εὑράμην* et *ἐπηυράμην* convertunt, sed contrario errore *ἀλέσθαι* pro *ἄλασθαι* passim substituunt.

Pag. 228. *ἔμελλε τὴν ἀρχὴν τῶν ἔργων ποιήσΑσθαι*. Leg. *ποιήσΕσθαι*, ut mox recte *ἕξειν ἔμελλεν* similiterque omnibus locis ubi futuri et aoristi non eadem fere forma est, ut pag. 215. *ἔμελλον δεήσεσθαι*, et sic passim *μέλλω ἐρεῖν*, *ἔσεσθαι*, *γενήσεσθαι*, et sim. quae corrumpi non tam facile poterant.

Pag. 228. memorabilis est Kiesslingii et Meinekii emendatio in verbis: *ὄρνιθας μὲν πρῶτον ἀετοὺς λαμβάνει*. Erat in libris antiquis ΑΙΕΤΟΥC, in quo, ut illi perspexerunt, ΑΙCΙΟΥC latebat.

Post pauca scribe *τῶν βοῶν ἑκάτερΟΝ* pro *ἑκατέρους*. Ex compendiis confunduntur saepe *ἕκαστος* (*ἕκαστοι*) et *ἑκάτερος* (*ἑκάτεροι*), sed ex usu loquendi facile vera lectio agnoscitur.

Pag. 229. *θύουσι δ' ἐν αὐτῇ* (*Parilibus*) *περὶ* (*ὑπὲρ* Meineke) *γονῆς τετραπόδων — θυσίαν χαριστήριον*. Meineke *εὐαρεστήριον* coniecit quod Editor recepit in textum. Nollem factum, quoniam ne Graecum quidem esse arbitror *εὐαρεστήριος* pro *ἀρεστήριος*. Legitur semel in Urbinate pag. 168. *σὺν ἱκετείαις καὶ θυσίαις εὐαρεστηρίοις* pro vulgato *ἀρεστηρίοις*, quod unice verum est. *Θυσία ἀρεστήριος* habet locum in placanda ira Deorum, ad obtinendam pacem Deorum (*θυσίαις ἀρέσκεσθαι τοὺς θεούς*), quod a Parilium festivitate plane abhorret. Itaque *χαριστήριον* retinuerim.

Pag. 229. *πότερον δὲ — τὴν ἡμέραν ταύτην — ἐπιτηδειοτάτην οἰκισμῷ πόλεως ἐνόμισαν ἢ* [*τὴν*] *τοῦ κτίσματος ἄρξασαν ἱερὰν ἐποιήσαντο — οὐκ ἔχω βεβαίως εἰπεῖν*. Resecandum est *τήν* ab Editore additum. Coniuncta sunt: *τὴν ἡμέραν ταύτην τοῦ κτίσματος ἄρξασαν* (id est *ὅτι τοῦ κτίσματος ἦρξεν*) *ἱερὰν ἐποιήσαντο*.

Pag. 231. *Λιγύων καὶ Ἰβήρων* (*καὶ Κελτῶν*) *συχνὰς μυριάδας*. Revocanda sunt ex reliquis libris verba *καὶ Κελτῶν*, quae in Urbinate incuria omissa sunt et propterea ab Editore deleta. Gallorum mentio in ea re omitti non potuit.

Pag. 232. *ἀποχρῶσι δὲ τὸν λόγον τόνδε [ὡς ἀληθῆ εἶναι] Ἀχαιῶν οἱ περὶ τὸν Πόντον ᾠκημένοι τεκμηριῶσαι*. Expunge emblema, quod cum verborum compositione non congruit et prorsus est inutile. *Τεκμηριῶσαι* eo sensu Thucydideum est. *Ὠικημένοι* ab Herodoto sumsit, qui *οἴκηται, οἰκέαται, οἰκέατο, οἰκημένοι* Ionico more dicit pro *οἰκεῖ, οἰκοῦσιν, ᾤκουν, οἰκοῦντες*.

Post pauca corrige *ἐπιμιξΙῶν* pro *ἐπιμίξΕων*.

AD LIBRUM SECUNDUM.

Pag. 241. *τοὺς δὴ τὰ πολέμιά τε ἀσκοῦντας καὶ [τὰ] τῶν ἐπιθυμιῶν κρατοῦντας*, sine controversia articulus eximendus est.

Pag. 241. *μαχητὰς δέ γε καὶ δικαίους ἄνδρας καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἐπιτηδεύοντας τὸ τῆς πολιτείας σχῆμα ποιεῖν* ΤΟΙC *φρονίμως αὐτὸ κατασησαμένΟΙC*. Si quis hoc agit videbit *τοὺς — κατασησαμένους* verum esse. *Τὸ ἑξῆς* (ut grammatici loquuntur) est: *τὸ τῆς πολιτείας σχῆμα τοὺς φρονίμως αὐτὸ κατασησαμένους μαχητὰς ποιεῖ*.

Pag. 244. *καὶ πολλὴν σύνισμεν δεινότητα, πολλὴν* ΔΕ *σοφίαν*. Necessario ex Graecorum usu inserenda vocula est: *πολλὴν* ΜΕΝ *σύνισμεν*.

Pag. 244. *ταῦτα ὁ Ῥωμύλος ἀκούσας ἀγαπᾶν μὲν ἔφη βασιλείας ἄξιος ὑπ' ἀνθρώπων κριθείς*. Ex falsa oppositione natum est *ἀνῶν* (*ἀνθρώπων*) pro *αὐτῶν*.

Pag. 245. *ἀςέρων πλανητῶν τε καὶ ἀπλανῶν*. Legendum *πλανήτων*. Dionysius constanter dicit *πλάνης, πλάνητες, πλανήτων, πλάνητας*, et *ἀκμῆτες* (*integri*) non *ἀκμῆται*, in quibus libri variare solent. Vid. pag. 13. 28. 235. 849. Praeter hunc locum omnia apud Kiesslingium emendate scripta sunt.

Pag. 246. *τὰ μὲν Ἐςραμμένα πρὸς τὰς ἀνατολὰς ἡγεμονικωτέραν μοῖραν ἔχει τῶν προσεσπερίων*. Legendum ΤΕΤ*ραμμένα* *ad Orientem conversa*. Saepissime contra dicendi usum et rei naturam *ἐςράφθαι* et *τετράφθαι* inter se mutant locum. Recte

pag. 140. *πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένος*, sed mendose pag. 2114. *τὰ πρὸς τοὺς μαχομένους* 'ЄCτραμμένα *μέρη*, et saepe in simili re idem error tollendus.

Pag. 248. queritur Dionysius, homo admodum superstitiosus et credulus, de auspiciis neglectis aut *dicis caussa* captis. *Magistratum auspicantibus*, inquit, *τῶν παρόντων τινὲς ὀρνιθοσκόπων μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου φερόμενοι* (*φέροντες* dicebant Veteres) *ἀςραπὴν αὐτοῖς* MHNYЄIN *ἐκ τῶν ἀριςερῶν φασὶ τὴν οὐ γενομένην*. Mendosum est *μηνύειν*, et *σημαίνειν* verum esse videtur.

Pag. 256. *ὅσα* ΠЄΡΙ *παίδων πράττουσι πατέρες*. Tralaticia est confusio inter *περί* et *ὑπέρ*, sed non est usquam dubia optio. Est enim aliquid inter *de* et *pro*, et idem prorsus discrimen est inter *περί* et *ὑπέρ*.

Pag. 257. *τοὺς δὲ πελάτας ἔδει τοῖς ἑαυτῶν προςάταις θυγατέρας συνεκδίδο*CΘAI. Fieri potest ut Dionysius ipse erraverit, sed *συνεκδιδόναι* in tali re ratio et usus postulant, ut apud Lysiam pag. 157. 18. *τῶν πολιτῶν τισὶν ἀποροῦσι συνεξέδωκε θυγατέρας*, et apud Demosthenem pag. 316. 4. *εἴ τισι θυγατέρας συνεξέδωκα*, et sic alibi constanter.

Pag. 258. de necessitudine inter patronos et clientes scribit: *ὁ ἀγὼν* [*ὑπὲρ τῆς εὐνοίας*] *ὑπὲρ τοῦ μὴ λειφθῆναι τῆς ἀλλήλων χάριτος ἔκτοπος ἡλίκος ἀμφοτέροις ἦν*. Respuit compositio loci verba vitiose abundantia *ὑπὲρ τῆς εὐνοίας*.

Pag. 259. *οὕτως ἐγκρατὴς ὁ βίος ἦν αὐτοῖς ἁπάσης ἡδονῆς καὶ τὸ μακάριον ἀρετῇ μετρῶν, οὐ τύχῃ*. Urbinas *μέτρον* exhibet pro *μετρῶν*. Verum est *ἐμέτρουν*. Non enim *ὁ βίος*, sed ipsi *τὸ μακάριον ἀρετῇ ἐμέτρουν*. Subest imitatio notissimi loci apud Demosthenem *de Corona* pag. 324. 24. *ἄνθρωποι μιαροὶ* — *τῇ γαςρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίςοις τὴν εὐδαιμονίαν*. Compara locum Dionysii pag. 272. *τὴν εὐδαιμονίαν οὐ ταῖς αἰσχίςαις μετροῦσιν ἡδοναῖς ἀλλὰ τῷ καλῷ*. et pag. 958. *εἴ τις μὴ ταῖς ἐπονειδίςοις ἡδοναῖς μετρεῖ τὴν εὐδαιμονίαν ἀλλὰ τῷ καλῷ*. et pag. 1009. *τῇ γαςρὶ καὶ ταῖς αἰσχίςαις ἐζηκότας ἡδοναῖς*.

Pag. 260. Romulus ex patriciis centum Senatores legisse narratur. *ἐποιεῖτο δὲ αὐτῶν τοιάνδε τὴν ΔΙαίρεσιν*. Imo vero *ἐποιεῖτο — τὴν* ΑΙ*ρεσιν*, id est *ᾑρεῖτο*, ut pag. 278. *τῶν ποιουμένων τὰς αἱρέσεις τῶν ἐπιςησομένων τοῖς ἱεροῖς.*

Pag. 260. ὍΤΕ *αὐτὸς ἐξάγοι ςρατιάν*. tralaticio errore scriptum pro *ὁπότε* *quoties*. Saepissime idem error in Dionysii libris inolevit, ut pag. 297. ὍΤΕ *δὲ ςρατιὰ καταλάβοι*, imo vero *ὁπότε*. *Ὁσάκις* eodem sensu cum indicativo construitur, ut pag. 1417. *ὁσάκις* [*ἂν*] *περὶ τούτου προετέθη σκοπεῖν*, ubi recte Urbinas *ἂν* omittit.

Pag. 261. de Senatu scribit: *τοῦτο τὸ συνέδριον Ἑλληνιςὶ ἑρμηνευόμενον γερουσίαν δύναται δηλοῦν καὶ μέχρι τοῦ παρόντος ὑπὸ Ῥωμαίων* ΟΥΤΩΣ *καλεῖται*. Quid est *οὕτως* et quo refertur? Quid multis verbis opus est? Lacuna est in hunc ferme modum supplenda: — *συνέδριον* (*κατὰ μὲν τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον καλεῖται Σενάτος, τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα*) *Ἑλληνιςὶ ἑρμηνευόμενον γερουσίαν δύναται δηλοῦν.*

Pag. 261. *τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς ἀρίςους γέροντας εἰώθασιν οἱ παλαιοὶ καλεῖν*. Emendandum est *τοὺς πρεσβυτ*ΑΤΟΥΣ, quia quamquam *πρεσβυτέρους* (*natu grandiores*) per se spectatum non offendit, tamen ob sequens *καὶ τοὺς ἀρίςους* superlativus est necessarius. Saepe apud Dionysium legitur: *οἱ πρεσβύτατοι καὶ οἱ ἄριςοι.*

Senatores inquit pag. 261. *πατέρες σύγγραφοι προσηγορεύθησαν*. Sic omnis erat deleta memoria causae simplicissimae cur *patres conscripti* essent appellati post reges exactos, non a Romulo, ut Dionysius nugatur. De origine nominis Romanorum nemo cogitabat. Cicero in *Philipp.* XIII. 13. *apertam curiam vidit post Caesaris mortem: mutavit calceos;* pater conscriptus *repente factus est.*

Pag. 262. *Φυλακῆς ἕνεκα τοῦ σώματος καὶ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν ἔργων ὑπηρεσί*ΑΙ. Imo vero *ὑπηρεσί*ΑΣ, nempe *ἕνεκα.*

Pag. 263. ὡς δὲ Οὐαλέριος ὁ Ἀντιεύς φησιν. Revocanda est vulgata lectio ὁ Ἀντιάς, ut constantur apud Graecos Latina forma Valerius Antias appellatur. Quod ex solo Urbinate receptum est ὁ Ἀντιεύς inusitatam formam habet. Antii cives constanter, etiam apud Dionysium, sexcenties οἱ Ἀντιᾶται appellantur.

Pag. 263. de Romuli satellitibus scribit: οἱ κατὰ τὴν πόλιν αἰχμοφόροι αὐτῷ παρηκολούθουν. Αἰχμοφόροι ab Herodoto sumsit. Caeteri omnes δορυφόρους eos appellant.

Pag. 265. ὁπότε γὰρ αὐτῷ φανείη ϛρατιὰν ἐξάγειν. Mirari soleo quam multa eruditus rhetor, qui tamdiu optimos quosque scriptores Atticos sedulo triverat, contra sinceritatem sermonis peccaverit. In his est φαίνεσθαι perperam positum passim pro δοκεῖν. Omnes dicebant ὁπότε αὐτῷ δόξειεν, at ille φανείη vitiose substituit. Centenis aliis locis idem error recurrit, veluti pag. 293. ἣν ἂν ἐκείνοις φανῇ τιμωρίαν ὑφέξοντες. pag. 295. ἐφάνη Ῥωμαίοις — νόμους — ἐν ἀγορᾷ θεῖναι. et pag. 1019, 1047, 1099. et passim.

Pag. 266. τάξιν ἑκάϛους τὴν προσήκουσAN ἀναλαμβάνειν. Scribendum λαμβάνειν. Molestam et sententiae inimicam praepositionem praecedens syllaba peperit.

Pag. 268. πολίτευμα ὃ μάλιϛα τοὺς Ἕλληνας ἀσκεῖν ἔδει. Quod in tali re dici solet πάντων μάλιϛα legitur in libris omnibus, sed quia ab uno Urbinate male omittitur ab Editore expunctum est.

Pag. 270. Σπαρτιᾶται μέν γε πταίσαντες μάχῃ τῇ περὶ Λεῦκτρα — ἀπέϛησαν τῆς ἡγεμονίας. Argumentatio Dionysii indicat vocabulum periisse. Leg. (μιᾷ) πταίσαντες μάχῃ, ut recte in vicinia legitur ἐξ ἑνὸς τοῦ περὶ Χαιρώνειαν ἀτυχήματος.

Pag. 272. ἅπαντα τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ τὰ κρείττω CΥΜφέρεται, Kiessling. ex Urbinate φέρεται reponens fallitur. Est enim Herodotea locutio VII. 8. 1. καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πολλὰ ἐπέπουσι

συμφέρεται ἐπὶ τὸ ἄμεινον. Συμφέρεται est συμβαίνει apud Iones quidem, quos lubens Dionysius imitatur.

Pag. 273. (Romulus) παρεσκεύασε τοὺς ἀνθρώπους κράτιςα περὶ θεῶν λέγειν τε καὶ φρονεῖν μηδὲν αὐτοῖς προσάπτοντας ἀνάξιον ἐπιτήδευμα τῆς μακαρίας φύσεως. Pro κράτιςα optime Eusebius τὰ κάλλιςα. Caeteri olim turpissima quaedam Diis tribuebant:

κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατύλλειν.

multum indignante Platone, sed olim meliora Romulus viderat.

Ratio fugit Kiesslingium quum annotaret ad pag. 276. τύπους τε περικείμενοι τοῖς ςήθεσι — καὶ τύμπανα κροτοῦντες „τύπους *vix recte dictum est*, τυπετούς *dubitanter Buecheler*." Audi Polybium XXII. 20. Γάλλων τῶν ἐκ Πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἔχοντες προςηθίδια καὶ τύπους. apud Suidam v. Γάλλοι, qui addit: καὶ αὖθις „ἀπέςειλε νεανίσκους διασκευάσας εἰς Γάλλους — ἔχοντας τύμπανα καὶ τύπους." Apud Herodotum IV. 76. ὁ Ἀνάχαρσις τὴν ὁρτὴν ἐπετέλεε τῇ θεῷ (τῇ μητρὶ τῶν θεῶν) τύμπανά τε ἔχων καὶ ἐκδησάμενος ἀγάλματα, ubi ἀγαλμάτια reponendum arbitror.

Pag. 277. ὁ πολὺς καὶ ἀφιλοσόφητος ὄχλος — καταφρονεῖ τῶν θεῶν ὡς ἐν πολλῇ κακοδαιμονίᾳ κΥλινδουμένων. Veteres omnes summa constantia κυλίνδω et κυλίνδομαι dicebant cum omnibus compositis, ἐκκυλίνδω, εἰσκυλίνδω, κατακυλίνδω, μετακυλίνδω, περικυλίνδω cet. Futurum est κυλίσω paenultima longa et aoristus ἐκύλισα (κυλῖσαι). Pherecrates apud Stobaeum *Floril.* 116. 12.

εἰκῇ μ' ἐπῆρας ὄντα τηλικουτονὶ
πολλοῖς ἐμαυτὸν ἐγκυλῖσαι πράγμασιν.

Perfectum nusquam mihi lectum. In passivo κεκύλισμαι et ἐκυλίσθην et κυλισθήσομαι. Homerus Il. Ψ. 394.

αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη.

Aeschylus in *Prometheo* vs. 87.

ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τύχης.

Sequiores Graeculi ex κυλίσω et ἐκύλισα novum praesens κυλίω et κυλίομαι procuderunt veteribus inauditum. Itaque

errant Lexicorum conditores qui Homericum ἐξεκυλίσθη (et similia omnia) ad ἐκκυλίω retulerunt, quae sero nata et vitiosa forma est. Sic Dindorfius ex Aristophanis *Thesmoph.* 651.

εἰς οἶ' ἐμαυτὸν ἐσεκύλισα πράγματα.

effinxit praesens εἰσκυλίω pro εἰσκυλίνδω, similiterque erratur in caeteris compositis. Dionysius *ubique* forma novicia utitur, ut pag. 1594. προκυλιόμεναι τῶν ξοάνων. pag. 1596. μητέρα πρὸς τοῖς ἑαυτοῦ γόνασι κυλιομένην. pag. 1631. εἰ δὲ ὅσιον — υἱοῦ γόνασι προσκυλίεσθαι μητέρα, et aliis locis.

Omnibus Graecis cuiuscumque aetatis communis est forma καλινδεῖσθαι, ἐγκαλινδεῖσθαι, προκαλινδεῖσθαι, ut ex ἁλίνδω, ἐξαλίνδω (ἐξαλίσας) producitur ἁλινδεῖσθαι. Καλινδεῖσθαι est proprie *volutari* deinde ut *in luto volutari* significat *in rebus spurcis et sordidis et flagitiosis versari;* et sic Dionysius dixerat: ἐν πολλῇ κακοδαιμονίᾳ κΑλινδουμένων.

Factum est autem Graeculorum errore ut mixta utraque forma ex κυλίνδω et καλινδοῦμαι nasceretur κυλινδοῦμαι cum compositis, quod passim in libris Mss. et in optimorum scriptorum editionibus legitur sed cum vitio ambulat et undique est expellendum.

Ἐγκαλινδεῖσθαι in re foeda ac turpi frequens est. Forma ἐγκυλινδεῖσθαι apud Dindorf. ad St. Th auctorem habet, si Musis placet, Moschopulum dicentem: ἐνειλινδεῖσθαι ἀντὶ τοῦ ἐγκυλινδεῖσθαι; sed homo scripserat: ἐνΑλινδεῖσθαι et ἐγκΑλινδεῖσθαι. Sic et Plutarchus dederat in *Othone* cap. 2. τὰς ἀνοσίους ἐν γυναιξὶ πόρναις καὶ ἀκαθάρτοις ἐγκΑλινδήσεις, non ἐγκυλινδήσεις. Eiusdem farinae sunt προκυλινδεῖσθαι et συγκυλινδεῖσθαι, quae correcta nonnumquam ex optimis libris (ut apud Isocratem pag. 72. c. προκΑλινδούμενοι ex Urbinate) caeteris locis omnibus corrigenda sunt.

Pag. 278. οἱ τὰ κοινὰ ΠΕΡΙ τῆς πόλεως ἱερὰ συντελοῦντες imo vero ΥΠΕΡ τῆς πόλεως, ut opinor.

Pag. 283. εἰς αἰδῶ καὶ πρόνοιαν καταστήσας ἕκαστον τοῦ μὴ Καταλιπεῖν τὸν παραστάτην. Non hoc boni militis officium est sed μὴ ἘΓκαταλιπεῖν, *non deserere, non destituere* in malis periculisque. Frequens admodum in libris hic error est.

Pag. 386. de iis qui leges de nuptiis tulerunt ita scribit: *οἱ μὲν — κοινὰς τὰς μίξεις ἐποιήσαν*ΤΟ *τῷ ἄρρενι πρὸς τὸ θῆλυ.* Clamat sententia *ἐποίησαν* utpote de legislatore esse scribendum. Idem est enim in his omnibus discrimen ex ipsa rei natura natum quod inter *τιθέναι νόμον* et *τίθεσθαι*. Qui aliis fert legem (*legislator*) *τὸν νόμον τίθησι*, qui sibi ipse (*populus*) *τίθεται τὸν νόμον*. Sic igitur lator legis *κοινὰς ποιεῖ τὰς μίξεις*, non *ποιεῖται*.

In eodem argumento pag. 286. alii dicuntur *ἄνδρα συναρμόσαντες* ЄIC *γυναῖκα μίαν*, quod quid sit non facile dixeris. Contra planum et perspicuum est: *συναρμόσαντες* ΠΡΟC *γυναῖκα μίαν*.

Paullo ante edebatur: *καὶ ζῆλον ἀλληλοκτόνον ἀξιούμενοι*, verum vidit Casaubonus *ἐξελούμενοι* reponens, quam emendationem Codex Urbinas confirmavit. Recepit Editor, sed idem nescio unde *ζήλων ἀλληλοκτόνων* substituit, quod aperte vitiosum est.

Pag. 295. *οἱ ἄνδρες δέκα οἱ τετρακοσίοις ἔτεσιν ὕϛερον ἀποδειχθέντες.* *Decemviri* non appellantur *οἱ ἄνδρες δέκα*, neque quod Reiske substituebat *οἱ ἄνδρες οἱ δέκα*, sed aut *οἱ δέκα*, ut *οἱ ἕνδεκα*, *οἱ τριάκοντα*, *οἱ τετρακόσιοι*, aut *οἱ δέκα ἄνδρες*, quod reponendum.

Pag. 296. *ἐπὶ τὴν φύσιν ὀ λ ι σ θ α ί ν ο ν τ α ς εἰδώς.* Pessimae notae verbum est *ὀλισθαίνειν* et Apollonio Rhodio et Nicandro dignum. Veteres omnes *ὀλισθάνω* dicebant (ut *ὀφλισκάνω*), unde *ὀλισθεῖν* et *ἀπολισθεῖν* et *ἐξολισθεῖν* nata sunt. Faex Graeculorum *ὠλίσθησα* coepit dicere et *ὠλίσθηκα*, ut in talibus solent, *ἡμάρτησα* dicentes et *ἔλειψα*, *ἦξα*, *ἔκραξα*, *ἀπέδρασα* et sim.

Pag. 298. -*ῥάβδους τε καὶ πελέκεις ὑπ' ἀνδρῶν δώδεκα φερομένους* ΟΙC *τοὺς μὲν ἄξια μαϛίγων δεδρακότας ἐν ἀγορᾷ ἔξαινον, τῶν δὲ τὰ μέγιϛα ἠδικηκότων τοὺς τραχήλους ἀπέκοπτον ἐν τῷ φανερῷ.* Quo refertur *οἷς*? non ad *ῥάβδους*, nam *αἱ ῥάβδοι* dicitur. De *lictoribus* haec dicuntur, quamobrem legendum: *ὑπ' ἀνδρῶν δώδεκα* ΟΙ — *ἔξαινον* — *ἀπέκοπτον.* Οἷ est in omnibus libris praeterquam in Urbinate, qui nunc quidem fallitur.

Pag. 304. ἰσχύν τε μεγίςην ἔχοντας καὶ χρήμασι πλεΙΟCΙ δυναμένους. Legendum χρήμασι πλεῖCΤΟΝ δυναμένους. Neque enim δύνασθαι pro μέγα, πολὺ δύνασθαι poni potest et χρήματα πλείονα a loci sententia alienum est.

Pag. 305. ἀποχρῆν οἰόμεναι τὴν οἰκείαν δύναμιν εἰ καθ' ἓν αἱ τρεῖς γένοιντο μίαν αἱρΗCΑΙ πόλιν οὐ μεγάλην. Kiessling. αἱρήσειν edidit; sed αἱρῆσαι barbarum est et αἱρήσειν soloecum nec sententiae conveniens. Dionysio usitatum est ἄρασθαι dicere *per vim opprimere*, miro usu et apud alios quantum scio inaudito, sed apud ipsum satis frequenti, veluti pag. 1072. τὴν Λατίνων τοσαύτην δύναμιν ἀραμένοις. et pag. 1092. οὐ χαλεπὸν εἶναι πόλιν οἰκείῳ πολέμῳ νοσοῦσαν ἄρασθαι.

Pag. 310. ἔλεόν τε κοινῶν κακῶν οὐ μικρὸν ἔρανον εἶναι νομίζοντες ὡς καὶ αὐτοί ποτε τοῦ παρ' ἑτέρων δεηθέντες. Non hoc dicunt Romani sibi aliquando misericordia et clementia opus fuisse, sed *fieri posse* ut iis aliquando indigeant. Itaque dixerunt: ὡς κ ἂ ν αὐτοί ποτε τοῦ παρ' ἑτέρων δεηθέντες.

Pag. 310. παρίεμεν οὖν αὐτοῖς τὴν ἁμαρτάδα ταύτην ἀζήμιον καὶ οὔτε ἐλευθερίαν οὔτε κτῆσιν — ἀφαιρούμεθα. Legendum ἀφελούμεθα, quae minime infrequens confusio est. Natura rei ut in παρίεμεν praesens postulat sic in ἀφελούμεθα futurum. *Remittimus* iis hanc culpam et neque libertatem neque bona *eripiemus*.

Pag. 311. τιμᾶτε τοὺς ἄνδρας ὑφ' ὧν γονεῖς τε ὑμῶν ἐσώθησαν καὶ ἀδελφοὶ καὶ πατρίδες ἐλεύθεραι ἀφίενται. Meliore ordine dixisset γονεῖς τε ὑμῶν καὶ ἀδελφοὶ ἐσώθησαν, ne quis ἀδελφοὶ — ἀφίενται coniungeret. Sed mendosum est praesens ἀφίενται. Suadente sententia duas literulas transpone ut fiat ἀφεῖνται.

Pag. 313. Σαβῖνοι — διαλυθέντες κατὰ [τὰς]· πόλεις. Ratio et usus loquendi postulant ut molesta praepositio eximatur. Thucydides II. 23. διελύθησαν κατὰ πόλεις. et sic passim alibi.

Pag. 316. ἦν δὲ ἡ τῶν Ῥωμαίων δύναμις οὐ πολὺ τῆς Σαβίνων

Δέουσα. Graecum est eo sensu ʼΑΠΟδέουσα, ut pag. 552. *οὔτε πολεμικῶν ἀγώνων ἀτριβεῖς οὔτε πλήθει πολὺ ἀποδέοντες ἀλλήλων*, et sic constanter ubi sententia est *inferiorem esse*, *λείπεσθαι*.

Pag. 318. *εὐδοκοῦντος δὲ τοῦ Τατίου*, plebeium et de trivio sumtum verbum est *εὐδοκεῖν* et nomen *εὐδόκησις*, quae Veteribus incognita saepe apud Dionysium leguntur, et a Polybio imprimis frequenti usu teruntur. Irrepserat verbum novitium in Demosthenis libros, quem errorem sustulimus in *Miscell. Crit.* pag. 54.

Pag. 318. *λαβοῦσα τὰς πίϛεις δι' ὅρκων — καὶ αὐτὴ δοῦσα* [*τοῦ*] *μὴ ψεύΔεσθαι τὰς ὁμολογίας*. Vitiose et soloece abundat articulus *τοῦ*. Deinde scribendum *μὴ ψεύCεσθαι*.

Pag. 321. *ἔοικε δὲ τὰ μετὰ ταῦτα γενόμενα τὴν Πίσωνος ἀληθεϛέραν ποιεῖν ἀπόκρισιν*. *ʼΑπόκρισις* nihil aliud est quam *responsum*. Recte haberet *τὴν ἀπόΦΑσιν*, ut pag. 1700. *οὐδὲ ταύτην ἀπωθεῖται τὴν ἀπόφασιν*. Sic *auctorem esse* apud Dionysium sexcentis locis contra usum Veterum dicitur *ἀποφαίνειν* fere semper cum infinitivo, veluti: *non centum sed quinquaginta in Senatum allectos auctores sunt*, *οὐ γὰρ ἑκατὸν ἀλλὰ πεντήκοντα τοὺς ἐπεισελθόντας εἰς τὴν βουλὴν ἀποφαίνουσι γενέσθαι*. pag. 334.

Pag. 328. *ἦν δὲ αὐτοῖς οὐκ εὐπετὴς ἡ πρὸς τὸν χάρακα ἀναχώρησις ἀπὸ ** ὑψηλοῦ τε χωρίου καὶ διὰ κοίλης ὁδοῦ διωκομένοις*. In Urbinate „*ante ὑψηλοῦ aliquid erasum*," in caeteris legitur *ἀπὸ καθυψηλοῦ*. Vera lectio est *ἀναχώρησις καθ' ὑψηλοῦ τε χωρίου*, in talibus enim *κατά* ponitur, ut pag. 929. (*Anio flumen*) *καθ' ὑψηλοῦ πολὺς ἐκχεῖται σκοπέλου*.

Pag. 328. Sabini deliberant *πότερον ἀποίσουσιν ἐπ' οἴκου τὰς δυνάμεις ἢ — προσμενοῦσιν λιπαροῦντες ἕως τὸ κάλλιϛον ἐπιθήσΩCI τῷ πολέμῳ κράτος*. Manifesto mendosum est *ἀποίσουσιν*. Kiessling *ἀπολύσουσιν* coniecit. Sed *ἀπολύειν dimittere a sese* dicitur qui ipse loco manet. Unicum verbum rei aptum est *ἀπάξουσιν*. ʼΕπιθήσΩCI foeda est barbaries. Annotat Kiessling: „*ἐπιθήσουσι*

AB. *correxit Stephanus.*" Etiam omnium optimi nonnumquam dormitant. Sine mora *ἐπιθήσουσι* revoca ac scito *ἕως* apud Dionysium etiam cum *futuro* coniungi solere, veluti pag. 423. *ἕως ἡ μητρόπολις ἄρξ*ΕΙ.

Restat vitium in *κράτος*, sed quia frequentissimum est apud Dionysium *εὐτυχές* aut *καλόν* aut *τὸ κάλλιςον ἐπιτιθέναι τῷ πολέμῳ* ΤΕΛΟC parata est emendatio. Facile intelligimus in vetusto et detrito Codice superfuisse tantum 'ΑΠ**ΟΤCΙΝ et ***ΟC, deinde utramque lacunam homuncio ita sarcivit ut illi solent.

'Απολύειν eo quo diximus sensu legitur et alibi et pag. 776. *ἀπέλυσε τὸν ἄγγελον.*

Τέλος in ea re positum legitur pag. 390. *τὸ κάλλιςον λαβεῖν τοὺς πολέμους τέλος*, et pag. 1216. *τέλος εἰληφότος τὸ κάλλιςον τοῦ πολέμου.*

Post pauca optime Reiske: *πονηρὸν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ ἀπιέναι μετ' αἰσχύνης τῆς ἀπράκτου* 'ΕΠΙΧΕΙ*ρήσεως* (pro *ἀναχωρήσεως*) *ἐφαίνετο εἶναι.*

Vitium est Dionysianae compositionis ut ubi veteres in verbis deliberandi *coniunctivo* utebantur *futurum* ponat, ut h. l. *ἐν βουλῇ ἐγίγνοντο πότερον ἀπάξουσιν ἐπ' οἴκου τὰς δυνάμεις — ἢ προσμεταπέμψονται ςρατιὰν ἑτέραν οἴκοθεν καὶ προσμενοῦσι λιπαροῦντες.* Complura huius rei exempla infra proferemus.

Pag. 329. Romani in bello Sabino inopes consilii dicuntur fuisse: *οὔτε γὰρ ἀποδιδόναι τὰς γυναῖκας ἠξίουν οὔτε κατέχειν.* Aperte falsum et absurdum hoc est: *neque reddere neque retinere volebant.* Sed salva res est, quia res ipsa postulat ut dicatur: *reddere nolebant et retinere non poterant.* Periit verbum quod latet in *κατ*ΕΧΕΙΝ, nempe: *οὔτε ἀποδιδόναι ἠξίουν οὔτε κατέχειν* ΕΙΧΟΝ.

Deinde scribe in sqq. *ταῖς αὐθαδείαις οὐ μετριότης* 'ΕΓ*γίγνεται πρὸς τὸ ἀντίπαλον* pro *γίγνεται.*

In bello Sabino raptae a Senatu petunt pag. 331. ut sibi liceat parentes convenire et de pace agere. Fit Sctum ut quae

singulos liberos haberent relicta apud maritos prole proficiscerentur: ὅσαι δὲ πλειόνων παίδων μητέρες ἦσαν ἐπάγεσθαι μοῖραν ἐξ αὐτῶν ὅσην δή τινα. Ut haec dici possint necesse est nonnullas *tres* minimum liberos habuisse, quia ὅσην δή τινα μοῖραν de *duobus* dici nequit. Itaque lenta admodum Sabinorum ob raptas filias ira fuit, qui in vicinia habitantes, unde ludos spectatum venerant, quarto demum anno post iniurias suas ulciscebantur.

Dionysius in talibus nihil cogitat et tamquam ipsum Sctum legisset rem pro certissima narrat.

Pag. 331. προσπίπτουσαι τοῖς ἀπάντΩΝ γόνασιν. Hoc quidem fieri non posse facile intelligimus, sed *ut quisque obviam erat factus ei accidebant ad genua*, τοῖς ἀπαντώνΤΩΝ γόνασιν.

Pag. 335. Οὐάρρων δὲ Τερέντιος τοῦτ' αὐτοῖς τὸ μέρος οὐχ ὁμολογεῖ παλαίτερόν τε λέγων 'ΕΠΙ ταῖς κουρίαις τεθῆναι τὰ ὀνόματα. Mendum est in ἐπί, cui nullus hic locus est. Emenda: παλαίτερόν τε λέγων ῎ΕΤΙ. Passim apud Dionysium legitur παλαίτερον ἔτι pro *antea*, πρότερον.

Pag. 336. τίκτει παῖδα Μόδιον ὄνομα Φαβίδιον ἐπίκλησιν. Verum vidisse arbitror Portum, qui ΜΕδιον —. Φίδιον coniecit, ut iurisiurandi formula ME DIUS FIDIUS Dionysium fefellerit.

Pag. 337. ἐπὶ τοῦ δαίμονος, ἐξ οὗ γενέσθαι [ὁ] λόγος αὐτὸν εἶχε, τοὔνομα τῇ πόλει θέμενος. Male articulum addidit Ambrosius. Herodotea locutione Dionysius dixerat λόγος αὐτὸν εἶχε pro ἐλέγετο, ut pag. 794. ἔνθα λόγος ἔχει Κίρκην κατοικῆσαι, ubi Circe habitasse *dicitur*.

Pag. 340. ex Romanorum Annalibus de origine Sabinorum narrat fabellam: καθ' ὃν χρόνον ἐπιτροπεύων Εὔνομον τὸν ἀδελφιδοῦν Λυκοῦργος ἔθετο τῇ Σπάρτῃ τοὺς νόμους ἀχθομένους τινὰς τῇ σκληρότητι τῆς νομοθεσίας — οἴχεσθαι τὸ παράπαν ἐκ τῆς πόλεως. Diu et multum per mare iactati (φερόμενοι) tandem ad campos Pometinos appulerunt et aedem posuerunt Deae Φορωνίᾳ, ἣν νῦν ἑνὸς ἀλλαγῇ γράμματος ΦΕρωνίαν καλοῦσιν. Nisi id nos Diony-

sius docuisset quis mortalium scire potuisset Deam hanc ἀπὸ τῆς πελαγίου Φορήσεως nomen habere? Hinc nonnulli eorum ad Sabinos se contulerunt καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν νομίμων εἶναι Σαβίνων Λακωνικά, μάλιςα δὲ τὸ Φιλοπόλεμόν τε καὶ [τὸ del.] λιτοδίαιτον καὶ παρὰ πάντα τὰ ἔργα τοῦ βίου σκληρόν. Eodem argumento vincas Romanos quoque ex Spartanis esse ortos. Simul apparet Spartanorum exsules in itinere mutasse mores. Solum verterant quia duras Lycurgi leges ferre non poterant (ἀχθόμενοι τῇ σκληρότητι τῆς νομοθεσίας) et iidem τὸ παρὰ πάντα τὰ ἔργα τοῦ βίου σκληρόν Sabinis ingenerarunt. Huiuscemodi tamen fabulas Dionysius operose in historiae formam redigebat.

In huiuscemodi fabulis, quae pro re nata fingebantur, Dionysius nonnumquam secum ipse pugnat. Dixerat modo inesse in Sabinis τὸ λιτοδίαιτον immemor se paullo ante scripsisse pag. 317. χρυσοφόροι γὰρ ἦσαν οἱ Σαβῖνοι τότε καὶ Τυρρηνῶν οὐχ ἧττον 'ΑΒΡΟδίαιτοι. Hoc vero est sibi ipsum contraria dicere!

Pag. 349. ἐπὶ Καμαρίνους ἐςράτευσεν ἐπιΤΙθεμένους τοῖς παρὰ σφίσιν ἐποίκοις. Rectissime emendarunt ἐπιθεμένους, quod in ordinem receptum oportuit. Saepissime τίθεσθαι et θέσθαι inter se confunduntur, sed utrum *praesens* an *aoristus* requiratur sententia loci ubique declarat. Camarinenses impetum in Romanorum colonos nuper *fecerant*, non nunc *faciebant*.

Pag. 351. προσπεσόντες ἀνθρώποις μεμοχθηκόσιν αὐτοὶ ἀκμῆτες ὄντες οὐ σὺν πολλῷ τρέπουσι ΧΡόνῳ. Nemo sic loquitur. Res ipsa statim ducit ad Πόνῳ. Non σὺν χρόνῳ eo sensu dicitur sed ἐν χρόνῳ, ut pag. 502. ἐν ὀλίγῳ διασπᾶται χρόνῳ.

Paullo ante scribendum: οὐ πολὺ τοῦ ςρατοπέδου τῶν πολεμίων ἀπέχον pro οὐ πολὺν — ἀπέχον τόπον.

Pag. 352. εἰ μὲν οὖν συνέγνωσαν ἑαυτοῖς Οὐιεντανοὶ κακῶς τὰ πρῶτα βεβουλευμένοις καὶ τὸ λοιπὸν Ἦγον ἡσυχίαν οὐδενὸς ἂν ἔτι μείζονος ἀπέλαυσαν κακοῦ. Non Attica dicendi forma est συνέγνωσαν ἑαυτοῖς βεβουλευμένοις, sed Herodotea, veluti V. 91. συγγιγνώσκομεν αὐτοῖσι ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς. Saepius Diony-

sius ita loquitur ut pag. 567. συγγιγνώσκουσιν ἑαυτοῖς κεκρατημένοις *victos se esse confitentur.*

Praeterea scribe ἮΓαγον pro ἧγον.

Pag. 353. τοῦ δὲ μηδὲν ἔτι νεωτερίCAI τὸ πιςὸν παρασχεῖν. Natura rei et dicendi usus futurum postulant νεωτεριεῖν.

Pag. 354. μυθωδέςερα τὰ περὶ αὐτοῦ ποιοῦντες. Graeci dicebant τὰ περὶ αὐτόν. Simili errore scribitur pag. 357. τὰς περὶ αὐτοῦ ἱςορίας. Sine mendo pag. 360. τὴν περὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἱςορίαν.

Pag. 359. ἐπειδὴ τῆς ἡγεμονίας αὐτοὶ — ἀπηλαύνοντο ΜΗΤΕ τῶν ἐπιβουλευόντων μηδενὶ προσθεῖναι τὴν ἀρχήν. Perspicuum est μηΔΕ esse corrigendum. Vehementer suspectum est ἐπιβουλευόντων, quod adhuc frustra tentatum est.

Pag. 361. Μύσκελος αὐτὴν (*Crotonem*) ἔκτισεν. Conditor nobilissimae urbis Μύσκελλος appellabatur, ut in notissimo oraculo:

Μύσκελλε βραχύνωτε, θεὸν παρὲξ ἄλλο ματεύων.

apud Strabonem pag. 262.

Pag. 364. narrat Numam Pompilium, quum homines fabulae de nympha Egeria male crederent, βουλόμενον ἀποδείξασθαι τοῖς ἀπιςοῦσιν ἐναργές τι μήνυμα τῆς πρὸς τὴν δαίμονα ὁμιλίας [καὶ] διδαχθέντα ὑπ' αὐτῆς ποιῆσαι τάδε. Primum scribe ἀποδεῖξαι pro ἀποδείξασθαι. Non possunt haec inter se mutare locum. Itaque rectissime Kiessling pag. 729. τὴν τούτου συκοφαντίαν ἐπιδείξΑΣΘΑΙ βουλόμενος, reposuit ἐπιδεῖξαι. Deinde facile senties καί esse interpolatum. Non enim βουλόμενον καὶ διδαχθέντα coniungi possunt, et perspicuum est ποιῆσαι τάδε διδαχθέντα ὑπ' αὐτῆς coniuncta esse.

Post pauca dele articulum in verbis καλεῖν αὐτοὺς ἐπὶ [τὸ] δεῖπνον.

Pag. 367. κατὰ τὰς συνθήκας τὰς γενομένας Ῥωμύλῳ πρὸς Τάτιον ἐπὶ τοῖς ἴσοις ΓΕΝΟΜΕΝΟΙ μετειληφέναι τῆς πόλεως — ἐδόκουν. Kiessling. γενόμενοι expungebat. Mihi Dionysius scripsisse videtur: ἐπὶ τοῖς ἴσοις ΚΑΙ ῾ΟΜΟΙΟΙΣ, ut in tali re dici

solet. Xenophon. *Hellen.* VII. 1. 1. λεγόντων δὲ πολλῶν — ὡς δέοι ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις τὴν συμμαχίαν εἶναι. et § 13. οὐκ ἄρτι ἔλεγες ὡς ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις ἥκοις τὴν συμμαχίαν ποιούμενος; et § 45. συνεκάλει τὸν δῆμον ὡς τῆς πολιτείας ἐσομένης ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις.

In ultima parte eiusdem loci: ὅσοι — τὴν αὐτὴν χάριν ἐκείνοις αὐτοὶ δεδωκέναι [ἐδόκουν]. De Kiesslingii coniectura ἐδόκουν additum est, quam nollem receptam. 'Εδόκουν apud Dionysium more Ionico et Herodoteo poni solet pro ἐνόμιζον, quod sententia loci respuit. Ne Atticum quidem ἐδόκουν hic locum habet in re certa et non controversa. Latet aliud quid quod ex ipsa sententia loci est eruendum. Nihil aliud requiritur quam ἔλεγον.

Pag. 373. τῶν ἀμηχάνων νομίζοντες εἶναι — μὴ κατασκευασθῆναι πρῶτον ἑστίαν κοινὴν τῆς πόλεως. Urbinas ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων, in quo inesse arbitror ΈΝ ΤΙ τῶν ἀμηχάνων.

Pag. 377. ὡς ἡ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ τῆς ἐν Καπετωλίῳ ΓΕΝΟμένης ἐπιγραφὴ μαρτυρεῖ. Reiske ἀνακειμένης reponebat; melius Buecheler κειμένης, quod est in ea re usitatum. Statua L. Caecilii Metelli erat in area Capitolina *posita*, non *dedicata*. pag. 203. εἰκὼν κεῖται. pag. 593. ἡ πρὸ τοῦ βουλευτηρίου κειμένη (εἰκών). pag. 706. ἡ στήλη ἐν τῷ τῆς 'Αρτέμιδος ἱερῷ κειμένη. pag. 744. εἰκὼν αὐτοῦ κειμένη. pag. 924. ταύτην (τὴν εἰκόνα) οὐκέτι κειμένην εὕρομεν, et aliis locis.

Pag. 379. ἔνθα ΔΙ' ἡμέρας μὲν οὐδεὶς ἀπείργεται —, νύκτωρ οὐδενὶ τῶν ἀρρένων ἐναυλίσασθαι θέμις. Recte Urbinas ἔνθα ΔΗ ἡμέρας. ΔΙ' ἡμέρας significat *per totum diem* δι' ὅλης τῆς ἡμέρας, ut διὰ νυκτός, δι' ἔτους, δι' ἐνιαυτοῦ, διὰ βίου, διὰ τέλους, ut apud Comicum est de strenuo potatore:

πίνει δ' ἑκάστης ἡμέρας δι' ἡμέρας.

Sententia manifesto postulat *interdiu—noctu.*

Pag. 382 χρόνον ὀλίγΩΙ δέοντα τριακοντετοῦς. Emenda ὀλίγΟΥ, ut constanter dicitur ὀλίγου, πολλοῦ, τοσούτου δέω, ὀλίγου δεῖν et ὀλίγου *fere* et sim. omnia. Saepe in his peccatur, ut infra ostendam.

Pag. 383. narrat Vestalem ἀρυσαμένην ἐκ τοῦ ποταμοῦ ΚΕνῷ κοσκίνῳ καὶ μέχρι τῆς ἀγορᾶς ἐνέγκασαν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἱεροφαντῶν ἐξερᾶσαι τὸ ὕδωρ. Mirum neminem offendisse in κενῷ κοσκίνῳ. Scripserat ΚΑΙνῷ.

Pag. 385. τὰς καλουμένας ἀπίκας 'ΕΠΙκείμενοι. Veteres constantissime in ea re περιτιθέναι, περιτίθεσθαι, περικεῖσθαι dicebant, si quis *galeam*, *pileum*, *coronam* imponit suo aut alterius capiti. Graeculi eodem sensu ἐπιτιθέναι, ἐπιτίθεσθαι, ἐπικεῖσθαι dicebant minus recte. pag. 954. ϛέφανον ἐπίκειται. pag. 540. ἐπιτίθησι τῷ Λοκόμωνι τὸν πῖλον. pag. 463. ϛεφάνους ἐπίκεισαι, et sic passim alibi. cf. *Miscell. Crit.* pag. 489.

Pag. 394. καὶ τοὺς ἱερεῖς ἅπαντας ἐξετάζουσιν (*Pontifices*) ὑπηρέτας τε αὐτῶν — οὗτοι φυλάττουσι μηδένΑ ἐξαμαρτάνειν περὶ τοὺς ἱεροὺς νόμους. Scribendum μηδέν pro μηδένα, quod si dixisset τῶν ὑπηρετῶν praecedere debuerat.

Pag. 392. Fetialis ἐπεκαλεῖτο θεοὺς μαρτυρόμενος ὅτι δίκας αἰτῶν ἥκει ΠΕΡΙ τῆς 'Ρωμαίων πόλεως. Sexcenties περί et ὑπέρ inter se permutantur, idque in h. l. καὶ τυφλῷ δῆλον. Pro μαρτυρόμενος vitiose Urbinas μαρτυρούμενος. Idem vitium aliis locis incorrectum reliquerunt, ut infra ostendam.

Pag. 394. εἰ βούλεταί τις αὐτοὺς (*pontifices*) ἱεροδιδασκάλους καλεῖν εἴτε ἱεροφύλακας. Scripserat εἴΤΕ βούλεταί τις.

De cooptatione Pontificum scribit pag. 395. ἐκλιπόντος δέ τινος αὐτῶν (*Pontificum*) τὸν βίον ἕτερος εἰς τὸν ἐκείνου καθίϛαται τόπον. Latina locutio est *in illius locum sufficitur*. Graecum est ἀντ' ἐκείνου καθίϛαται.

Pag. 397. τούτου μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων φυλάττουσι 'Ρωμαῖοι μνημεῖα τῆς ὁσίας αὐτῆς ἕνεκα (*dicis causa*). — ἐχρῆν δὲ καὶ τὸ ἔργον ἔτι φυλάττειν ἀπὸ τοῦ ἴσου. Pro ἀπὸ τοῦ ἴσου in libris est ἀπ' αὐτοῦ (B), ἀπυτουάσου (A). Sententia loci non admittit ἀπὸ τοῦ ἴσου (*ex aequo*) et nihil aliud requirit et admittit quam τὸ ἔργον ἔτι φυλάττειν ΑΥΤΟΥΣ.

Pag. 398. *ἐχρῆν δὲ καὶ τὸ ἔργον ἔτι φυλάττειν — οὗ χάριν θεοὺς ἐνόμισαν τοὺς τέρμονας ὀνομάσαι.* Sic libri. Felicissime emendavit Buecheler: *θεοὺς ἐνόμισ*Ε *τοὺς τέρμονας* ʻO NOMAC. Scriba dormitans pro ONOMAC dedit *ὀνομάσαι.* Quo facto magistellus *ἐνόμισ*AN *correxit.*

Pag. 400. *ἡ διαιροῦσα τὸ νεῖκος — ἡ θατέρου τῶν* ΔΙΑ*δικαζομένων αὐτῶν πίστις ἦν.* Expuncta praepositione scribendum *δικαζομένων litigantium*, namque *διαδικασία* nullum hic locum habet.

Pag. 400. *ἐπιμελῆ αὐτὴν (τὴν πόλιν) ἀπέδωκε τῶν ἀναγκαίων.* Hoc quoque Latinum non Graecum est, *ἀπέδωκε reddidit* pro *ἀπέδειξεν.*

Pag. 401. *περιιόντες — τοὺς εὖ τε καὶ κακῶς εἰργασμένους τῶν ἀγρῶν* ʻ*Υπεγράφοντο.* Et ratio et usus docent ʼ*Απεγράφοντο* emendari oportere. Simillimus locus est Herodoti V. 28. *ὅκως τινὰ ἴδοιεν ἀγρὸν εὖ ἐξεργασμένον ἀ π ε γ ρ ά φ ε α τ ο τὸ οὔνομα τοῦ δεσπότεω τοῦ ἀγροῦ.* Saepe in simili re *ἀπογράφεσθαι* et *αἱ ἀπογραφαὶ* apud Dionysium legitur.

Pag. 402. *παιδείαν οὐ τὴν περὶ λόγον ἄχρηστον ἤσκησεν.* Stephanus *λόγων*, Kiessling. *λόγους*, quod certum est et recipiendum.

Pag 405. *θάπτεται πρὸς τῶν βασιλέων ἐν τῷ κρατίστῳ τῆς ἀγορᾶς τόπῳ στήλης ἐπιγραφῇ τὴν ἀρετὴν μαρτυρούσ*HI *ἀξιωθείς.* Revocanda scriptura meliorum librorum *μαρτυρούσ*HC. Nam *τὸ ἑξῆς* (ut grammatici loquuntur) est: *ἀξιωθεὶς στήλης μαρτυρούσης ἐπιγραφῇ τὴν ἀρετήν.*

AD LIBRUM TERTIUM.

Pag. 406. *ἣν ἐκτήσατο ʻΡωμύλος πολέμῳ* TOTΕ *κατασχόντας ἀφελόμενος.* Sylburg. *τοὺς τότε κατασχόντας.* Recipiendum erat TOYC, quod in TOTΕ latebat, et abiiciendum *τότε*, quo inutilius adverbium in tali re non facile invenias.

Pag. 409. *τῶν κακουργοτάτων ἐξ ἑκάστης πόλεως.* De duabus

urbibus, Roma et Alba Longa, dictum ἑκάϛης manifesto mendosum est. Leg. ἐξ ἑκατέρας τῆς πόλεως.

Pag. 410. συνθῆκαι γὰρ ἦσαν — τά τε ἄλλα ἔχουσαι δίκαια καὶ ἽΝΑ μηδετέρα πολέμου ἄρχῃ, ἡ δ' ἐγκαλοῦσα ὅ τι δήποτε ἀδίκημα δίκας αἰτοῖ παρὰ τῆς ἀδικούσης. Latina haec compositio est ἵνα ἄρχῃ pro ἄρχειν. Αἰτοῖ vitiosa forma pro αἰτοίη perspicue in αἰτῇ est convertenda.

Non sensit Dionysius quam esset absurdum civitatem opulentam et potentem et triginta coloniarum μητρόπολιν cum recens condita colonia tenui et exigua foedus percussisse μηδετέραν πολέμου ἄρχειν.

Pag. 411. πρὶν ἥλιον ἀνίσχειν διανύσαντες τὴν ὁδὸν πληθυούσης τῆς ἑωθινῆς ἀγορᾶς ἐντυγχάνουσι τῷ Κλοιλίῳ. Deflexit Dionysius ab usu Veterum qui πληθούσης ἀγορᾶς et ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγοράν et περὶ πλήθουσαν ἀγοράν dicebant, nec quae esset ἡ ἑωθινὴ ἀγορά omnino sciebant. Comparandus est locus Libanii Tom. I. pag. 328. Antiochiam celebrantis: καὶ οὕτω διὰ πάσης ἡμέρας (τὸ) ἐπ' ἀγορᾶς (πλῆθος) ἴσον ὥϛε πληθούσης ἀγορᾶς οὐχ ἕν τι μέρος τῆς ἡμέρας τῇδε δηλοῖ καὶ σφόδρα ἕν τι δηλοῦν ἑτέρωθι — ἀλλ' ἢν εἴπῃς πλήθουσαν πάντα τὸν χρόνον δεδήλωκας.

Pag. 411. διεξιόντες ὅσα ἠδίκηντο Ῥωμαῖοι παρ' Ἀλβανῶν. Longe sequioris aetatis est ἠδίκηντο ΠΑΡ' Ἀλβανῶν. Verum servat Urbinas ΠΡΟϹ Ἀλβανῶν, ut Dionysio solemne est. Itaque sicubi παρά τινος passivo additum legitur gravi suspicione premitur.

Pag. 412. τὸν ἀναγκαῖόν τε καὶ δίκαιον Ἀλβανοῖς ἈΝαγγέλλω πόλεμον. *Indico* bellum παραγγέλλω πόλεμον Graece dicitur, ut pag. 345. πόλεμον παρήγγελλον εἰ μὴ τεύξονται τῆς δίκης.

Quae in eodem loco putatur esse lacuna nulla est. Nihil enim desideratur in verbis: ἐγὼ πρότερος ὑμῶν, ἔφη, τοῦτο πεποίηκα καὶ μηδὲν εὑρόμενος ὧν ἐκέλευον αἱ συνθῆκαι τὸν ἀναγκαῖόν τε καὶ δίκαιον Ἀλβανοῖς παραγγέλλω πόλεμον.

Pag. 412. πρότεροι τὸν πόλεμον ἡμῖν προειρήκατε. τοιγάρτοι τοὺς ἀμυνΟμένους ὑμᾶς προσδέχεσθε μετὰ τῶν ὅπλων οὐκ εἰς μακράν. Verum est ἀμυνΟΥμένους. Mendum est ex tralaticiis. cf. pag. 949. προσδέχεσθαι τὸν πόλεμον ἥξοντα. pag. 1586. προσδέχεσθέ με — ληψόμενον. pag. 1593. προσδέχεσθε ἥξοντα.

Pag. 417. ὃς ἔμελλεν ἀμφοτέρας ἀναρπάσΑσθαι τὰς δυνάμεις. Legendum est ἀναρπάσΕσθαι. Sed concurrunt undique testes exempla afferentes unde appareat μέλλειν cum *aoristo* optime coniungi. De caeteris fortasse alias, nunc de hoc uno videamus. *Opprimere* aliquem dicitur Graece frequenti omnium usu ἀναρπάζειν τινά, non ἀναρπάζεσθαι. Sed ut γελᾶν et ἀκούειν habent apud omnes veteres quidem et probatos scriptores γελάσομαι et ἀκούσομαι, sic ἁρπάζω, διαρπάζω, ἀναρπάζω habent semper et ubique futurum ἁρπάσομαι et διαρπάσομαι et ἀναρπάσομαι.

Non postulo ut mihi credatur qui per annos plurimos hoc observavi, faciat periculum qui volet, in poëtis potissimum, quorum testimonia sunt ἀναντίλεκτα, veluti Aristophanis *Pac*. 1118.

ἀλλ' ἁρπάσομαι σφῷν αὐτά.

Eccles. 866.

τῶν ἐσφερόντων ἁρπάσομαι τὰ σιτία.

Ubi id erit tibi satis compertum dabis mihi ἀναρπάσασθαι perinde esse barbarum atque γελάσασθαι et ἀκούσασθαι, et μέλλω nunc quidem cum aoristo compositum non fuisse.

Idem vitium eximendum est pag. 665. πρῶτον μὲν ἐμὲ — ἔμελλον ἀναρπάσΑσθαι. Emenda ut legitur pag. 1318. ἐχώρουν ὁμόσε — ὡς ἅπαντας ἀναρπασόμενοι. Libri ἁρπασόμενοι, correxit Reiske. cf. et pag. 896. παρεσκευάζετο πρὸς μάχην ὡς ἀναρπασόμενος αὐτοὺς πλήθει.

Saepissime ἀναρπάζειν in libris praepositionem amittit, sed sententia cuiusque loci ubi sit revocanda liquido demonstrat, ut infra pluribus exemplis ostendemus.

Pag. 418. παρεσκευάζοντο ὡς οὐκέτι Ῥωμαίων ἀκροώμενοι. Dionysius sine ulla controversia scripserat ἀκροΑΣΟμενοι. Certo enim et frequentissimo omnium usu παρασκευάζομαι componitur cum ὡς et *futuri* temporis participio. Exemplorum plena sunt omnia.

Solus Thucydides τὰ κατημαξευμένα vitans nonnumquam ὡς omittit, veluti VI. 54. παρεσκευάζετο προπηλακιῶν αὐτόν. Plura ex eodem collegit Dindorf. ad Xenophontis *Hellen.* IV. 1. 41. ubi est: παρεσκευάζετο γὰρ πορευσόμενος, sed quia Xenophon saepe ea dicendi forma usus numquam ὡς omittit et minime in talibus est καινοτομητής, nunc quoque dixisse videtur παρεσκευάζετο γὰρ ὩΣ πορευσόμενος.

Adscribam exempla paucula ut alium locum similiter corruptum emendem. pag 723. παρεσκεύασμαι γὰρ ὡς τὰ δίκαια ἐρῶν καὶ εἰ μὴ πείθοιο τὰ βίαια πράξων. pag. 986. παρεσκεύασο ὡς — ἀναγκάσων. pag. 1031. παρεσκευάζοντο ὡς ἐλάσοντες. pag. 1155. ὡς πολιορκησόμενοι παρεσκευάσμεθα. pag. 1253. παρεσκευάζετο ὡς πειρασόμενος.

Fortasse nunc dabis mihi pag. 447. ὡς ἀναγκάΖων — παρεσκευασάμην futurum ἀναγκάΣων reponi oportere.

Pag. 418—419. ὅταν δὲ ἀρθῇ τὰ σημεῖα λαβόντας ὅπλα χωρεῖν ἐπ' αὐτοὺς [ἔδει] πάντας κατὰ τάχος. Inutile fulcrum ἔδει a sciolo suppositum est qui non senserat haec quoque pendere e verbis ἐποιήσαντο συνωμοσίας. Praeterea scribendum ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα.

Pag. 419. ὁ χρόνος πολὺς ̓ΑΦελκυσθεὶς διέχεεν αὐτῶν τὰ βουλεύματα. Novum et inauditum est in tali re ἀφέλκειν. Contra quia omnibus eo sensu in usu est παρέλκειν τὸν χρόνον reliquum est ut ΠΑΡελκυσθείς reponatur. cf. pag. 330. οὔτε μάχης ἄρχειν τολμῶντες οὔτε περὶ φιλίας διαλεγόμενοι π α ρ ε ῖ λ κ ο ν τὸν χρόνον.

Pag. 419. sq. dicuntur nonnulli ex coniuratis indicium fecisse εἴτε οἰκεῖα κέρδη περιβαλέσθαι ζητοῦντες — εἴτε ὑ π ο θ έ σ ε ι ἀναγκαζόμενοι γνώμης οὐκ ἀξιούσης ἔργον ἀνόσιον εἰς εὐτυχὲς κατασκῆψαι τέλος. Ultima pars loci sensu vacua est propter mendum in ὑποθέσει haerens. Sed quia sententia loci ex contexta oratione elici potuit, poterit etiam vera scriptura reperiri. *Numen divinum* dicitur οὐκ ἀξιοῦν *impium facinus felicem eventum habere.* Emendandum igitur est: εἴτε ̔ΥΠΟ ΘΕΙΑΣ ἀναγκαζόμενοι γνώμης.

Pag. 420 ἐγεγόνει δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τῶν ̔Ρωμαίων ὑπὲρ τῆς

συνωμοσίας ταύτης [ἡ] μήνυσις. Expungendus est importunus articulus.

Pag. 421. ἵνα δὴ μὴ [οὖν] τὰς ψευδεῖς αἰτίας εἰκάζητε. Non possunt haec coniungi: itaque οὖν eliminandum.

Pag. 423. ὅσης γὰρ ἀξιοῦσι τιμῆς τυγχάνειν οἱ πατέρες παρὰ τῶν 'ΕΓγόνων τοσαύτης οἱ κτίσαντες τὰς πόλεις παρὰ τῶν ἀποίκων. Notum est παρὰ τῶν ἐγγόνων significare *a nepotibus suis*, sed sententia manifesto flagitat *a filiis suis*, παρὰ τῶν ἐΚγόνων.

Pag. 424. ἀναγνωσθεισῶν δὲ τῶν ἐπιςολῶν καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐξηγησαμένου πάντα ὅσα παρὰ τῶν ἐπιθεμένων αὐτὰς ἀπὸ ςόματος ἤκουσεν. In simplici narratione διηγησαμένου multo melius ponitur. Gravior error est in ἐπιθεμένων (B. τιθεμένων. A ἐπιτιθεμένων). Sententia est manifesta: omnia quae audivisset ab iis qui sibi *has epistolas perferendas dedissent.* Id autem noto usu Veterum appellatur ἐπιτιθέναι, non ἐπιτίθεσθαι, et ἐπιτιθέναι et ἀντεπιτιθέναι usurpantur fere pro *litteras dare ad aliquem* (*scribere*) et *rescribere*. Herodotus III. 42 γράψας δὲ ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε. et V. 95. ταῦτα 'Αλκαῖος ἐν μέλει ποιήσας ἐπιτιθεῖ ἐς Μυτιλήνην. Thucydides I. 129. ἐς Βυζάντιον ἐπιςολὴν ἀντεπετίθει αὐτῷ. Demosthenes pag. 915. 17. τὰς ἐπιςολὰς ἃς ἡμεῖς ἐπεθήκαμεν, quem locum notavit Harpocration v. 'Επιθέτους ἑορτάς e Lysia afferens ἐπιθέτους ἐπιςολάς. λέγοι δ' ἂν (inquit) τὰς δοθείσας τισὶν ὥςε διακομίσαι. Idem v. 'Αντεπιτίθησιν ἀντὶ τοῦ ἀντεπιςέλλει 'Ισαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλλιππίδην. Imitantur seriores. Damascius apud Suidam v. 'Επιτίθησιν. — ἐπιςολὴν πρὸς τοὺς ἐν Καρίᾳ δύο Φιλοσόφους ἐπιτίθησιν, et alii.

Ex his colligo Dionysium quoque παρὰ τῶν ἐπιθέντων αὐτάς scripsisse.

Pag. 424. πότερον οἴεσθε δεῖν περὶ βοϊδίων καὶ προβάτων ἁρπαγῆς ἄσπειςον πόλεμον Φυλάττειν; Scribendum προβατίων. Contemtim enim loquitur *ob raptas buculas et oviculas.* Natura ipsa docet in tali re τὰ ὑποκοριςικά geminare, ut παιδάρια καὶ γύναια, non γυναῖκες. Sensit Reiskius qui προβατιδίων coniecit, sed usitata forma est προβάτιον, ut in *Vesp.* 955.

οἷός τε πολλοῖς προβατίοις ἐφεςάναι.

et alibi passim.

Pro *ἄσπειςον πόλεμον* Veteres *πόλεμον ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον* dicere solebant.

Pag. 425. *μανίΑC γὰρ θάτερα ἀξιοῦν.* Legendum *μανίΑ γάρ*, ut Latine *furor est*, non *furoris*, ut in illo:

furor est post omnia perdere naulum.

Sic dicitur pag. 434. *πολλὴ δὴ μωρία — ἃ δι' ἀνάγκην φαίητε ἂν ὑμεῖς ὑπομένειν ταῦτα ἡμᾶς ἑκόντας δέχεσθαι.*

Pag. 428. *εἰ δὴ καὶ κοινὰ χρὴ καλεῖν πόλεως ἁμαρτήματα ὧν ὁ ςρατηγὸς ὑμῶν Κλοίλιος αἴτιος ἦν.* Sententia non est perfecta et desideratur necessarium vocabulum *ὧν ὁ ςρατηγὸς ὑμῶν Κλοίλιος* MONOC *αἴτιος ἦν.*

Post pauca scripserim: *ἀλλ' ὍΠως μηδ' αὖθίς ποτε πολεμήσΟμεν ἔτι δεῖ παρασκευάσασθαι*, pro *ὡς — πολεμήσωμεν.*

Pag. 430. *μάλιςα ἅπαντας ὑμᾶς εἰ δὲ μή γε τοὺς πλείςους.* Fert Graecorum consuetudo et oppositionis ratio ut dicatur *μάλιςα* MЄN *ἅπαντας ὑμᾶς, εἰ* ΔЄ *μή γε.*

Pag. 431. *πᾶσα ἀναιρέσθω πολέμου πρόφασις.* Non est hic verbo *ἀναίρειν* locus. Legendum *ἀναιρείσθω.* Eodem sensu paullo ante dixit pag. 428. *ἀφείσθω δὴ πᾶσα ἐγκλήματος — πρόφασις.*

Pag. 431. *ὁ μὲν οὖν Ἀλβανὸς τοιαῦτα* ΠΑΡЄC*χετο δίκαια.* Kiessling, quod raro facit, veram lectionem in libris servatam abiecit ut mendosam substitueret. Urbinas exhibet *τοιαῦτα προΐσχετο*, quod sine mora est recipiendum. *Προΐσχεσθαι* eo sensu apud Herodotum perfrequens non rarum est apud Thucydidem pro *προτείνεσθαι*, *προβάλλεσθαι δίκαιόν τι*, *argumenta et rationes proferre et allegare*, *quibus tuam causam iustam esse vincas*, aut *quibus obtineas quod petas*, unde saepe de legatis dicitur.

Sic igitur in hac disceptatione de iure Albanus dicitur *τοιαῦτα δίκαια προΐσχεσθαι.* Dionysius etiam alibi in huiuscemodi negotio usurpavit formam *προέχεσθαι*, quae nonnumquam in *προεΛέσθαι* corrupta est, ut suo loco ostendemus.

Pag. 432. ἡμεῖς, ὦ Τύλλε, [καὶ] τῆς μὲν ἄλλης ἄρχειν ἄξιοί ἐσμεν Ἰταλίας, — τοῦ δὲ Λατίνων ἔθνους — ἡγεῖσθαι δικαιοῦμεν — κατὰ τὸν κοινὸν ἀνθρώπων νόμον. Vitiose admodum in huiusmodi sententiae conformatione καί praeponitur, quod sine mora expungendum.

Pag. 432. ἐὰν δὲ — ἡ φύσις τὰ νέα τάξῃ τῶν πρεσβυτέρων ἄρχειν — τότε καὶ ἡμεῖς δεξόμεθα τὴν μητρόπολιν ὑπὸ τῆς ἀποικίας ἀρχομένην, πρότερον δ' οὔ. Vulgata lectio est ἈΝεξόμεθα — ἀρχομένην ὁρᾶν, πρότερον δ' οὔ, quae partim vera partim falsa est. Spurium est ὁρᾶν et sine mora abiiciendum. Nempe ἀνέχεσθαι apud omnes ubique cum participio componitur: οὐκ ἀνέχομαι ὁρῶν, οὐκ ἀνέχονται ὁρῶντες. Aristophanes in *Pac.* 702.

οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

sed ἀνεξόμεθα pro δεξόμεθα unice verum est et reponendum.

Pag. 432. ὥςε ἐξίτηλον εἶναι ἤδη τὸ ἀφ' ἡμῶν γένος ὑπὸ χρόνου [παλαιωθέν]. Corrupit locum qui de suo παλαιωθέν addidit. Omnia sunt in ἐξίτηλον εἶναι ὑπὸ χρόνου. Pag. 205. εἰ δέ τι πονήσειεν ὑπὸ χειμῶνος ἢ χρόνου ἐξακούμενοι.

Pag. 434. ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς ἀποδεικνύΘΤε ξένους. Vitiosa lectio ex Codicis Urbinatis errore ἀποδείκνυστε nata. Repone ex caeteris omnibus ἀποδείκνυτε. In singulari numero ἀποδεικνύω - ύεις - ύει crebro recentiorum usu teritur, et ἀποδεικνύουσιν. Sed ἀποδεικνύομεν, ἀποδεικνύετε non magis dicitur quam ἀποδεικνύομαι.

Pag. 434. τίς γὰρ ἑκουσίως ἄρχεται [τῶν κρειττόνων] ὑπὸ τοῦ χείρονος; Pueriliter additum τῶν κρειττόνων et perincommoda sede collocatum ex margine irrepsit. Dici etiam poterat: τίς γὰρ ἑκουσίως ἄρχεται κρείττων ὢν ὑπὸ τοῦ χείρονος; idque fortasse verum est.

Pag. 436. τὸ μὲν Ἀλβανῶν εὐγενὲς ὅμοιον ἀεὶ διαμένει, τὸ δ' ἡμέτερον ἘΞέφθαρται ταῖς ἐπιμιξίαις τοῦ ἀλλοφύλου. Nunc quidem ΔΙέφθαρται genuinum est. Significat enim *corruptum et*

vitiatum est. Nimium est nec sententiae satis aptum ἐξέφθαρται *funditus deletum est*.

Praeterea respondent haec iis quae Albanus dixerat pag. 434. ὑμεῖς δὲ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ παρ' ἑαυτοῖς πολιτεύματος ΔΙεΦθάρκατε.

Pag. 436. sq. παρὰ τῆς 'Αθηναίων πόλεως τὸ παράδειγμα λαβόντες ἧς μέγιστον κλέος [καὶ] διὰ τοῦτο οὐχ ἥκιστα [εἰ μὴ καὶ μάλιστα] τὸ πολίτευμα. Lepidum caput, qui addidit εἰ μὴ καὶ μάλιστα, quasi non esset prorsus idem. Etiam καί expungendum est pugnans cum οὐχ ἥκιστα.

Quae sequuntur pag. 438. ἔγωγε τόθ' ὑπολαμβάνω δεῖν τὰς ἑτέρων διασύρειν πολιτείας καὶ τὴν ἰδίαν ἐπαινεῖν κτέ. adumbrata sunt e Demosthenis *Leptinea* pag. 490. 14.

Pag. 439. μάταιον δὲ ὁρῶν τὸν λόγον καὶ ἐν ἴσῳ τὰ πολλὰ τοῖς ὀλίγοις λεχθησόμενα πρὸς ἀντιπάλους ὄντας ὑμᾶς οὐ δικαίους κριτὰς παύομαι λέγων. Sic Kiessling. locum constituit. In libris est πολλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐλεγχθησόμενα. Stephanus τοῖς ὀλίγοις restituit, λεχθησόμενα Reiskius, optime uterque. In extrema parte loci fidelissimus testis Urbinas servavit Dionysii manum πρὸς ἀντιπάλους ὄντας ὑμᾶς τοῦ δικαίου κριτάς, sed spernitur. Sensus est: ὅταν οἱ τοῦ δικαίου κριταὶ ἀντίπαλοι καὶ πολέμιοι τύχωσιν ὄντες, ὅμοιόν ἐστι τὸ πολλὰ καὶ τὸ ὀλίγα λέγειν. τηνάλλως γὰρ πάντες οἱ λόγοι γίγνονται.

Sequitur pag. 440. ἕνα δὲ ὑπολαμβάνΩ κράτιστον εἶναι — τρόπον — τοῦτον εἰπὼν ἔτι παύσομαι. Viden' ὑπολαμβάνΩΝ verum esse?

Pag. 441. τὸ μὲν ὀλίγοις σώμασι κινδυνεύειν —, περὶ δὲ τῆς ἑνὶ πρὸς ἕνα μάχης. Scrib. τὸ μὲν (ἐν) ὀλίγοις et ἑνΟC pro ἑνί. Recte paullo ante legitur: ἐν ἐλαχίστοις σώμασι γενέσθαι τὴν τοῦ πολέμου κρίσιν.

Pag. 445. τὸ γὰρ εὑρεθῆναι τοὺς ἀγωνιουμένους — θαυμαστῇ τινὶ καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ. Demosthenes pag. 18. 3. τὸ γὰρ τοὺς πολεμήσοντας Φιλίππῳ γεγενῆσθαι — δαιμονίᾳ τινὶ καὶ θείᾳ παντάπασιν ἔοικεν εὐεργεσίᾳ. Dionysius, qui Demosthe-

nem tenebat memoriter, passim in hunc modum orationem suam flosculis ex Demosthene, aut e Thucydide, Platone, Xenophonte, Isocrate, Euripide, aliisque decerptis exornare solet. Sed nihil magnopere ex his imitationibus proficimus ad scriptorum emendationem. Paucissimi tantum loci sunt, quibus hinc aliqua lux affulget. Dicam de ea re infra.

Pag. 445. *καὶ τὸ μὴ προλιπεῖν τοὺς* ΠΡΟ*ασπιςὰς κάμνοντας τούτοις* (Curiatiis et Horatiis) *μᾶλλον ὑπάρξει ἀδελφοῖς οὖσιν.* Non habet in hac re locum *προασπιςής.* *Προασπίζειν* et *ὑπερασπίζειν* est *obiecto clypeo protegere* et *defendere.* Itaque absurdum est *τοὺς προασπιςὰς προλιπεῖν.* Scripserat Dionysius *τοὺς* ΠΑΡ*ασπιςάς*, qui vulgo *παραςάται* appellantur. Fidem faciet locus pag. 458. *ὁ παρασπίζων τῷ πεσόντι Ῥωμαῖος.* et pag. 263. de Romuli *celeribus κατὰ τὰς ςρατείας πρόμαχοί τε ἦσαν καὶ παρασπιςαί*, et ibidem de iis, qui Spartanorum regis latus tegebant, *οἷς ἐχρῶντο κατὰ τοὺς πολέμους παρασπιςαῖς.*

Pag. 447. *οὐδ᾽ ὡς ἀναγκάΖων αὐτοὺς — παρεσκευασάμην.* Requiritur futurum *ἀναγκάζων.* vide ad pag. 418.

Pag. 448. *ἄνδρες Ὁράτιοι.* Late patet in compellando usus nominis *ἄνδρες*, ut in *ὦ ἄνδρες δικαςαί, ςρατιῶται*, et sim. Per iocum dicitur *ὦ ἄνδρες κύνες, ὦ ἄνδρες ἰχθύες* in Comoediis, et *ὦ ἄνδρες θεοί* in Luciani *Concilio Deorum.* Sed *ἄνδρες Ὁράτιοι* perverse et inepte dicitur, similiterque pag. 905. *ἄνδρες πατέρες* pro *patres conscripti.* Etiam *ὦ ἄνδρες βουλευταί* pugnat cum usu Veterum, qui constanter dicebant: *ὦ βουλή.*

Pag. 449. Rex Tullus Hostilius ad Horatios ita dicit: *ἐγὼ δὲ ἀρετῆς* ΜΕΝ *ἕνεκα — πάντων μάλιςα δεξομένους ὑμᾶς τὸν ὑπὲρ τῶν ἀριςείων κίνδυνον ἄρασθαι,* ** *δεδοικὼς μὴ τὸ συγγενὲς ἐμπόδιον ὑμῖν γένηται, — χρόνον ᾐτησάμην εἰς βουλήν.* Supplendum videtur in hunc modum: *ἀρετῆς μὲν ἕνεκα — πάντων μάλιςα* (*ᾔδειν*) *δεξομένους ὑμᾶς — ἄρασθαι, δεδοικὼς* (ΔΕ) *μὴ κτἑ.*

Pag. 455. Romani et Albani post rem divinam factam *θέμενοι τὰ ὅπλα προῆγον ἐκ τοῦ χάρακος.* Non satis intelligebant

docti rhetores quid esset *θέσθαι τὰ ὅπλα*. Credebant esse *θέμενος τὰ ὅπλα* apud Demosthenem pag. 561. 23. *περιθέμενος τὰ ὅπλα καὶ ὁπλισάμενος*, ut interpretatur Harpocration in v. Quam risissent Athenienses si quis dixisset *θέμενοι τὰ ὅπλα προῆγον*, quae inter se pugnant.

Pag. 455. *ὥςε εἰς δάκρυα προπεσεῖν ἅπαντας καὶ πολλὴν ἀςοργίαν κ α τ η γ ο ρ ε ῖ ν σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων*. Nemo Veterum umquam in huiusmodi re usurpavit verbum *κατηγορεῖν*. Constanti et frequentissimo usu omnes *καταγιγνώσκειν* dicebant. Multis aliis modis sequiores in verbo *κατηγορεῖν* peccabant, pessime autem in eo quod *κατηγοροῦμαι*, *κατηγόρημαι*, *κατηγορήθην* dicebant pro *reum esse*, *in iudicium adduci*, quum sit *κατηγορεῖν dicere in reum*, *crimina oratione explicare*.

Pag. 459. *τυγχάνουσιν ἀμφότεροι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πληγὰς ἐξαισίους* 'ЄΞενέγκαντες *κατ' ἀλλήλων*. Rescribendum 'ЄΠενέγκαντες, quia et rei ratio et consuetudo loquendi *πληγὰς ἐπιφέρειν* postulat. Idem vitium in vicinia Reiske sustulit pag. 460. *μίαν ἔτι πληγὴν καίριον ἐξενέγκας ἀποκτείνει*. Coniecit Reiske *ἐπενέγκας*, quod receptum oportuit. *Καίριος πληγή* Dionysio usitatum est dicere, Veteres omittebant *πληγή* et *καιρί*Α dicebant.

Pag. 460. *ὁρῶν τὸν ἄλλον οὐκέτι καρτερὸν τὸν πόδα*, manifesto mendosa haec scriptura est. *Καρτερός* pro *ἐγκρατής* positum more antiquo genitivum requirit, ut supra ostendimus. Itaque corrigendum *καρτερὸν τῶν ποδῶν*.

In sqq. leg. *ταῦτα* (*δὴ*) *διανοηθεὶς ὡς εἶχε τάχους ἔφευγεν*. Vulgo *δή* omissum est et male transposita sunt *ἔφευγε τάχους*. *'Ως εἶχε τάχους* saepe apud Dionysium legitur.

Pag. 460. *ταῦτα διανοηθεὶς ὡς εἶχεν ἔφευγε τάχους*. Scrib. *ταῦτα* ΔΗ *διανοηθείς*. Saepe in his verbis *δή* incuria omissum est. Nonnumquam ex Urbinate suppletur. Sic et pag. 475. leg. *ταῦτα* ΔΗ *διανοηθείς*. et pag. 399. *ταῦτα δὴ* (pro *δέ*) *διανοηθείς*. et pag. 590. *ταῦτα* (*δὴ*) *διανοηθείς*. et pag. 911. *ταῦτα* (*δὴ*) *διανοηθέντες*, et saepius alibi.

Pag. 471. ἀναλαβόντες — κλείσαντες — ἐπΑΓόμενοι. imo vero ἐπΑΓΑΓόμενοι.

Pag. 460. τῶν δ' ὀδυρομένων ὡς οὐκ ἂν ἔτι τῆς τύχης σφᾶς διαναστησομένης. Misere haec corrupta sunt et ut multa apud Dionysium citra emendandi spem. Foedum est etiam ἂν cum *futuro* coniunctum, sed deposita et conclamata haec sunt.

Pag. 462. Horatia (*Camillam* euphoniae gratia appellant Gallorum poëtae tragici) audito pugnae eventu amens citato cursu urbe egressa videt fratrem καὶ τοὺς εταίρους αὐτοῦ φέροντας τὰ τῶν πεφονευμένων σκῦλα, ἐν οἷς ἦν πέπλος ποικίλος, ὃν αὐτὴ μετὰ τῆς μητρὸς ἐξυφήνασα τῷ μνηστῆρι δῶρον εἰς τὸν μέλλοντα γάμον ἀπεστάλκει, (ποικίλους γὰρ ἔθος ἐστὶν ἀμφιέννυσθαι πέπλους Λατίνων τοῖς μετιοῦσι τὰς νύμφας) τοῦτον δὴ τὸν πέπλον θεασαμένη πεφυρμένον αἵματι κτὲ Haec omnia ubi Dionysius κατὰ τὸ λεπτομερέστερον tamquam in fabula Milesia describit non Fabium Pictorem (ut in caeteris plerisque) sequitur, sed de suo ornandi gratia haec comminiscitur. Non solet autem in hac fingendi licentia quid cum natura rei congruat, quid pugnet, multum curare; nam quis credat Curiatium *picta veste nuptiali indutum* ad pugnam descendisse? Necesse tamen est id eum fecisse ut ea vestis multo cruore tincta in spoliis referretur.

Pag 468. ἀπορούμενος δὲ τί χρήσεται τοῖς πράγμασι τελευτῶΝ ΔΙέγνω κράτιστον εἶναι τῷ δήμῳ τὴν διάγνωσιν ἐπιτρέπειν. ΔΙέγνω et vitiosum est et κακόφωνον sequente ΔΙΑγνωσιν. Scribendum Ἔγνω. Molestam praepositionem perperit N praecedens.

Pag. 468. καὶ καθᾶραι τὸν ἄνδρα ὡς νόμος. Sequioris aetatis vitia sunt σημᾶναι pro σημῆναι, καθᾶραι pro καθῆραι, et sim. bene multa. Recte aliis locis apud Dionysium ἐκάθηρα legitur.

Pag. 471. ἀπεκρίναντο μηδὲν αὐτοῖς ἔτι πρᾶγμα πρὸς τὴν Ῥωμαίων πόλιν εἶναι [κοινόν]. Interpretatus est nescio quis quid esset μηδὲν αὐτοῖς ἔτι πρᾶγμα εἶναι. *nihil esse sibi cum Romanis negotii.*

Pag. 476. παρασκευαζομένους καὶ βοηθείας 'Εγείραντας. Pervulgatum vitium vides pro 'Αγείραντας. Sciunt qui Codices Graecos triverunt αγ et εγ oculis discerni non posse. Sententia cuiusque loci numquam te dubium relinquet. Verum viderat Sylburg acutum in talibus cernere solitus. Sed occinit ei Portus „*sed nihil mutandum nam* ἐγείρειν *metaphorice* sollicitare *significat.*" Falsissimum hoc esse vix opus est dicere. 'Εγείρειν est aut *dormientem excitare* aut *erigere* tropaeum aut simile quid. Saepe sic peccat Portus qui quid sit Graecum quid non sit saepe nesciens confidenter pronuntiat τὸ ἐπελθόν.

Pag. 477. ὃ δὲ πάντων μέν ἐςιν ἥδιςον ἀνθρώποις, σπανίως (rectissime Kiessling. σπανίοις) δέ τισιν ἐκ τοῦ παρελθόντος αἰῶνος ἐξεγένετο καὶ τοῦθ' ὑμῖν ὑπάρξΕΙ. πάσχοντες ὑπὸ τῶν συμμάχων εὖ δρᾶν ἐκείνους αὐτοὶ δόξομεν. Mirificum in modum εὖ transpositum est, sed non Dïonysii vitio, qui dederat: ΕΥ πάσχοντες — εὖ δρᾶν δόξομεν. Necessarium εὖ praecedens ΕΙ absorpsit.

Pag 483. Φιδηναῖοι — ὑπὲρ κέρατος ὄντες τοῦ ἐψιλωμένου κυκλοῦσθαι μέλλουσιν ἡμᾶς. Non fit mihi credibile ὑπὲρ κέρατος εἶναι eo quo sententia postulat sensu Graecis usitatum esse dicere. Verum esse suspicor ὑπερκεράσαντας τὸ ἐψιλωμένον, quod interprete non indiget.

Pag. 483. ἔσωσε τὴν 'Ρωμαίων ςρατιὰν εἰς πρoῦπτον κατακεκλΕΙμένην ὄλεθρον. Saepe in Dionysii libris - κέκλειμαι et - κέκλΙμαι legitur pro forma antiqua et proba - κέκλημαι. Notavimus ad Demosthenem in *Miscell. Crit.* pag. 452.

Pag. 487. ἕως ἂν 'ΥΦ' ἑαυτῷ ποιήσηται τὸν ἄνδρα. Corrigendum est 'ΕΦ' ἑαυτῷ. Quia scribae ubique ὑπό et ἐπί temere confundunt quid sit verum ἐκ τῶν συμφραζομένων est colligendum. Ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτῷ dicitur de ditione et imperio stabili et duraturo, ut καταςρέφεσθαι, ὑπάγεσθαι *subigere*, *domare*, *perdomare* et sim. et sic dicitur περὶ τῶν ὑπηκόων, de iis *qui imperio parent*, εἶναι, γενέσθαι ὑπό τινι. 'Επί τινι εἶναι, γενέσθαι, ποιεῖσθαι ἐφ' ἑαυτῷ contra dicitur de eo, qui captus, aut prehensus venit in alicuius potestatem, qui de eo suo arbitratu

statuat, veluti pag. 211. ubi Nomitor ad Remum: *ἐπ' ἐμοὶ γέγονας παθεῖν ὅ τι ἂν δικαιώσω.* et pag. 208. *ἐπὶ τοῖς πολεμίοις γενόμενος*, et sic passim. Apparet igitur error in his locis: pag. 2088. *συνέβη τὸν ἀετὸν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι.* et pag. 1612. *ἐὰν ἡ πόλις ἡμῶν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γένηται.* et pag. 2198. *πάντ' ἐάσομεν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις τὰ ἐν τῇ χώρᾳ γενέσθαι.* et pag. 1401. *παρακινδυνεύσαντες ὑφ' ὑμῖν γενέσθαι δικαςαῖς.* et pag. 1033. *πάντα ποιῆσαι τὰ πράγματα ὑφ' ἑνί*, *omnia* (ad tempus) *unius hominis arbitrio permittere*, id est 'ΕΦ' *ἑνί.*

Ergo et nostro loco, ubi sententia est *donec hominem in suam potestatem redegisset* (ad supplicium de eo sumendum), verum est *ἕως ἂν* 'ΕΦ' *ἑαυτῷ ποιήσηται τὸν ἄνδρα.*

Pag. 489. *οὐ περιόψεσθαι τοὺς 'Αλβανοὺς ὑπελάμβανεν ἀλλ' ἐπὶ τὰ ὅπλα χωρεῖν.* Perspicuum est *χωρήσειν* necessarium et verum esse.

Pag. 495. *ἅπαντας ἀπολωλέναι κυκλωθέντες ὑπό τε πολεμίων καὶ Φίλων.* Mirum est perfidos proditores *amicos* appellari. Dixerat *καὶ Φιλίων et ab hostibus et a nostris.* Multis aliis apud Dionysium locis idem error eximendus est.

Pag. 501. *εἰ γὰρ ἂν παρακινεῖν τι τολμήσητε πάντες ἀπολεῖσθε ὑπὸ τούτων· δείξας τοὺς ἔχοντας τὰ ξίφη.* Quis umquam Graecorum sic locutus est *εἰ γὰρ ἂν τολμήσητε*? Emenda *ἐὰν γὰρ παρακινεῖν τι τολμήσητε.* Deinde necessarium est *ὑπὸ τουτων*I.

Pag. 502. *τοῖς δ' ἑταίροις αὐτοῦ καὶ συνειδόσι τὴν προδοσίαν* [*αὐτοῦ*] *δικαςήρια ὁ βασιλεὺς καθίσας τοὺς ἁλόντας — ἀπέκτεινεν.* Sic Iudaei et Christiani Graece loquebantur. Inepte repetitum *αὐτοῦ* delendum.

Pag. 506. *ἀγοραί τε αὐτόθι λαμπρότ*ΑΤΑΙ *τῶν ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις τῆς 'Ιταλίας ἀγομένων ἐγίνοντο.* Pugnant inter se *λαμπρόταται* et *ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις.* Verum est *λαμπρότ*ΕΡΑΙ.

Pag. 514. *οὐ ταχὺς ὢν εἰς πόλεμον ἰέναι.* Thucydidea haec *λέξις* est, I. 118. *οἱ Λακεδαιμόνιοι ὄντες μὲν καὶ προτοῦ μὴ ταχεῖς ἰέναι εἰς τοὺς πολέμους.*

Pag 492. *ἰδίαν ἰσχὺν — ἀπὸ τῶν ἰδίων πολέμων ἐκτησάμεθα.* *Bella propria* vitiose et inepte dicuntur. Dixerat *propriam potentiam propriis* laboribus *partam habemus, ἀπὸ τῶν ἰδίων* ΠΟΝΩΝ. Eadem confusio pag. 441. *τῶν μὲν τιμῶν πλέον αὐτοὶ φέρεσθαι, τῶν δὲ* ΠΟΛΕΜΩΝ *ἔλαττον.* Optime Reiske ΠΟΝΩΝ.

Pag. 500. *περιορᾶν τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν ἐπὶ τιμωρί*AIC Cυναρπαζομένους. Litera male duplicata est. Lege *ἐπὶ τιμωρί*AI *ad supplicium.*

Pag. 504. *παραταξάμενοι δὲ καὶ πολλοὺς ἀποκτείναντες ἐν τῇ μάχῃ κατεκλείσθησαν πάλιν εἰς τὸ ἄστυ.* Incongrua haec sunt propter lacunam in hunc ferme modum explendum: *πολλοὺς* (*μὲν*) *ἀποκτείναντες ἐν τῇ μάχῃ* (*ἔτι δὲ πλείους τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες*) *κατεκλείσθησαν πάλιν εἰς τὸ ἄστυ.* ut pag. 564. *πολλοὺς μὲν διαφθείρασα τῶν πολεμίων, πολλῷ δ' ἔτι πλείους ἀποβαλοῦσα τῶν σφετέρων εἰς τὴν πόλιν κατέφυγεν*, et sic saepius in re simili.

Pag. 510. *καιρὸν δὲ νομίσαντες ἐπιτήδειον ὧν ἐξέτισαν Ῥωμαίοις χρημάτων πολλαπλάσια παρ' αὐτῶν ἀπολαβεῖν.* Desiderabam infinitivum *ἔχειν* quia Dionysio mos est dicere *νομίζω, ὑπολαμβάνω καιρὸν ἔχειν* (vel *εἰληφέναι*) *ἐπιτήδειον.* Deinde vidi in Urbinate *ἐπιτήδειον ἔχειν* diserte scriptum esse, quod ab exsilio revocandum.

Pag, 516 *ἐγὼ δὲ τοῦτον μὲν οὐ δέχομαι τὸν λόγον οὔτ' ἀληθῆ νομίζ*Ω *οὐδὲ πιθανόν.* Leg. *νομίζ*ΩΝ *οὔ*ΤΕ *πιθανόν.*

Pag. 517. *ἄνδρα δὲ μιαρὸν καὶ τοσούτοις ἡμαγμένον φόνοις ἀδίκ*ΩC. Perperam dictum est pro *ἀδίκ*OIC.

Pag. 520. *νομίσαντες δι' ἀνανδρίαν οὐχ ἱκανὸν εἶναι πολέμ*OY Cτρατηγεῖν. Geminata litera scribendum *πολέμου*C Cτρατηγεῖν.

ut pag. 754. *πολέμους ϛρατηγεῖν ἱκανός*, et pag. 472. *ὡς κακῶς ἐϛρατηγηκὼς τὸν πόλεμον.*

Pag. 521. *οὔτε γιγνώσκειν ἐσκήπτοντο τῶν περὶ τὰ λῃϛήρια κατηγορουμένων οὐδὲν — οὔτε ὑπόδικοι γενέσθαι* 'Ρωμαίοις *περὶ οὐδενὸς πράγματος.* Supplendum arbitror: *οὔτε ὑπόδικοι γενέσθαι* (*ἔφασαν*) 'Ρωμαίοις. Quod in vulgata scriptura videtur inesse *ζεῦγμα* prorsus a Dionysii consuetudine scribendi alienum est.

Pag. 525. 15. *ἀπαναϛομώσαντες τὰ πέρατα τῶν ὑπονόμων.* Casu retinuit Kiessling. vitiosam lectionem pro vera *'Αναϛομώσαντες* ex Urbinate. *'Απαναϛομοῦν* non est verbum Graecum, sed scribarum vitio natum.

Pag. 526. *πολλῶν δ' ἐν τῇ καταλήψει τῆς πόλεως ἀποΛΛΥμένων τοὺς λοιποὺς — ὅπλα παραδοῦναι κελεύσας κτἑ.* Quicumque meminerit in libris Mss. passim *ἀπολλύμενος — ἀπολούμενος — ἀπολόμενος* inter se temere confundi continuo emendabit *πολλῶν δ' — ἀποΛΟμένων.* *Quum multi* periissent *reliquos arma tradere iussit.*

Pag. 528. *ἐκεῖνοι δ' ἤρξανΤΟ ἐνιαυτῷ πρότερον εἰς τὴν* 'Ρωμαίων *γῆν ἐμβαλόντες.* Sine controversia requiritur *ἦρξαν* pro *ἤρξαντο.* *illi* priores *iniurias Romanis fecerant.* Fortasse Dionysius scripserat *ἦρξαν* ΤΩΙ *πρότερον ἐνιαυτῷ.*

Pag. 529. *καὶ αὐτὸν ὁ Μάρκιος — εἰς τὸν τῶν πατρικίων τε καὶ βουλευτῶν ἀριθμὸν ΚΑΤέγραψεν.* Non est aliud verbum in ea re usitatum quam *'ΕΝέγραψεν.* Etiam alibi similiter est peccatum.

Pag. 533. *ἐν μὲν δὴ τοῦτο* [*τὸ*] *πολίτευμα τοῦ βασιλέως παραδίδοται καλὸν ἅμα καὶ πραγματικόν.* Expunge *τό* male adhaerens ex syllaba praecedenti.

Pag. 541. *ἐδήλωσεν — ὅτι κατοικεῖν ἐν τῇ πόλει βουλόμενος* ΠΑΡΗΙΕΙ. Quid sibi vult verbum *παρέρχομαι* in huiusmodi sententia? Scribe *παρείη.*

Pag. 540. 'ΕΠΙτίθησι τῷ Λοκόμωνι τὸν πῖλον ἐπὶ τὴν κεφαλήν. Perpetuo Graeculorum errore Dionysius ἐπιτιθέναι, ἐπιτίθεσθαι, ἐπικεῖσθαι poni ubi Veteres constanter περιτιθέναι, περιτίθεσθαι, περικεῖσθαι dicebant, ut supra notavimus.

Pag. 544. ἀπῆγε τὴν δύναμιν ἐπ' οἴκου καὶ μετὰ ταῦθ' ἑτέραν ϛρατιὰν 'ΑΠῆγεν ἐπὶ τὴν Κρουϛομερίνων πόλιν. Perspicuum est ϛρατιὰν ἮΗγεν olim scriptum fuisse. Qui copias *domum reducit* ἀπάγει τὴν δύναμιν, qui *infesto exercitu petit hostem* ἄγει. Exemplorum plena sunt omnia.

Pag. 545. ἀνέῳξαν τὰς πύλας καὶ — π α ρ ε δ ί δ ο σ α ν αὐτῷ τὴν πόλιν. Emenda παρέδοσαν. Perfrequens in libris est hoc mendi genus.

Pag. 548. λεηλατήσας δὲ τὴν χώραν — πρὸς αὐτὴν ϛρατεύεται τὴν πόλιν προκαλούμενος τοὺς ἄνδρας εἰς φιλίαν. Pugnant haec inter sese. Legendum videtur πρὸς αὐτὴν ΠΟΡεύεται τὴν πόλιν. Si dixisset ϛρατεύεται non πρὸς τὴν πόλιν, sed ἐπὶ τὴν πόλιν erat dicendum.

Pag. 551. Τυρρηνοὶ δὲ συμμαχίαν ἀποϛέλλειν ὡμολόγησαν ἧς ἂν αὐτοὶ μὴ δεηθῶσιν. Primum scribe ἀποϛελεῖν. Deinde μή a Reiskio additum pone suo loco ἧς ἂν μὴ αὐτοὶ δεηθῶσιν.

Pag. 553. βασιλεὺς Ταρκύνιος — μαθὼν τὸ γιγνόμενον ἐλάττωμα περὶ τοὺς σφετέρους. Pervulgatus error Graeculorum apud Dionysium non infrequens pro τοὺς ἑαυτοῦ. Sic etiam pag. 1064. μαθὼν ὁ δικτάτωρ τὴν φυγὴν τῶν σ φ ε τ έ ρ ω ν.

Pag. 555. Latini quum nescirent sua castra ab hostibus esse capta ἀναχωροῦντες ἐκ τῆς τροπῆς εἰς ἀσφαλῆ καταφυγὴν ὑπὸ τῶν καταλαβομένων αὐτὴν ἀπώλλυντο. Manca sententia est: supple: ἐκ τῆς τροπῆς 'ΩΣ εἰς ἀσφαλῆ καταφυγήν. Tutum se in castra receptum habere *opinabantur*.

Pag. 557. οὐχ ὑπομείναντες δὲ εἰς τὴν ἑαυτῶν χώραν π α ρ ε ῖ ν α ι τὸν πόλεμον. Melius est παριέναι id est πάροδον διδόναι.

Utebantur praesentis forma, quae minus erat lectoribus ambigua, ut et *ξυνιέναι* (*intelligere*) pro *ξυνεῖναι*. *Παρεῖναι* enim solet poni pro *adesse* et *ξυνεῖναι* pro *una esse.*

Pag. 557. *γνώμη δ' ἀμφοτέρων ἦν ὁμοία*, non erat consilium *simile*, sed *unum et idem ἦν* MIA.

Pag. 560. *κατεπόθησα*N. *'Εφθάρη δέ τις αὐτῶν μοῖρα οὐκ ὀλίγη. Periisse* est *διαφθαρῆναι*, non *φθαρῆναι*. Leg. ΔΙεφθάρη. Praepositionem necessariam praecedens N absorbsit. Idem error et alibi nonnumquam commissus est.

Pag. 460. *καθ' ὃ μέρος περχιουμένη λήσεσθαι τοὺς Σαβίνους ἔμελλεν.* Ex vitiosa Graeculorum *συνηθείᾳ* Dionysius sumsit *λήσεσθαι* pro *λήσειν*. Veteres sequitur et alibi et pag. 715. *καὶ λήσεις ὑπ' αὐτῆς γενόμενος ἐξ ἀνδρὸς τὸ μηδέν.*

Pag. 560. *Σαβῖνοι μὲν οὖν ἐγνωσιμάχησαν ἀπὸ τῆς τότε συμφορᾶς βιασθέντες καὶ — ἀνοχὰς ἐποιήσαντο τοῦ πολέμου* [*σπονδὰς*] *ἑξαετεῖς.* Debebat Editor *ὑπό* pro *ἀπό* Pflugkio auctore recipere. Verbis passivis additur *ὑπό τινος*, Ionice *πρός τινος*, *ἔκ τινος*, apud recentiores Graeculos Iulianum, Libanium, Themistium *παρά τινος*, sed *ἀπό τινος* in decrepita demum Graecia scribae dicebant qui suas sordes passim veteribus scriptoribus affricuerunt, quamobrem nunc plerique Graece docti *ἀπό τινος* sine ulla offensione legunt. Loci sunt inumerabiles ubi *ὑπό* aut ex libris melioribus aut ex Graecitatis intelligentia optime est restitutum, sed ingens superest locorum numerus qui eandem emendationem adhuc frustra exspectant. Saepissime etiam ut h. l. vera lectio reperta spernitur. Si quis in tali re Codicibus Mss. aliquid tribuendum esse putat, subridebunt omnes, ut opinor, qui multos Graecos Codices triverunt.

Reponamus ergo *ὑπὸ τῆς τότε συμφορᾶς*, sed non est satis. Quemadmodum enim in loci exitu *σπονδάς* manifesto e margine irrepsit idque in absurdissimam sedem, sic et *βιασθέντες* a mala manu adscriptum et spurium est. Sana et vera oratio et scriptura est *ἐγνωσιμάχησαν ὑπὸ τῆς τότε συμφορᾶς καὶ ἀνοχὰς ἐποιήσαντο.*

Exempla participiorum sic a magistellis interpolatorum, imprimis *κρατούμενος* et *βιασθείς*, supra attulimus.

Γνωσιμαχεῖν proprie dicitur de eo *qui sentit se viribus imparem cum potentiore congredi et propterea omissa contentione dat manus.* Id igitur Sabini illa clade edocti in annos sex inducias composuisse dicuntur.

Pag. 562. *ὀλίγου τινὸς ἐδέησεν ἅπασα διαφθαρῆναι.* Haec vera et proba est verbi *δεῖν* compositio cum genitivo *ὀλίγου*, *πολλοῦ*, *τοσούτου δέω.*

Pag. 565. *αἱ γὰρ ἑξαετεῖς αὐτοῖς — ἀνοχαὶ ΔΙεληλύθεσαν ἤδη.* Quod Sylburgius reponebat *διελύθησαν* cum Dionysii sententia pugnat, qui dixerat *exiisse induciarum diem.* Itaque *ἐξεληλύθέσαν* verum videtur, quod proprium in ea re verbum est. Thucydides V. 14. *ξυνέβαινε δὲ — τὰς τριακοντούτεις σπονδὰς ἐπ' ἐξόδῳ εἶναι.* Xenophon *Hellen.* V. 2. 2. *ἐλέγοντο δὲ καὶ αἱ σπονδαὶ ἐξεληλυθέναι τοῖς Μαντινεῦσι τούτῳ τῷ ἔτει.* Cur *δι* et *εξ* tam saepe confundantur noverunt quibus multos Graecos Codices versare contigit.

Pag. 569. *ὥσπερ ΓΕ καὶ νῦν Ῥωμαῖοι τὰ σκῆπτρα καὶ τὰ διαδήματα δωροῦνται τοῖς βασιλεῦσιν.* Plane absonum est *γε.* Repone *ὥσπερ ἜΤΙ καὶ νῦν.*

Pag. 575. *ξυλίζεσθαι — καὶ χιλὸν ἵπποις σ υ ν α γ α γ ε ῖ ν καὶ τἄλλα ἐπιτήδεια λαμβάνειν.* Scripsisse videtur *συνάγειν*, ut solet praesentia cum praesentibus et aoristos cum aoristis componere.

Quam facile *ἄγειν* et *ἀγαγεῖν*, *ἄγων* et *ἀγαγών* confundantur etiam cum detrimento sententiae palam faciet locus in vicinia pag. 576. *τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἀγΑΓόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀνέϛρεψαν*, id est *πρῶτον τοὺς αἰχμαλώτους ἤγαγον ἔπειτα εἰς τὴν πόλιν ἀνέϛρεψαν*, quod manifesto falsum est.

Pag. 576. *ὀλίγα μέν τινα καὶ τῶν ΣαβίνωΝ ΔΙευτυχούντων ἐν τοῖς ἀγῶσι, τὰ δὲ πλεῖϛα Ῥωμαίων.* In bello *εὐτυχεῖν* saepe significat *bene rem gerere* (victoriam reportare), ut *ἀτυχεῖν*

male rem gerere (cladem accipere) ut Demosthenes *pro Corona* pag. 231. 4. de Thebanis: *οἷς εὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις οὐ μετρίως ἐκέχρηντο*, id est *victoria Leuctrica abusi sunt*. Sic saepe clades Graecorum Chaeronensis appellatur *ἡ περὶ Χαιρώνειαν ἀτυχία*, vel *τὸ ἀτύχημα τὸ περὶ Χαιρώνειαν*.

Διευτυχεῖν igitur de iis dicitur, qui *perpetuo* ex proelio superiores discedunt, quod ab h. l. prorsus alienum est. Itaque expuncta praepositione scribendum: *ὀλίγα μέν τινα καὶ τῶν Σαβίνων* ЄΥ*τυχούντων*. ΔΙ ex praecedenti N natum est.

Pag. 579. *ἀσπασ*Τ*ῶς δεξάμενος τὴν ἄνευ κινδύνων ὑποταγὴν τοῦ ἔθνους*. Usitatius est in pedestri sermone *ἀσπάσ*Ι*ος* et *ἀσπασίως*, sed sumsit *ἀσπαςῶς* ab Herodoto.

Pag. 588. *ἔπειτ' ἐπελθὸν αὐτῷ κατὰ δαίμονα διχῇ νέμ*ЄΙΝ *τὸν ἀμπελῶνα θάτερα μὲν αὐτοῦ λαμβάν*ΩΝ *ἐκ δεξιᾶς, θάτερα δ' ἐξ ἀριςερᾶς*. Certa est et recipienda Reiskii emendatio *νέμ*ЄΙ, nam si *νέμειν* dixisset non *λαμβάνων* sed *λαμβάνοντα* additum oportuit.

Pag. 588. Attius Nevius auspicans *τοὺς παρακειμένους οἰωνοὺς ἐσκόπει*. Sensu caret *παρακειμένους*. Vera lectio elici potest ex vicinia: *τοὺς ὄρνιθας διέκρινε τοὺς παρα*ΓΙΝΟ*μένους κατὰ τὸ αὐτό*.

Pag. 594. *οὔτε τὸν μόρον αὐτοῦ τις ἠδύνατο συμβαλεῖν οὔτε τὸ σῶμα ἐ*Φ*ευρεῖν*. Mendosum est verbum compositum. Simplici *εὑρεῖν* in ea re omnes utebantur. Urbinas *εὑρεῖν* servavit sed spernitur.

'Ε*φευρεῖν* est forma Homerica, qua nemo in populari sermone utitur.

Pag. 595. *οὐ μὴν καταγωνίσασθαί γε τὴν ἀλήθειαν ἴσχυσαν οὐδὲ πεῖσαι τὸν δῆμον [ἐδυνήθησαν] ἐκβαλεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς ἀρχῆς*. Ad *ἴσχυσαν* adscripsit nescio quis *ἐδυνήθησαν*, quod in sedem molestissimam ex margine irrepsit.

Pag. 595. *τῷ δήμῳ παρῄνουν μὴ* ΠΑΡ*ορᾶν ἄνδρα μιαρὸν ἱεροῖς προσφέροντα τὰς χεῖρας*. Quis non vidit ΠЄΡΙ*ορᾶν* in tali re esse dicendum?

Pag. 596. πονηροὶ δόξαντες εἶναι καὶ πολλὴν ὄφλοντες αἰσχύνην ἀπῆλθον. Perpetuus scribarum error est in ὀφλῶν et ὀφλεῖν. Aoristum esse vel hic unus locus demonstrat.

AD LIBRUM QUARTUM.

Pag. 635. ἀπὸ τῆς ἑςίας τῶν βασιλέων, et pag. 637. ἐν τῇ παςάδι τῶν βασιλέων. Utrobique τῶν βασιλείων reponendum, ut recte legitur pag. 641. τὰς τῶν βασιλείων θύρας ἔκλεισεν, et sic passim. Οἱ βασιλεῖς apud Dionysium appellantur *Rex et Regina*, quod in illos locos non convenit.

Pag. 637. πῦρ ἀνέλαμψεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ. Incongruum est ἐπί. *Flamma* ex capite *emicuit*, ἀνέλαμψεν ἘΚ τῆς κεφαλῆς.

Pag. 638. ςεφάνοις αὖθις ἀριςείοις ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐκοσμεῖτο. Saepe sic Dionysius loquitur vitiosam aequalium συνήθειαν secutus, quasi esset adiectivum ὁ, ἡ ἀρίςειος. Frustra igitur Sylburgius pag. 1701. τοῖς ἀριςείοις ςεφάνοις ἐκόσμησεν reponebat ἀριςείας. Est Dionysio suus error relinquendus, qui saepe adiectivo ἀρίςειος sic utitur, ut pag. 1773. ἀριςείους τιμάς, caeterisque locis a Kiesslingio indicatis.

Pag. 640. δόξας ὑπὸ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἐπὶ τὴν βασιλείαν καλεῖσθαι. Saepe utitur Dionysius verbo δοκεῖν ex consuetudine Herodoti pro οἴεσθαι, ὑπολαμβάνειν, ἡγεῖσθαι, νομίζειν contra Atheniensium dicendi usum. Δόξας igitur est ὑπολαβών, νομίσας, *ratus* se ad regnum vocari. Sic et pag. 656. δόξατε οὖν πάντες ἐπίτροποι καταλελεῖφθαι, id est ὑπολάβετε, et sexcenties alibi, veluti pag. 736, 739, 775, 776 caett.

Pag. 642. ἀλλ' οὐδὲ ἀσπάσασθαί τινα ἡμῶν ΟΥΔΕ προσαγορεῦσαι τοὺς ἐσχάτους ἀσπασμοὺς δυνηθείς. Rectissime Urbinas καὶ (pro οὐδέ) προσαγορεῦσαι. Componuntur enim non opponuntur ἀσπασμοί et προσαγορεύσεις non uno loco alibi.

Pag. 643. καὶ μεθ' ὅπλων αὐτοῖς ὁμόσε χωροῦντας ἐὰν ἄρα καὶ τούτων δέῃ. Legendum τούτου. ut in *Pluto* vs. 248.

πάλιν τ' ἀναλῶν ἡνίκ' ἂν τούτου δέῃ.
et ubique quum de *una* certa re sermo est.

Pag. 644. *λέγωμεν* 'ΑΠΟ*τεθνηκέναι Ταρκύνιον*. Vitiose dixit pro *τεθνηκέναι*, ut constanter Veteres omnes dicebant, quemadmodum et *τεθνηκώς* (*τεθνεώς*) et *τεθνήξω*. Homerica sunt:

βόες δ' ἀπετέθνασαν ἤδη.

et passim *ἀποτεθνηώς* (*ἀποτεθνειώς*). Nonnumquam Plutarchus et alii quidam sequiores *ἀποτέθνηκα* dicebant, sed Veterum nemo ita loquitur.

Pag. 644. *ταφὰς αὐτοῦ ποιῶμεν* 'ΑΠΟ *τοῦ φανεροῦ*. Saepissime apud Dionysium *ἀπό* et *ἐκ* locum inter se permutasse videmus. 'Ἐκ *τοῦ φανεροῦ*, *ἐκ τοὐμφανοῦς* Graecum est, non *ἀπό*. Subiiciam locos aliquot ubi ea confusio est manifesta. pag. 1009. *ἐὰν ἑκόντες* 'ΑΠΟ *τῆς πόλεως ἀποφθαρῶσιν*. pag. 1141. *ἀπόσχσιν* 'ΕΚ *τῶν πατρικίων*. pag. 1174. 'ΑΠΟ *παντὸς τρόπου*. Quis non videt *ἐκ τῆς πόλεως* verum esse et *ἀπὸ τῶν πατρικίων* et *ἐκ παντὸς τρόπου*? Eodem remedio compluribus aliis locis utendum.

Pag. 645. *προῆλθεν εἰς τοὐμφανὲς ταῖς θυρίσιν ἐπιστᾶσα ταῖς* ΦΕΡ*ούσαις εἰς τὸν πρὸ τῶν θυρῶν στενωπόν*. Ut *via* rectissime dicitur aliquo *φέρειν*, sic inepte idem ponitur de *finestra*, quae Latine *prospicere* aliquo dicitur et Graece *βλέπειν*. Itaque *ταῖς* ΒΛΕΠ*ούσαις εἰς τὸν στενωπόν* emendandum. Recte legitur pag. 787. *τὸ πρὸς τὰς ἀνατολὰς βλέπον*. pag. 789. *τοῦ πρὸς μεσημβρίαν βλέποντος*. sed mendose pag. 772. *τὰ πρὸς τοὺς Γαβίους φέροντα τοῦ περιβόλου* pro *βλέποντα*.

Pag. 646. *τελευτῶσα εἶπεν* (*ὡς* addidit Editor) *οὐδὲν αὐτοῖς ἐκ τῶν ἀνοσίων ἐπιβουλευμάτων γέγον*ΕΝ *οὐ δυνηθεῖσιν ἀποκτεῖναι Ταρκύνιον*. Remoto *ὡς* scribendum *εἶπεν οὐδὲν αὐτοῖς — γεγονέν*ΑΙ (*πλέον*). Deesse *πλέον* Reiske sensit sed minus commode post *οὐδέν* inseri voluit.

Pag. 648. *οὐ πλείων τῶν πέντε καὶ εἴκοσι γεγονὼς ἐτ*ΩΝ. Natura rei et compositionis ratio *ἔτ*Η postulant. Similiter in

vicinia pag. 649. οὐκ ἂν ἐλάττω γεγονὼς ἦν ἐτΩΝ πέντε καὶ εἴκοσιν. duabus literulis repetitis corrigendum: ἐν ἔτΗ Τῶν πέντε καὶ εἴκοσιν. Dicitur enim ὢν (vel γενόμενος) ἐτῶν εἴκοσιν sed γεγονὼς εἴκοσιν ἔτη, ut Latine *esse* ANNORUM *viginti*, sed ANNOS *viginti natus*.

Pag. 653. scribitur Λευκίῳ Πείσωνι τῷ Φρυγὶ συγκαταθέμενος, quasi Piso esset ex Phrygia. Scrib. τῷ Φρῦγι.

Pag. 654. τοῖς δὲ πατρικίοις οὐκ ἦν τὰ γενόμενα καθ' ἡδονάς. Leg. τὰ ΓΙΓΝΟμενα, *praesens* rerum conditio et status.

Pag. 655. παρὰ τὸν τοῦ βίου χρόνον — τιμῶν διετέλεσεν. Deest aliquid. ΠΑΡΑ τὸν τοῦ βίου χρόνον significat *ante mortem*, *quum esset in vivis*, quod h. l. ineptum est. Supple: ΠΑΡΑ (πάντα) τὸν τοῦ βίου χρόνον, ut pag. 957. παρὰ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον.

Pag. 656. ὅσον μὲν οὖν αὐτὸς ἔζη χρόνον ἐκείνῳ προσῆκεν ὑμᾶς ὑπὲρ τῶν εὐεργεσιῶν (τὰς addidit Editor) χάριτας εἰδέναι. Recte τάς addidit sed in aliena sede collocavit. Inserendum est ante ὑπὲρ τῶν εὐεργεσιῶν, ut pag. 657. τὰς ἀντὶ τούτων ὀφειλομένας ἐμοὶ χάριτας.

Revoca ex libris pag. 657. οὓς (pro ὡς) οὐδὲν δέομαι λέγειν.

Pag. 658. ἱκανὸν ἡγούμενος τοῖς δανεισαῖς τῆς οὐσίας τῶν συμβαλλόντων κρατεῖν. Non debebat Editor Reiskii coniecturam συμβαλομένων commemorare, namque alias res agens vir acutissimus non cogitaverat quid inter συμβάλλειν et συμβάλλεσθαι interesset. Συμβάλλειν et συμβόλαια passim apud Athenienses leguntur, ut apud Harpocrationem v. Ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξῆν συμβάλλειν πέρα μεδίμνου κριθῶν. Apud Dionysium *qui nexum fecissent*, *nexi ob aes alienum* dicuntur οἱ συμβαλόντες, οἱ συμβεβληκότες. Repone igitur aoristum τῶν συμβαλόντων.

Pag. 658. ἵνα δὲ καὶ τὰς — εἰσφορὰς — κουφοτέρΩC εἰς τὸ λοιπὸν φέρητε. Duo optimi κουφοτέρΑC exhibent quod sine mora recipiendum: non enim *aequiore animo* tributa conferri volebat, sed *minus gravia*.

Pag. 660. *ἐκχωρεῖν τῆς δημοσίας γῆς τοὺς καρπουμένους τε καὶ ἰδίᾳ κατέχοντας αὐτήν.* Si quis hoc aget vehementer ei *ἰδίᾳ* displicebit. Non poterant enim agrum publicum aut *publice* aut *privatim* possidere. Fefellit scribam haec libri veteris lectio: ΚΑΙΔΙΑΚΑΤ*έχοντας*, id est *καὶ διακατέχοντας*, quod in hoc argumento frequens est, ut pag. 667. *ἵνα διακατέχῃ τὰ πράγματα.* et pag. 523. *τὴν χώραν αὐτῶν διακατέχοντες.* et saepius alibi.

Pag. 661. libri: *εἰσπίπτει γὰρ αὐτοῖς λογισμός.* Optime Kiessling. *εἰσ*ΗΙΕΙ. Sic enim Dionysius solet *εἰσέρχεταί μοι* (vel *με*) *λογισμός.*

Pag. 661. *ἐὰν δὲ ἐπὶ τῷ δήμῳ ποιήσωσι τὴν αἵρεσιν τοῦ βασιλέως.* Graeca compositio est *τὴν τοῦ βασιλέως αἵρεσιν*, et sic in Urbinate diserte scriptum est.

Pag. 662. ΠΡΟ*ῆλθεν ἐπὶ τὸ βῆμα.* Qui verba facturus ad populum Rostra conscendit dicitur apud Veteres *ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα* aut verbis *ἐπὶ τὸ βῆμα* omissis *παριέναι* sive *τὴν πάροδον ποιεῖσθαι.* Sequiores dicebant *παριέναι ἐπὶ τὸ βῆμα*, sed *προϊέναι* in tali re poni non potest. Itaque legendum ΠΑΡ*ῆλθεν.* Perfrequens in Dionysii libris hic error est.

Rectissime contra paullo ante dixit: *προῆλθεν εἰς τὴν ἀγοράν.*

Pag. 664. *ἔμελλον εἰ μὴ θᾶττον ἐμοὶ περὶ τούτων ἐγένετο μήνυσις ξενικήν [τινα] δύναμιν ἐπαγόμενοι — κατάγειν τοὺς φυγάδας.* Vitiosa sequiorum consuetudo *θᾶττον* et *τάχιον* ponit pro *πρότερον.* Vid. ad Dionem Chrysostomum *Mnemos.* 1877. pag. 100.

Recte Urbinas omittit *τινά.* Additum enim *τις* est elevantis et extenuantis, quod ab h. l. abhorret.

Pag. 665. *πρῶτον μὲν ἐμὲ — ἔμελλον ἀναρπάσ*Α*σθαι, ἔπειτα ταυτὶ τὰ παιδία — ἀναιρεῖσθαι — καὶ πᾶν τὸ θῆλυ γένος ἐν ἀνδραπόδων ποιήσ*Α*σθαι λόγῳ.* Ostendimus supra *ἀναρπάσασθαι* esse barbarum. Itaque certum est scripsisse Dionysium *ἀναρπάσ*Ε*σθαι.* Etiam hoc certum est duos reliquos aoristos in fu-

turi formam converti oportere. Nullo negotio restituitur *ποιήσεσθαι*, sed reliqua est difficultas in *ἀναιρεῖσθαι*. Sententia postulat verbum significans *de medio tollere, necare*. Itaque *ἀναιρεῖσθαι* etiam hoc nomine mendosum est, quia constanter *ἀναιρεῖν* eo sensu dicitur apud omnes, non *ἀναιρεῖσθαι*. Quid igitur Dionysius dixerat? Liquido apparet in vicino pag. 641. ubi de eadem re dicitur: *περιδεὴς οὖσα μὴ κατασχόντες οἱ Μάρκιοι τὴν ἀρχὴν ἄ ρ ω ν τ α ι τὰ παιδία*. Saepius Dionysius in tali re *ἄρασθαι* posuit pro *ἀπολέσαι, διαφθεῖραι, ἀφανίσαι*. Itaque nunc quoque scripserat: *ταυτὶ τὰ παιδία — ἀ ρ ε ῖ σ θ α ι*, quod deinde in *αἱρεῖσθαι* et *ἀναιρεῖσθαι* de more depravatum est.

In optimo Codice B non *ἀναιρεῖσθαι* sed *αἱρεῖσθαι* scriptum est, quod sexcenties in locum formae *αἵρεσθαι* et *ἀρεῖσθαι* substituitur.

Pag. 666. *ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ καὶ ἀ ν α χ ω ρ ε ῖ ν οἵου* [*τε*] *ὄντος ἀπὸ τοῦ βήματος*. Veteres multo melius pro *ἀναχωρεῖν* dicebant *κ α τ α β α ί ν ε ι ν ἀπὸ τοῦ βήματος*. Expungendum est *τε*. Notum est discrimen inter *οἷός εἰμι* et *οἷός τε εἰμί*. cf. Harpocration in v.

Recte dixit in re eadem pag. 735. *καταβαίνειν ἀπὸ τοῦ βήματος βουλομένου*.

Pag. 669. *κατὰ τὸν Ἀ θ η ν α ί ω ν κύκλον τὸν περιέχοντα τὸ ἄϛυ — ὁ τῆς Ῥώμης ἂν φανείη κύκλος*. Ridiculum est *ὁ τῶν Ἀθηναίων κύκλος* pro *τῶν Ἀθηνῶν*, quod reposuit Reiskius. Natus error ex vetere scriptura $\overset{\theta\eta}{\alpha}$.

Pag. 671. *μήτε ἀ λ λ ο θ ί π ο υ συντελεῖν*, scribendum *ἀλλοσέ ποι*, quia *συντελεῖν εἴς τινας* et *εἴς τι* dicitur, ut pag. 674. *τῶν συντελούντων εἰς τὸν αὐτὸν πάγον*. pag. 676. *εἰς ἄνδρας συντελεῖν*.

Pag. 676. *τῆς Ἀφροδίτης τῆς ἐν ἄλσει καθιδρυμένης, ἣν προσαγορεύουσι Λιβιτίνην*. In Urbinate scriptum est *προσαγορεύουσι ναιβιτίνην „punctis super ναι additis.“* Vides manasse ex vetusto libro in quo erat:

ΠΡΟϹΑΓΟΡЄΥΟΥϹΙΝΛΙΒΙΤΙΝΗΝ.

deinde Λ a stolido scriba in A conversum est, et sic natum προσαγορεύουσι NAIβιτίνην. Deinde scribe ὑπὲρ τῶν ἀπογΕνομένων pro *defunctis*. Editur ἀπογινομένων.

Pag. 676. scribit Romanos omnes censum profiteri ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον ἦ μὴν τἀληθῆ καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίϛου τιμήσεσθαι. Editor de suo substituit τιμήσεσθαι pro scriptura librorum τετιμῆσθαι, quae non erat movenda. Dabant enim iusiurandum posteaquam professi essent omnia sese bona fide *in censum detulisse* (τετιμῆσθαι).

Pag. 676—677. σοφώτατον ἁπάντων πολιτευμάΤΩΝ εἰσηγήσατο. Ut Graeca sit oratio rescribe πολίτευμα. Causa erroris manifesta est.

Pag. 678. ἀντὶ τῶν ἀσπίδων ἀΠέδωκε θυρεούς. Libri ἀΝέδωκε, quod satius est non tangere. Ἀναδιδόναι eu sensu apud sequiores non infrequens est, ut constanter apud Dionysium legi ur τὴν ψῆφον ἈΝΑδοῦναι.

Pag. 682 ἐγένοντο δὴ συμμορίαι ἕξ, ἃς Ῥωμαῖοι καλοῦσι κλάσεις τὰς Ἑλληνικὰς κλήσεις παρονομάσαντες· ὃ γὰρ ἡμεῖς ῥῆμα προστακτικῶς σχηματίσαντες ἐκΦέρομεν κάλει τοῦτ' ἐκεῖνοι λέγουσι κάλα καὶ τὰς κλάσεις ἀρχαῖον ἐκάλουν καλΕσεις. Est haec vitiosa et male sana eruditio, *comparativorum* (nam sic appellari volunt) παίγνια. Quid Latino *classis* negotii esse potest cum Graeco κλῆσις? Nullo enim pacto H in κέκληκα, κέκλημαι, κλῆμα (ἔγκλημα), κλητήρ et κλῆσις in A converti potuit, apud Veteres quidem, namque sero nati imitatores, qui θέλοντά μιν ἀδὺ Φιλᾶσαι, et ἀποπτύω τὸ Φίλαμα dicebant, intestabiles sunt. Sed haec nunc non agimus videndumque an sint sanae lectiones. Pro ἀρχαῖον reponendum (τὸ) ἀρχαῖον, namque sic Graeci omnes pro *antiquitus*, *olim* constanter dicebant, ut pag. 45, 85, 156, 915. et passim alibi. Pro καλέσεις Editor καλάσεις substituit. In re commenticia et (ut libere dicam) nugatoria non multum refert quid scribatur. Quo antiquo nomine *classes* appellarentur καλέσεις an καλάσεις neque

Dionysius neque alius quisquam scire poterat, sed utitur pervulgata τῶν ἐτυμολογούντων licentia, nam his quoque
quidlibet audendi semper fuit aequa potestas.

Pag. 683. τοῖς δὲ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν ΤΕΤΙΜημένοις. Mirificum est hoc τίμημα. Legendum videtur ΚΕΚΤημένοις.

Post pauca pag. 684—685. dicitur Servius Tullius noluisse τοὺς μηδὲν συμβαλλομένους στρατεύεσθαι ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ὀψωνιαζομένους χρημάτων ὥσπερ [τοὺς] μισθοφόρους. Nulli erant apud Romanos *milites mercenarii,* quamobrem articulum τούς expungi oportet.

Pag. 688. ἡ δὲ πέμπτη κλῆσις (*classis*) καὶ ἡ τελευταία παρείλκονΤΟ. ΤΟΥτο τὸ πολίτευμα. *Supervacanea* dicuntur παρέλκειν, non παρέλκεσθαι. Itaque παρεῖλκον legendum. Adhaesit ΤΟ ex syllaba sequenti.

Pag. 688. nimis stultum et stolidum populum Romanum Dionysius esse opinabatur quum scriberet: ὑπελάμβανον μὲν γὰρ ἅπαντες ἴσον ἔχειν τῆς πολιτείας μέρος κατ' ἄνδρα διερωτώμενοι τὰς γνώμας ἐν τοῖς ἰδίοις ἕκαστοι λόχοις. Perperam etiam et hic et aliis locis dixit ἐρωτᾶν, διερωτᾶν, διαπυνθάνεσθαι τὰς γνώμας *sententias rogare, perrogare* de iis qui mittuntur in suffragium. Sunt enim haec verba *Curiae*, non *Comitiorum.* Quod autem addit ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κεκίνηται χρόνοις eum de ea re nihil scire ostendit.

Pag. 691. ἐν αἷς (*tribubus urbanis*) καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων ταττόμενον διΕτέλει τὸ ἐξελευθερωτικὸν φῦλον. Dixerat διΑτελεῖ, ut pag. 695. καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων — διατελεῖ τοῦτ' ἐν τῇ πόλει φυλαττόμενον. et sic constanter in re simili.

Pag. 695. πολλὰ ὠφεληθήσεσθαι. Utebantur et Veteres et Veterum imitatores breviore forma ὠφελήσεσθαι, quam servavit Urbinas sed Editor sprevit

Sic alibi ἐναντιωθήσομαι legitur pro ἐναντιώσομαι, et τιμηθήσομαι et ζημιωθήσομαι et similia his quaedam plura.

Pag. 698. acerbe queritur Dionysius de servis flagitiosis ac sceleratis, qui temere et inconsulto manumissi civitatem Romanam adipiscebantur. Optare se scribit ut Censores vel Consules huic pesti eant obviam, *οἳ τοὺς καθ' ἕκαςον ἐνιαυτὸν ἐλευθέρους γιγνομένους ἐξετάσουσι τίνες ὄντες καὶ διὰ τί καὶ πῶς ἠλευθερώθησαν, ὥσπερ γε τοὺς τῶν ἱππέων καὶ τοὺς τῶν βουλευτῶν βίους ἐξετάζουσιν· ἔπειθ' οὓς μὲν ἂν εὕρωσιν ἀξίους τῆς πόλεως ὄντας εἰς Φυλὰς καὶ Φράτρας καταγράψουσιν.*

Primum scribe *ὥσπερ καὶ* (pro *γε*) *τοὺς τῶν ἱππέων κτέ.*

Sed longe gravior error ab ipso Editore commissus eximendus est ex sqq. In libris est *εἰς Φυλὰς* (Urb. *Φυλακὰς*) *καταγράψουσιν.* Kiessling. de suo *καὶ Φράτρας* addidit quoniam „*curiarum mentio a Dionysio ubi civitatem alicui datam esse commemorat vix umquam omissa est.*" Sed non cogitavit Dionysium h. l. de sua aetate et aequalibus suis dicere. Poterat in vetustissimis fabulis *tribus et curias* suo arbitratu coniungere, (quamquam eum in hac re vehementer errare suspicor) sed vivo Dionysio libertinos *tribubus* (urbanis) *et curiis* adscriptos fuisse credere eiusmodi est ut Editorem ipsum agnito suo errore subrisurum esse ad haec existimem.

Pag. 702. *ἐξ ὧν μακαρισμοὶ τοῖς κατασκευασαμένοις ἠκολούθουν μόνοις, ἔπαινοι δ' οὔ.* Pro *μόνοις* in libris est *μόνον* natum ex *μέν* et alieno loco insertum. Legendum: *ἐξ ὧν μακαρισμοὶ* MЄN — *ἠκολούθουν, ἔπαινοι δ' οὔ.*

Deinde rescripserim: *μόνα δὲ ζήλου ἄξια τὰ τῆς γνώμης ἔργα ὑπολαβών.* et paullo post *ἐπὶ μήκιςον χρόν*ON pro *χρόν*OT. *Μήκιςον* pro *μακρότατον* frequens est apud Dionysium et Lucianum et alios, qui tamen *ἀττικίζειν* sibi videbantur.

Pag. 704. in concilio Latinorum Servius Tullius demonstrat *τὴν ὁμοφροσύνην ἰσχύος αἰτίαν εἶναι ταῖς ἀσθενέσι πόλεσιν, ταπεινότητος δὲ καὶ ἀσθενείας καὶ ταῖς πάνυ ἰσχυραῖς τὴν ἀλληλοφθονίαν.* Obiter eximendum Lexicis vocabulum *ἀλληλοφθονία.* Legendum *ἀλληλοφθο*P*ίαν*, ut in Platonis *Protagora* pag. 321. *a. ἀλληλοφθοριῶν διαφυγὰς ἐπήρκεσεν.* Recte legebatur pag. 1005. *ταῦτα δ' εἶναι τὰ ποιοῦντα διχοςασίας ἐν ταῖς πόλεσι καὶ ἀλλη-*

λοφθορίας ἀπαύστους, ubi Editor infeliciter admodum ἀλληλοφθονίας reposuit.

Ἀλληλοφθονία vitiose dictum et vitiose cogitatum est: οὐ γὰρ φθονοῦμεν ἀλλήλοις, ἀλλ' ὁ μὲν φθονεῖ, ὁ δὲ φθονεῖται.

Lepidus est Dionysius in sqq. ubi inducit Servium Tullium ita dicentem: χρὴ Λατίνους τῶν προσοίκων ἄρχειν — Ἕλληνας ὄντας βαρβάρων. non minore ferocia quam qua Euripides ad Athenienses dixit:

Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς ἀλλ' οὐ βαρβάρους.

Pag. 706. διέμεινεν ἡ στήλη — γραμμάτων ἔχουσα χαρακτῆρας [Ἑλληνικῶν] οἷς τὸ παλαιὸν ἡ Ἑλλὰς ἐχρᾶτο. Editor: „Ἑλληνικῶν *interpolatorem sapit*", et stultum quidem qui non senserit id ipsum inesse in verbis: οἷς τὸ παλαιὸν ἡ Ἑλλὰς ἐχρᾶτο (leg. ἐχρῆτο).

Post pauca editur: πολιτικαὶ μὲν δὴ πράξεις τοῦ βασιλέως τούτου — τοιαῦται μνημονεύονται. Accipimus laeti ab Urbinate αὗται pro τοιαῦται. Etiam contra libros omnes αὗται emendandum fuisset.

Pag. 707. ἤρξαντο δὲ τῆς ἀποστάσεως οἱ καλούμενοι Οὐιεντανοί. — ἀρξάντων δὲ τούτων Καιρητανοὶ ἠκολούθησαν. Clare demonstrat ἀρξάντων praecessisse ἦρξαν non ἤρξαντο. *primi omnium defecerunt.*

Pag. 709. τρεῖς πόλεις αἳ — τὰς ἄλλας Ἐπηγάγοντο κατὰ Ῥωμαίων ἐξενεγκεῖν τὸν πόλεμον. Vera lectio est in deterioribus libris Ὑπηγάγοντο *impulerunt*, idem quod ἐπῆραν, quae notio in ἐπάγεσθαι non inest.

Pag. 710. ταύτας τὰς κόρας ἐν ἀκμῇ γάμου γενομένας ἐκδίδοται τοῖς ἀδελφιδοῖς τῆς μητρὸς αὐτῶν. Pro ἐν ἀκμῇ γάμου in B legitur ἐπάκμους, in A. ἐπιγάμους, quod verum est. Ἐκδίδοται nemo Veterum in ea re dicebat, sed ἐκδίδωσιν, ut apud Comicum de Cratete (Diog. Laërt. VI. § 93)

καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκ' ἐκεῖνος, ὡς ἔφη
αὐτός, ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας.

Ἐπίγαμος et aliis locis apud Dionysium legitur et lepidissime apud Menandrum:

θυγάτηρ ἐπίγαμος κἂν ὅλως οὐδὲν λαλῇ,
διὰ τοῦ σιωπᾶν πλεῖςα περὶ αὑτῆς λέγει.

Frequentissimi erroris novum exemplum est pag. 710. *ἐναντίᾳ συναφθεὶς Τύχῃ κατὰ τὴν οὐχ ὁμοτροπίαν*, imo vero *Ψυχῇ*.

Pag. 712. *ἀπαλλαγῆναι ζητεῖν* 'ΑΠΟ *τοῦ συνοικοῦντος*. non recte praepositionem addidit, namque *ἀπαλλαγῆναι ἀπό τινος* est *discedere ab aliquo*, ut in *Pluto* 66.

ὦ τᾶν, ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ.

Tullia autem non *a viro discedere* volebat, sed quod ipsa ad Tarquinium dicit pag. 716. *τί οὖν σὺ — σὺ μὲν ἀπαλλάττεις τοῦ βίου τὴν σαυτοῦ γυναῖκα, ἐγὼ δὲ τὸ αὐτὸ διαθήσω τὸν ἐμὸν ἄνδρα;*

Pag. 713. *μέχρι τίνος — τῆς βασιλείας ἀποςερούμενος ἀνέχεσθαι διανοῇ;* Legendum *ἀποςερόμενος*, quod in *praesentis* forma *perfecti* notionem continet, ut *ἥκω* et *οἴχομαι*. *Στέρομαι* pro *ἀπεςέρημαι* reponendum pag. 731. *πότερον ὅτι πολλοὺς ἴσασιν — ἀκρίτους ἀπολωλότας ἢ τῆς πατρίδας ςερ*OΥ*μένους* (leg. *ςερ*O*μένους*) *ἢ τὰς οὐσίας ἀπολωλεκότας ἢ ἄλλῃ τινὶ συμφορᾷ κεχρημένους*; quater enim *perfecto* usus erat. Emendate pag. 1571. scribitur: *ἢ τὴν ἐλευθερίαν ἀπολωλεκότα ἢ χρημάτων ςερόμενον*, sed vitioso accentu pag. 1564. *τῶν φιλτάτων ςερέσθαι σωμάτων*, pro *ςέρεσθαι*.

Pag. 714. *ἀλλὰ σοί γε καὶ ῥώμη πάρεςιν* [*ἱκανὴ*] *οἷα τοῖς κράτιςα πεφυκόσιν* adversis frontibus haec inter sese concurrunt. Expunge igitur *ἱκανή*, quod optime in B. omissum est.

Pag. 714. [*τὰ*] *κράτιςα δὲ ἄνθρωποι πεφύκασι φρονεῖν οἱ περὶ ταύτην γενόμενοι τὴν ἡλικίαν*. Dele *τά* ab Editore additum. *Κράτιςα* (aut *ἄριςα*) *φρονεῖν* est *φρονιμώτατον εἶναι*, *τὰ κράτιςα φρονεῖν* est *optime* de rep. *sentire*, ut pag. 970. *μηκέτι τὰ κράτιςα τῷ κοινῷ φρον*TIZ*ειν*, ubi *φρονεῖν* ex bonis libris est restitutum.

Pag. 718. οὕτως ὀλίγον ἐςὶν ἐν ταῖς ἱςορίαις αὐτοῦ (Fabii Pictoris) τὸ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς ἀληθείας ταλαίπωρον. In A est ἀταλαίπωρον. Alias res agebant qui ἀταλαίπωρον defendebant ex Thucydide I. 20. οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας, iure a Kiesslingio notati. Eodem modo Aristophanes dixit:

οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διάκειται.

Expressit Dionysius dictum Thucydidis ita ut pro ἀταλαίπωρος substitueret ὀλίγον τὸ ταλαίπωρον.

Post pauca editur ὁ Ταρκύνιος ἐπάγεται γυναῖκα τὴν Τυλλίαν. Libri ἀπάγεται. Utrumque perinde vitiosum est. Leg. Ἄγεται.

Pag. 718. ἑταιρίας τε συναΓΑγόντες — παρακαλοῦντες — ἐξωνούμενοι — πράττοντες. Recte Chisianus συνάγοντες, ut ratio docet et vicina confirmant.

Idem vitium eximendum pag. 719. ἑταιρίας ἐπ' ἐμὲ συναγαγὼν — καταφανὴς γέγονέ μοι. Δῆλος, φανερός, καταφανής ἐςι vel γέγονεν *praesentis* temporis vel *perfecti* participium postulant et συνάγων corrigendum. De *praesentibus* enim insidiis Rex queritur.

Pag. 719. εἴ τι πείσεται. Commemorat Editor Sylburgii coniecturam ἤν τι πείσηται non facturus si cogitasset πείσηται esse meram barbariem.

Quod saepe notavimus in sententia longiore fulcra quaedam a magistellis inutilia supponi, id factum esse videbis pag. 722. ubi deteriores libri ἔδει habent additum recte in Urbinate omissum.

Pag. 723. in libris est κατάβαλε δὲ τὴν εἰρωνείαν — καὶ παῦσαί ποτε ἤδη πονηρὸς ὤν. Non est suo loco positum ἤδη. Lege: κατάβαλε ἬΔΗ τὴν εἰρωνείαν — καὶ παῦσαί ποτε πονηρὸς ὤν. *Depone* iam *istam simulationem et desine* aliquando *improbus esse.*

Pag. 724. ἅπαντα μὲν, ὡς ἔοικεν, ἄνθρωπον ὄντα δεῖ προσδοκᾶν. Sumtum ex *Anabasi* VII. 6. 9.

Pag. 724. *τὴν ἐπιτροπίαν ἔλαβον*. AB. *ἐπιτροπείαν*, quod verum est. Ex *ἐπίτροπος ἐπιτροπεύω* nascitur et inde *ἐπιτροπεία*, ut ex *δοῦλος δουλεύω δουλεία*, *μοιχός*, *μοιχεύω*, *μοιχεία* similibusque sexcentis.

Pag. 727. *ὥςε καὶ αὐτὸς ἔχειν ἀναφαίρετον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐγγόνοις* [*αὐτοῦ*] *καταλιπεῖν*. Expunge *αὐτοῦ*. Iudaei et Christiani sic Graece loquebantur. Graecis satis erat articulum ponere, ut in *φιλεῖ τὸν πατέρα*, *τὸν δεσπότην*, *suum* patrem, *suum* herum diligit.

Pag. 730. *ἐπεὶ σὺ τοῦτο πέφευγας*, *ἐγὼ* ΠΕΡΙ *σοῦ ποιήσω*. Sensu vacuum est *περί*. Emenda ʽΥΠΕΡ *σοῦ*. Demosthenes pag. 242. 29. *ἐρώτησον αὐτούς*. *μᾶλλον δ' ἐγὼ τοῦθ' ὑπὲρ σοῦ ποιήσω*.

Pag. 730. *ἐν ἴσῳ γάρ ἐςι* ΤΑ *τε πολλὰ δίκαια πρὸς τοὺς ἀγνώμονας ἀντιδίκους λέγειν καὶ* ΤΑ *ὀλίγα*. Vitiose bis abundat *τά*. Recte dicitur *πολλά*, *ὀλίγα λέγειν*, *δίκαια*, *δικαιότερα λέγειν* et sim. Emendandum est *ἐν ἴσῳ γάρ ἐςι* ΤΟ *τε πολλὰ* — *λέγειν καὶ* ΤΟ *ὀλίγα*. ut apud Tragicum:

χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὸ καίρια.

Pag. 731. Reiske edidit *δίκαι*ΟΝ *μέντ' ἂν* ΕΙΤΙ *μοι τοιοῦτον ἡμάρτηται τῆς ἀρχῆς* — *ςερηθῆναι*. In Urbinate est *δικαίω*: noto errore pro *δίκαιος*. Optime coniecit Reiske: *δίκαιος μέντἂν* (ΕΙΗΝ) ΕΙΤΙ — *ςερηθῆναι*. Sequens ΕΙΤΙ absorbsit verbum antecedens ΕΙΗΝ.

Pag. 736. *τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα* ʼΑΝΑ*λαβὼν καὶ τἄλλα παράσημα τῆς ἀρχῆς*. Legendum *λαβών* sine praepositione ut in tali re usitatum est dicere. pag. 884. *φαιὰν ἐσθῆτα λαβών* et passim.

Pag. 737—738. *ἀναπηδᾷ ἀπὸ τοῦ θρόνου*, dicendi usus et res ipsa *ἐκ τοῦ θρόνου* postulant. Vidimus supra haec inter se confundi solere.

Pag. 738. *συναρπάσας τὸν γέροντα — ἔφερε. γενόμενος δ' ἔξω τοῦ βουλευτηρίου μετέωρον ἐξαρΠΑΣας αὐτὸν — ῥιπτεῖ κατὰ τῶν κρηπίδων.* Nulla idonea sententia ex participio *ἐξαρπάσας* extundi potest. Expunctis tribus literulis scribendum *μετέωρον ἐξάρας*. *Sublimem rapere* Veteres dicebant *αἴρειν μετέωρον*, sequiores etiam *ἐξαίρειν*.

Pag. 739. *ἐκποδῶν ποίησον.* Apud Veteres verbi *ποιεῖν* et *ποιεῖσθαι* usus certis finibus circumscriptus est neque haec umquam inter se confunduntur. Nemo Veterum dixit umquam *ἐκποδῶν ποιεῖν*, sed constanter *ποιεῖσθαι*. Apud Dionysium autem non raro ita peccatur ut *ποιεῖν* substituatur pro *ποιεῖσθαι*, veluti pag. 762. *ἐψηφίσαντο ποιεῖν τὴν συμμαχίαν.* emendant *ποιεῖσθαι*, sed imprudentes ipsum Dionysium corrigunt.

Pag. 741. *δεκασμοῖς τε [καὶ δωροδοκίαις] καὶ ἄλλαις πολλαῖς κολακείαις ἐκθεραπεύσαντα τοὺς ἀπόρους.* Putidum emblema vides. Quod antiquis et antiquorum imitatoribus appellatur *δεκάζειν* et *δεκασμός*, id sequiores Graeculi *δωροδοκεῖν τινα* et *δωροδοκία* vocabant antiqui sermonis plane ignari et ne sentientes quidem *δωροδοκεῖν* esse *δῶρα δέχεσθαι*. Habemus igitur et Dionysii manum *δεκασμοῖς* et indocti Graeculi glossema *δωροδοκίαις*, quod ut fit addita copula insinuavit se in textum.

Peius etiam eadem de causa corruptus est Dionysii locus pag. 776. ubi in libris est *χρήμασιν ὑπ' αὐτοῦ δωροδοκηθέντες*, sed nunc quoque Urbinas solus servavit Dionysii manum: *ὑπ' αὐτοῦ δεκασθέντες.* Manifestum est verbo antiquato superscriptam fuisse interpretationem, quae deinde uti fit veterem et veram lectionem expulit. Nunc quidem interpolatorem manifestum tenemus.

Pag. 743. *πολλὰ μὲν τὸν ἑαυτῆς — δαίμονα κατοδυρΟμένη, μυρίας δὲ κατάρας — καταρασαμένη κρύπτει γῇ τὸ σῶμα.* Scribendum *κατοδυρΑμένη* in aoristo ut *καταρασαμένη*.

Pag. 748. *τοῖς μὲν κατηγόροις μικράν τινα μοῖραν ἀπέΘΥεν, αὐτὸς δὲ τὰ πλείω κατεῖχεν.* Quod est in Urbinate *ἀπέθυεν*

manifesto mendosum. Caeteri *ἀπένειμεν*, unde Sylburgius *ἀπένεμεν* reponebat; recte ut opinor.

Pag. 751. *συγκαθιέντες εἰς ὁμιλίαν τοῖς πέλας*, commemorari non debuerat levis Sylburgii suspicio „*συγκαθιέντες σφᾶς vel συγκατιόντες.*" Sanissima est enim lectio librorum, et *συγκαθιέναι* (ut *συγκαταβαίνειν*) eo sensu omnibus tritum, ut ostendit Hemsterhusius in perdocta annotatione ad Thomam Magistrum pag. 815.

Pag. 757. *παρῄνει ἕως οὔπω τὸν χαλινὸν εἰλήφασι* [*τῆς δουλείας*] *περὶ τοῦ μὴ λαβεῖν αὐτὸν διαμάχεσθαι.* Sciolus de suo addidit *τῆς δουλείας*. *Τὸν χαλινὸν λαβεῖν*, *εἰληφέναι*, *ἔχειν* dicuntur illi qui amissa libertate *alterius imperio parere coacti sunt*, ut equus in nota fabula. Praeterea *ὁ χαλινὸς τῆς δουλείας* inepte et non Graeco more dictum est. Comparandus est locus pag. 708. *τελευτῶν ἠνάγκασα τοὺς οὐκ ἀξιοῦντας ἄρχεσθαι τὸν χαλινὸν ἑκόντας λαβεῖν*, ubi Dionysius paullo negligentius scribens non cogitavit quam perverse *ἠνάγκασα ἑκόντας* componantur.

Pag. 758. *γνώμην ἀπεδείκνυτο μὴ τὰ κατηγορηθέντα λύειν ἀλλ' αὐτὸν τὸν κατηγορήσαντα ἀναιρεῖν.* Expuncto pronomine scribendum *ἀλλὰ τὸν κατηγορήσαντα ἀναιρεῖν.* Additum *αὐτόν* oppositionis vim minuit et frangit.

Pag. 760. *εἰ μὲν ᾔδει με τοιοῦτον ὄντα οἷον νῦν αἰτιᾶται.* Demosthenes pag. 228. 16.

Pag. 760. *οἱ κορυφαιότατοι τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν.* Communis Graeculorum error a Luciano in *Soloecista* derisus pro *οἱ κορυφαῖοι.* Lepide Eupolis de Pericle:

ὅ τιπερ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες.

Pag. 769. *οὐδὲν ἔτι ἀπεδείξαντο γενναῖον ἔργον, ἀλλὰ — παρεΔΙδοσαν ἑαυτούς.* Legendum *παρέδοσαν.*

Romanis Gabios obsidentibus dicuntur pag. 771. multae pugnae esse commissae *ἐν αἷς πολλάκις μὲν οἱ Γάβιοι τοὺς*

'Ρωμαίους τρεψάμενοι (μέχρι τῶν τειχῶν) καὶ πολλοὺς καταβαλόντες ἀδεῶς τὴν χώραν ἐπόρθουν, πολλάκις δὲ οἱ 'Ρωμαῖοι τοὺς Γαβίους ὠσάμενοι καὶ κατακλείσαντες εἰς τὴν πόλιν κτέ. Loco mota sunt verba μέχρι τῶν τειχῶν, quae non possunt de muris urbis Romae intelligi centum stadiorum intervallo remotae. Inserenda sunt post τοὺς Γαβίους.

Pag. 774. τὰς ἰδίας ἔχθρας ἐλπίσαντες — διαλύσΑσθαι, imo vero διαλύσΕσθαι; saepe a Stephano, Reiskio, aliis correctus error tamen hic illic pertinaciter adhaesit.

Pag. 777. καταπεφευγὼς εἰς τὴν ἐκείνων πίστιν non Graeco more sed Latino dictum est. Deinde in verbis: τήν τε ἀρχὴν ἕτοιμος ἦν ἀποθέσθαι καὶ πρὶν ἢ παθεῖν τι δεινὸν ἀπαίρειν ἐκ τῆς πόλεως [ἐβούλετο], ultimum vocabulum spurium est.

Pag. 778. ἐπιστολὰς σεσημειωμένας τῇ τοῦ πατρὸς σφραγῖδι λαβόντας. Non erant hae epistolae patris sigillo *notatae* σεσημειωμέναι, sed *obsignatae* σεσημΑΣμέναι.

Pag. 779. ἐὰν δὲ ἀδύνατος ᾖ τοῦτο [ποιεῖν] τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντα πέμψαι. De suo Editor ποιεῖν addidit. Satius est corrigere: ἐὰν δὲ ἀδύνατΟΝ ᾖ τοῦτο.

Pag. 781. 7. βασιλικὸν ἐκ τυραννικοῦ τρόπΟΥ μεταλαβών. Est haec optimi Codicis pessima lectio. Sana est vulgata τρόπΟΝ et vel contra libros omnes sic erat emendandum.

Pag. 782. ἀσπὶς ξυλίνη — γράμμασιν ἀρχαϊκοῖς 'ΕΠΙγεγραμμένη τὰς γενομένας αὐτοῖς ὁμολογίας. Verum est 'ΕΓγεγραμμένη, id est ἐγγεγραμμένας ἔχουσα τὰς ὁμολογίας.

Pag. 785. 'Ρωμαίων πρέσβεις τῷ μάντει βουλόμενοι ΣΥΝτυχεῖν. Vera lectio est 'ΕΝτυχεῖν. Significat enim συντυχεῖν *casu alicui obviam fieri*, ἐντυχεῖν τινί *aliquem convenire*. Notum est ἐν et σύν confundi, quia in Codd. quibusdam simillimo ductu scribuntur. Saepe idem vitium apud Dionysium corrigendum superest, ut statim in vicinia: πατὴρ ἐμός ἐστιν ᾧ χρήζετε ΣΥΝτυχεῖν.

Pag. 785. *λέγοντες καὶ ἀποκρινΑμενοι*. Recte Chisianus *ἀποκρινΟμενοι*.

Pag. 786. *πεύσεται παρ' ὑμῶν ἐπὶ ποίῳ τῶν μερῶν τούτων εὑρέθῃ ἡ κεφαλή*. Urbinas a prima manu *ἐποίωι*. Legendum *'ЄN ποίῳ*.

Pag. 787. *ἐπειδὴ σχολὴν ὁ πρέσβυς ἔσχεν*. Homericum est *ὁ πρέσβυς*. Dionysio et caeteris omnibus *ὁ πρεσβύτης* mos est dicere. Scribebatur *πρεσβῦ*, unde saepius *πρεσβύτης* et *πρεσβύτερος* confusa sunt.

Pag. 789. *τῇ πολυτελείᾳ τῆς ὕλης μόνον διαλλάττων τὸν ἀρχαῖον*. Legendum *τοῦ ἀρχαίου*. Perinde enim dicitur *διαλλάττειν τινός* et *διαφέρειν τινός*. pag. 1229. *σιγὴ τοσαύτη κατέλαβε τὴν ἐκκλησίαν ὥϛε μηδὲν διαλλάξαι τὸν τόπον ἐρημίας*.

Pag. 789. *τριπλῷ περιλαμβανόμενος ϛίχῳ κιόνων* perpetuo fere scribarum errore pro *ϛοίχῳ* positum. Sine vitio legitur pag. 163. *ἔϛι δὲ — περὶ αὐτὸ δένδρα ϛοιχηδὸν πεφυκότα*.

Pag. 790. *ὅπερ οὐ πρὸς ὀλίγον καιρὸν ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον πολλάκις αὐτὴν ἔσωσεν ἐκ μεγάλων κακῶν*. Deest aliquid in media sententia, veluti *οὐ πρὸς ὀλίγον καιρὸν ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον (ὠφέλιμον ἐγένετο καὶ) πολλάκις κτέ*.

Pag. 790. *γελασθεῖσα ἐπὶ τῷ τὴν αὐτὴν τιμὴν αἰτεῖν* ΠЄΡΙ *τῶν ἐλαττόνων ἣν οὐδὲ* ΠЄΡΙ *τῶν πλειόνων ἐδυνήθη λαβεῖν*, bis rescribe *ὑπέρ* pro *περί*.

Pag. 797. *ταύτην τὴν γυναῖκα — ἐπεχείρησεν ὁ Σέξτος διαφθεῖραι παλαίτερον μὲν ἐπειγόμενος ὁπότε κατάγοιτο παρὰ τῷ συγγενεῖ, τότε δὲ καιρὸν ἁρμόττοντα οἰόμενος ἔχειν*. Aperte mendosum est *ἐπειγόμενος*, in quo latere suspicor *ἜΤΙ 'ΟΡЄγόμενος*. *Παλαίτερον ἔτι* saepissime apud Dionysium legitur pro *καὶ πρότερον*, et *ὀρέγεσθαι*, *ὀριγνᾶσθαι* in huiuscemodi cupiditate propriam sedem habet.

Pag. 798. *αἱρέσεις αὐτῇ δύο προὔτεινεν ὧν Ποτέραν αὐτὴ προῃρεῖτο λαβεῖν ἠξίου.* Necessario scribendum *'Οποτέραν.* Herodotus I. 11. *νῦν τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων δίδωμι αἵρεσιν ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι.*

Pag. 802. *ὡς μυριάκις αὐτοῖς κρεῖττον εἴη τεθνάναι* ΠΕΡΙ *τῆς ἐλευθερίας*, non *de libertate mori* dixerat sed *pro libertate* 'ΥΠΕΡ *τῆς ἐλευθερίας.*

Pag. 804. *τοῦτο δ' αὐτὸν ἐρρύσατο μηδὲν δεινὸν ὑπὸ τοῦ τυράννου παθεῖν.* Habent haec colorem Ionicum. Herodotus VII. 11. *τοῦτό σε ῥύσεται μηδένα ἄξιον μισθὸν λαβεῖν ἐπέων ματαίων.* Simili modo dixit pag. 823. *τοῦτό με τὸ πλάσμα — μὴ ταὐτὰ παθεῖν ἐκείνοις ἐρρύσατο.*

Pag. 806. Tarquinii consulunt oraculum Delphicum *τίνι πέπρωται τὴν 'Ρωμαίων ἀρχὴν παραλαβεῖν, ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς ἀνεῖλε τῷ πρώτῳ τὴν μητέρα φιλήσΟντι.* Res ipsa clamat *φιλήσΑντι* verum esse, quod est in Chisiano.

Deinde recipe ex AB *προσκύψας* ΚΑΤ*εφίλησε τὴν γῆν* pro *ἐφίλησε*, ut pag. 807. *περιλαβὼν τὴν νεκρὰν κατεφίλει*, et passim *καταφιλεῖν* de osculis usurpatur. Livius I. 57. *imperium summum Romae habebit qui vestrum primus osculum matri tulerit*, id est *τὴν μεγίστην ἀρχὴν ἕξει ὁ πρῶτος ὑμῶν τὴν μητέρα φιλήσ*ΑΣ.

Pag. 808. *ἐν οἷς αὐτὴν κλαύσ*ΕΤΕ. Vitiosa Graeculorum *συνήθεια* etiam in his titubat. Pro *κλαύσομαι κλαύσω*, pro *ἀκούσομαι ἀκούσω* dicebant, ut pag. 980. *ἀκούσοντας.*

Deinde scribe: *"Ο*Π*ως* (*quo pacto*) *τιμωρήσομεν αὐτῇ σκοπῶμεν*, pro *ὡς.*

Pag. 812. *ἀποδέδοταί μοι κατὰ νόμους ἐκκλησίαν* "ΟΤΕ *βουλοίμην συγκαλεῖν.* Legendum *ὁπότε quoties.*

Pag. 813. *σκοπώμεθα τίς ἡ τὴν πόλιν ἐπιτροπεύουσα ἀρχὴ γενήσεται.* Necessarium *ἐπιτροπεύ*Σ*ουσα* A obtulit sed nemo accepit. Cf. pag. 819. *μεσοβασιλέα ἑλοῦμαι τὸν ἀποδείξ*ΟΝΤΑ *τοὺς παραληψομένους τὰ κοινά.*

Pag. 813. *ἐλέχθησαν πολλοὶ [καὶ] παρὰ πολλῶν λόγοι.* Dele copulam quam in tali re nemo addebat; *multi multa verba fecerunt.*

Pag. 824. *ἁπάσας διεξῆλθον ἂν τὰς τοῦ τυράννου παρανομίας, ἐφ' αἷς οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ πολλάκις [εἴη ἅπασι] δίκαιος ἀπολωλέναι.* Urbinas *εἴη* omittit rectissime, sed eadem opera molestum *ἅπασιν* erat inducendum. Frequenter apud Oratores Atticos legitur: *ἐφ' οἷς οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ πολλάκις δίκαιος ἀπολωλέναι.*

Pag. 825. *τὰ μέγιςα καὶ φανερώτατα τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ ἀπολογίας οὐδεμιᾶς δυνάμενα τυχεῖν ταῦθ' ὑμᾶς ἀναμνήσω.* Urbinas *καὶ* ΟΤΔ' *ἀπολογίας οὐδεμιᾶς*, quod verum est et recipiendum, ut pag. 976. *ὥςε μηδὲ ἀπολογίαν αὐτοῖς καταλείπεσθαι οὐδεμίαν.*

Pag. 827. *πρὶν ἢ πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα — ποιῆσαι.* Aeschines *in Ctesiph.* pag. 64. 38.

Pag. 827. *οὓς διαδέξεσθαι μετὰ τὴν τελευτὴν ἔμελλεν.* Libri *διαδέξΑσθαι*, quod nunc quidem Reiskius non tulit, qui multis aliis locis idem mendum perinde certum et evidens intactum reliquit, in qua re Editor eum sequi solet, ut pag. 744. *ἐλπίσαντες διαλύσΑσθαι.*

Pag. 828. *ἀφανισμοὺς τῶν τε νομίμων καὶ τῶν ἐθῶν.* Urbinas *τῶν γενομένων*, in quo latet *τῶν ΤΕ νόμΩΝ*. Saepius in libris Demosthenis vidi *γενόμενος* pro *γε νόμος*. Uncinus in participiis literae *μ* adhaerens et *εν* significans scribas fefellit.

Pag. 831. *ὀψὲ ἀρξάμενος πονηρὸς εἶναι πᾶσαν (ἀκριβῶς διεξήλασε) τὴν τυραννικὴν κακίαν.* Urbinas *πᾶσαν ἀκριβοῖ τὴν τυραννικὴν κακίαν.* Praeter fidem Codicis ipsum per se spectatum *ἀκριβοῖ* multo melius et acrius est. In margine scripta interpretatio verbi rarioris veram lectionem expulit.

Inserendum est *μέν* pag. 835. in verbis: *αἰσχρόν τε Οὐολούσκων (μὲν) — ἄρχειν ἀξιοῦν, αὐτοὺς δὲ δουλεύοντας ἑτέροις ὑπομένειν.*

Pag. 836. εἰ ψηΦίCΕσθε τῇ πατρίδι βοηθεῖν. Barbarum est ψηΦίσεσθε pro ψηΦιεῖσθε, quamquam haec vitiosa forma saepe etiam in optimis libris reperitur.

Pag. 836. καὶ τούτους ἀνάγκαις Ζεύξομεν ὥς' ἐκ πονηρῶν γενέσθαι χρηςούς. Verum vidit Reiske ἐνζεύξομεν reponens. Aeschylus *Prometh.* 108.

θνητοῖς γὰρ γέρα
πορὼν ἀνάγκαις ταῖσδ' ἐνέζευγμαι τάλας.

Pag. 838. ἅπαντες — ἀνέκραγον ἄγειν σΦᾶς ἐπὶ τὰ ὅπλα. καὶ ὁ Βροῦτος ἡσθείς· Ἐάν γε πρότερον, ἔΦη, τὰ δόξαντα τῷ συνεδρίῳ μαθόντες ἐπικυρώσητε [τὸ δοχθέν]. Duo optimi τὸ δοχθὲν exhibent, deteriores τὸ ταχθέν, sed utrumque ex interpolatione natum et delendum est. Ne Graeca quidem forma est ἐδόχθη et τὸ δοχθέν. Δοκεῖν habet δόξει, ἔδοξε, sed in *perfecto* δέδοκται, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. Poëtis semel et iterum placuit δεδόκηκε dicere, sed ἐδόχθη pro ἔδοξε nemo umquam Graecorum dixit.

In hoc ipso loco postquam dixerat τὰ δόξαντα τῷ συνεδρίῳ continuo addidit: δ έ δ ο κ τ α ι γὰρ ἡμῖν Φεύγειν Ταρκύνιον.

Pag. 839. πᾶσαι [τὴν] Φυγὴν τῶν τυράννων αἱ Φρᾶτραι κατεψηΦίσαντο. Soloecum est τήν additum. Res ipsa docet cur θάνατον, Φυγήν τινος καταγιγνώσκειν, καταψηΦίζεσθαι dicatur, non τὸν θάνατον neque τὴν Φυγήν. cf. pag. 844. Φυγὴν Ταρκυνίοις ἐπιβαλόντες ἀΐδιον.

Pag. 839. ἡμῖν σκοπουμένοις τίς ἀρχὴ γενήσεται τῶν κοινῶν κυρία, βασιλείαν μὲν οὐκέτι καταςήσασθαι ΔΟΚΕΙ, imo vero ἐ δ ό κ ε ι (ὅτε περὶ τούτου ἐσκοπούμεθα).

Pag. 842. ἐπειδὴ πᾶσιν ἐ Φ ά ν η κύρια ἡγεῖσθαι τὰ κριθέντα ὑπὸ τῆς πόλεως, vitiose, ut solet, ἐΦάνη posuit pro ἔδοξεν. Suspicor eum talia apud Fabium Pictorem, quem presse sequitur, inventa imprudentem retinuisse.

AD LIBRUM QUINTUM.

Pag. 845. *ἐπειδὴ δὲ [καὶ] πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγαθῶν αἴτιοι γενόμενοι τοῖς κοινοῖς πράγμασιν ἔδοξαν οἱ βασιλεῖς.* Errore manifesto *γενόμενοι* scriptum est pro *γεγονέναι*. Praeterea expunge *καί*. Omnibus est enim consuetum dicere *πολλὰ κἀγαθά*, *πολλὰ καὶ καλά* et sim. sed nemo his alterum *καί* praeponit.

Pag. 846. *ἐκ περιτροπῆς ἕνα μῆνα κατέχοντος αὐτοὺς ἑκατέρου [παραλλάξ]*. Rectissime Schnelle *παραλλάξ* delevit. Adscriptum erat in margine ad explicandum quid esset *ἐκ περιτροπῆς*, unde factum est ut in tam incommodam sedem irrepserit.

Pag. 847. *ἐκκλησίΑΝ τε αὐτοῖς ἀπέδοσαν — καὶ ψῆφον ἐπιφέρειν καὶ τἄλλα πράττειν.* Recipi debuerat Reiskii certa emendatio *ἐκκλησιάΖΕΙΝ* pro *ἐκκλησίαν*.

Pag. 849. *ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ΠΡΟαχθείς.* *Producere* ad populum Graece dicitur *παράγειν*, quamobrem ΠΑΡ*αχθείς* emendandum. Multis aliis locis, quos nihil attinet enumerare, idem mendum eadem ratione corrigendum. Demosthenes *de Corona* pag. 285. 2. *εἰσῆλθεν ἡ βουλὴ καὶ ἀπήγγειλαν οἱ πρυτάνεις τὰ προσηγγελμένα ἑαυτοῖς καὶ τὸν ἥκοντα παρήγαγον κἀκεῖνος εἶπεν.*

Pag. 850. *Ταρκύνιος ἀξιοῖ — ἐλθεῖν σὺν ὀλίγοις πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸ συνέδριον — ἔπειτα — καὶ ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν [ἐλθεῖν].* Importunum *ἐλθεῖν* resecandum esse vidit Kiessling. Sine mora expunctum oportuit.

Post pauca ex B. scribendum *ἐάν τις αὐτοῦ κατηγορῇ* pro *κατηγορήσῃ*, et *αὖθις* eodem auctore omittendum in verbis: *ἐὰν μὲν ἀποδῶσιν αὐτῷ τὴν βασιλείαν [αὖθις].*

Pag. 851. *μηδὲ ἀθανάτους ἔχειν τὰς ὀργὰς ἐν θνητοῖς σώμασιν.* Flosculum ex Euripide:

ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλασσε θνητὸς ὤν.

Pag. 854. *ἀναλαβοῦσαι ψῆφον αἱ φρᾶτραι (curiae) τριάκοντα οὖσαι τὸν ἀριθμὸν οὕτω μικρὰν ἐποιήσαντο τὴν ἐπὶ θάτερα ῥοπὴν*

ὥϛε MIAI ψήφῳ πλείους γενέσθαι τῶν κατέχειν τὰ χρήματα βουλομένων τὰς ἀποδιδόναι κελευούσας. Non est magnus numerandi artifex Dionysius, qui non cogitaverit in numero xxx curiarum fieri non potuisse ut altera pars UNO suffragio vinceret. Videbimus eum infra in historia Coriolani chorda eadem oberrantem.

Pag. 855. Ταρκυνίῳ μὲν ἐπέϛειλαν τοὺς ἀποληψομένους τὰ χρήματα πέμπειν, αὐτοὶ δὲ 'Ἐπέμειναν ἐν τῇ πόλει. Requiritur 'Υπέμειναν, *remanserunt*, quod solum eo sensu usitatum est, ubi alii dicuntur aliquo abiisse aut missi esse, alii ubi erant mansisse.

Pag. 855. τὰς ἐπιϛολὰς — ἀπεδίδΟΥΝ — καὶ παρ' ἐκείνων ἑτέρας — ἐλάμβανον. Legendum ἀπεδίδΟCAN. Sero nati Graeculi ἐδίδουν pro ἐδίδοσαν dicere coeperunt. Codex Urbinas nonnumquam solus formam veterem servavit. Edebatur pag. 987. τὰς αὐτὰς ἐ δ ί δ ο υ ν ἀποκρίσεις, recte Urbinas ἐδίδοσαν. Nunc idem cum caeteris in manifesto mendo conspirat.

Pag. 855. sq. ἐλπίδας τε χρηϛὰς ὑποτείνοντες αὐτοῖς καὶ [τὰ] χρήματα διδόντες. Mendum est manifestum.

Pag. 856. παρ' οἷς αἱ σύνοδοι ἐγίγνοντο — καὶ τὰ — βουλεύματα συνετίθΕΝτο. Leg. συνετίθετο.

Pag. 857. ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων — οὐχ ἥκιϛα δὲ [καὶ] ἐκ τῶν τότε γενομένων. Dele καί. Saepius supra idem mendum notavimus.

Pag. 857. ΤΟΙαύτη γὰρ ἄνοια — ἐκείνους κατέσχεν, imo vero ΤΟCαύτη. vid. *Mnemos.* 1876. pag. 446.

Pag. 857. ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ συμποσίου κελεύσαντες τοὺς διακόνους — διεΦΕΡοντο πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τῆς καταγωγῆς τῶν τυράννων. Mendosum est διεφέροντο, nulla enim erat inter coniuratos dissensio. Videtur fuisse διεΛΕΓοντο — ΠΕΡΙ τῆς καταγωγῆς. Nascuntur huiuscemodi vitia ex lacunis Codicis laceri et perrosi imperite expletis. Supererat ΔΙΕ***ΟΝΤΟ.

Sequitur: *ὑποπτεύσας τοὺς ἄνδρας βουλεύειν πονηρὰ τῇ μεταΝΑςάσει τῶν διακόνων.* Verum est *τῇ μετΑςάσει.* Si quis quem ex curia, e concilio, e triclinio iubet excedere ut *remotis arbitris* res agatur *μεταςήσασθαι* usitatum est et *μεταςῆναι κελεύειν*, non *μετανας῀ησαι*, quod significat *alio migrare* aliquem *cogere.* Herodotus I. 89. (*Cyrus*) *μεταςησάμενος τοὺς ἄλλους εἴρετο Κροῖσον.* VIII. 101. *ὡς δὲ ἀπίκετο ἡ Ἀρτεμισίη μεταςησάμενος τοὺς ἄλλους — ἔλεξε Ξέρξης τάδε.* Eodem modo loquuntur Thucydides (I. 79. V. 111.), Xenophon (*Anab.* II. 3. 8. *Hellen.* IV. 1. 5.), et omnes. Vitiose legebatur apud Aeschinem *in Ctesiph.* pag. 72. 2. *τοὺς δὲ ἐναγεῖς μετεςήσαν*ΤΟ, ΤΟΥC *δὲ δι' εὐσέβειαν φεύγοντας κατήγαγον.* Correximus in *Var. Lectt.* pag. 496. Exempla sequiorum attulit Dorvillius ad Charitonem pag. 482. Ergo h. l. *τῇ* ΜΕΤΑ*ςάσει* legendum est, quod est in Chisiano diserte scriptum.

Pag. 857. *ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ συμποσίου κελεύσαντες τοὺς διακόνους καὶ* ΠΡΟ *τῶν θυρῶν τοῦ ἀνδρῶνος ἀπελθεῖν*, imo vero 'ΑΠΟ *τῶν θυρῶν a foribus discedere.* Sic non semel apud Aristophanem legitur: *ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας.*

Pag. 858. *τούς τε λόγους παρ' αὐτῶν ἠκροάσατο.* Non sunt coniuncta *ἠκροάσατο παρ' αὐτῶν*, sed *τοὺς παρ' αὐτῶν λόγους*, ut dici solet. Ergo legendum: *τούς τε λόγους* (*τοὺς*) *παρ' αὐτῶν ἠκροάσατο.*

Pag. 859. *παρελθὼν εἴσω — ἀκώλυτος.* Recte Urbinas *ἀκωλύτως nullo prohibente*, quod erat recipiendum. Nempe *ἡ πάροδος* aut *ἡ ἔξοδος* dicitur *ἀκώλυτος*, sed qui intrat aut egreditur *παριέναι* vel *ἐξιέναι ἀκωλύτως* dici solet.

Pag. 859. *ἐφ' οἷς μέγις*Α *φρονοῦσιν.* Leg. *μέγις*ΟΝ. Veteres omnes ubique *μέγα* et *μέγιςον φρονεῖν* dicebant. Dicam de ea confusione, quae in libris frequentissima est, aliquid infra.

Pag. 860. *πεφύκασιν ἅπαντες ἀπὸ τῶν ἰδίων παθῶν τὰ περὶ τῶν ἄλλων λεγόμενα κρίνειν καὶ τὸ πιςὸν ἄπιςον ἐφ' ἑαυτοῖς ποιεῖν.* Sensu vacuum hoc est. Recte Stephanus *τὸ πιςὸν* ΚΑΙ

ἄπιϛον ἐφ' ἑαυτοῖς ποιεῖν, id est *utrum credibile sit an non sit suo arbitrio constituere*, prouti quisque id se ipsum aut facere posse aut non posse existimet. Celebratus est apud omnes locus Thucydidis II. 35. μέχρι γὰρ τοῦδε ἀνεκτοὶ οἱ ἔπαινοί εἰσι περὶ ἑτέρων λεγόμενοι ἐς ὅσον ἂν καὶ αὐτὸς ἕκαϛος οἴηται ἱκανὸς εἶναι δρᾶσαί τι ὧν ἤκουσεν· τῷ δὲ ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιϛοῦσιν. Hoc ipsum est τὸ πιϛὸν καὶ ἄπιϛον ἐφ' ἑαυτῷ ποιεῖν. Sallustius *Catil.* 3. *quae sibi quisque facilia factu putat aequo animo accipit: supra ea veluti ficta pro falsis ducit.*

Nulla est dubitatio quin Thucydidis locus Dionysio illa scribenti obversatus fuerit.

Pag. 860. τὰς ἐπιϛολὰς τῶν ἐν τῇ συνωμοσίᾳ διασκεπτόμενος, vitiose dixit pro διασκοπῶν vel διασκοπούμενος. Veteres dicebant σκοπεῖν vel σκοπεῖσθαι, sed σκέψομαι, ἐσκεψάμην, ἔσκεμμαι, ἄσκεπτος et σκεπτέον. Σκέπτομαι Homericum est, et formas σκοπήσω, ἐσκόπησα, σκοπητέον faex Graeculorum usurpabat.

Pag. 861. οὔτε γὰρ ἄλλοΘΙ ΠΟΤ συνεχώρησεν ἀπαχθέντας — ἀποθανεῖν. Corrigendum ἄλλοσέ ποι, in quibus verbis scribae perpetuo titubant.

Pag. 862. (*Brutus*) εὐκαρδίως ἤνεγκε τὴν συμφοράν. Tragicorum est εὐκάρδιος et εὐκαρδίως. Obversabantur Dionysio verba Polyxenae (*Hecub.* 544).

ἑκοῦσα θνήσκω· μή τις ἅψηται χροὸς
τοὐμοῦ, παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

Pag. 865. ἐβουλόμην μὲν ΔΗ, ὦ ἄνδρες πολῖται, Κολλατῖνον τουτονὶ τὸν [ἄνδρα] συνάρχοντα [ὄντα] περὶ ἁπάντων μοι τὰ αὐτὰ φρονεῖν. Urbinas recte omittit ἄνδρα et αὐτόν, sed non est satis. Dici potuit Κολλατῖνον τουτονί, aut τουτονὶ τὸν συνάρχοντα, non potuit utrumque coniungi. Equidem Κολλατῖνον expunxerim, quod tralaticio more est interpolatum.

Ὦ ἄνδρες πολῖται nemo Veterum umquam dixit: ὦ πολῖται usitatissimum est, nempe πολῖται significat συμπολῖται, ut Latine *o cives.*

Praeterea corrige *ἐβουλόμην μὲν* ˇAN pro ΔH, quae tralaticia in libris confusio est.

Pag. 866. *αὐτὸς κωλύειν αὐτὸν παρεσκεύασμαι πράττειν ἃ κατὰ νοῦν ἔχει.* ˙Apud bonos scriptores *κατὰ νοῦν* (et *κατὰ γνώμην*) semper significat *ex animi sententia*, et sic passim Dionysius dicit *κατὰ νοῦν χωρεῖν.* Interdum ut h. l. *κατὰ νοῦν ἔχειν* dixit pro *in animo habere*, quod Graece dicitur *ἐν νῷ ἔχειν.*

Pag. 867. *τίνος οὖν ταῦτα μηνύματα* ΠЄΙΘЄ*σθε*; Sententia est: *cuius rei igitur indicia haec esse* PUTATIS? Ergo ex Chisiano *ἡγεῖσθε* pro *πείθεσθε* reponendum.

Pag. 868. *τοὺς μὲν προδότας τῆς πατρίδος σώζεις, ἐμὲ δὲ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνιζόμενον ἀποκτείνεις.* Non memini me infeliciorem coniecturam vidisse quam Sintenisii a Kiesslingio commemoratam *ἀποκναίεις* pro *ἀποκτείνεις.* Sophocles in *Aiace* vs. 1126.

δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν κτείναντά με;
B. *κτείναντα; δεινόν γ' εἶπας εἰ καὶ ζῇς θανών.*
A. *θεὸς γὰρ ἐκσώζει με, τῷδε δ' οἴχομαι.*

Pag. 869. *ψῆφον ἀναδώσω καλέσας αὐτίκα μάλ*ICTA *τοὺς λόχους.* Inauditum dicendi genus. Dicebant omnes *αὐτίκα μάλα* et *αὐτίκα δὴ μάλα*, quorum illud Dionysio reddendum, qui saepe *αὐτίκα μάλα* dicere solet.

Post pauca: *εὖ δ' ἴσε* [*ὅτι*] *δυοῖν θάτερον ἢ Κολλατῖνον ἕξοντες ὕπατον ἢ Βροῦτον.* Expuncto *ὅτι* omnia habebunt optime.

Pag. 869. *ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ διαβολῶν ἀπολογούμενος.* Restituendum quod Dionysius solet *τῶν* ΚΑΘ' *ἑαυτοῦ.* Sic pag. 870. *ἀπολύεσθαι τὰς καθ' ἑαυτοῦ διαβολάς*, et alibi constanter.

Pag. 870. *ἀλλ' εἰ δοκεῖ τοῖς δοῦσιν αὐτὴν* (*τὴν ἀρχὴν*) *ἀπολαβεῖν ἑκόντα* ΚΑΤΑ*θέσθαι.* Dixerat 'ΑΠΟ*θέσθαι* sed praepositionum siglae has turbas dederunt. Recte pag. 872. *ἀποτίθεται τὴν ἀρχήν*, et sic ubique.

Post pauca scribe *μεταθέσθαι τε τὴν οἴκησιν ἑτέρωσ*Є ΠΟΙ pro *ἑτέρωθί γέ ποί ποτε.*

Pag. 872. πολλὰ κατολοφυρΟμενος ἑαυτὸν — ἀποτίθεται, τὴν ἀρχήν. Res ipsa docet κατολοφυρΑμενος olim scriptum fuisse.

Pag. 874. συνεπλήρωσαν ἐξ αὐτῶν τῆς βουλῆς τοὺς τριακοσίους. Libri omnes τὴν βουλήν, quod sanum et verum est. Imitatur Dionysius Atticos, qui τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους dicere solebant.

Pag. 882. φάσματα μορφὰς ἄλλοτε ἀλλοίας ἴσχοντα. Vitiose coniunguntur ἄλλοτε ἀλλοῖος. Graeci dicebant ἄλλοτε ἄ λ λ α ς, quod reponendum.

Pag. 884. ʼΟΤΕ τὰς τροπαιοφόρους πομπὰς — ἐπιτελοῖεν. Leg. ὁπότε.

Pag. 888. gentem Iuniam plebeiam esse demonstrans *aedilitatem* (inquit) *petebant et tribunatum plebis*, ὑπατείαν δ' οὐδείς, ἧς τοῖς πατρικίοις μετῆν. Desideratur vocabulum sententiae necessarium: ἧς (μόνοις) τοῖς πατρικίοις μετῆν.

Pag. 890. commemoratur lex Valeria de provocatione: ἐάν τις ἄρχων ʽΡωμαίΩΝ τινὰ ἀποκτείνειν ἢ μαστιγοῦν — θέλῃ. Scriptum fuisse olim arbitror: ʽΡωμαῖΟΝ τινα. *Ne quis* CIVEM ROMANUM *verberaret neve necaret.* Si enim ʽΡωμαίων τινά scripsisset addidisset articulum τῶν ʽΡωμαίων τινά.

Similiter in eodem argumento scribendum pag. 1014. μὴ τιμωρεῖσθαι ʽΡωμαῖΟΝ τινα πρὸ δίκης.

Pag. 891—892. τιμήσεις ἐγένοντο — ἐξ ὧν εὑρέθη τῶν ἐν ἥβῃ ʽΡωμαίων περὶ τρισκαίδεκα μυριάδας. Male composita haec sunt. Requiritur ἐξ ὧν εὑρέθηCΑΝ — περὶ τρισκαίδεκα μυριάδΕC. cf. pag. 1029. ἑπτακοσίοις πλείους εὑρέθησαν οἱ ἐν ἥβῃ ʽΡωμαῖοι πεντεκαίδεκα μυριάδων.

Pag. 892. Porsena Romam mittit legatos μεμιγμένας ἀπειλαῖς ʼΕΠΙκλήσεις κομίζοντας. ʼΕπικλήσεις sunt *Deorum invocationes* si qui Deorum fidem implorant. Verum repperit Sylburgius ΠΑΡΑκλήσεις, sed non est receptum.

Pag. 899. *διὰ τὰς συνεχεῖς πληγὰς* 'Ɛ*χώρουν ἐπὶ πόδα.* *Referre pedem* apud Dionysium et omnes constanter dicitur 'ANA*χωρεῖν ἐπὶ πόδα*. Itaque restituendum: 'AN*εχώρουν ἐπὶ πόδα.*

Pag. 907. *τὸν βασιλέα τῶν πολεμίων ἀποκτείνειν ὑμῖν ὑποδέχομαι*, perverse pro *ἀποκτενεῖν*, quod genus vitii, ut videtur, in libris nostris semper emendabitur et semper retinebitur.

Pag. 909. *ἀπόκρυψαι δὲ μηδὲν τῶν ἀληθῶν.* annotat Editor: „*ἀποκρύψῃ libri. correxit Stephanus.*" Alias res agebat Stephanus neque satis hoc egit Kiessling, qui pro sanissima librorum scriptura soloecismum invexerunt. Lysias pag. 93. 27. *ψεύσῃ δὲ μηδὲν ἀλλὰ πάντα τἀληθῆ λέγε.* et quis non ita Veterum et recentiorum?

Mucius Scaevola ad Porsenam ita dicit pag. 911. *πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ τὴν αὐτήν μοι τόλμαν ἕξουσιν — ὧν εἰ καί τις μὴ ἀμείνονι τύχῃ χρήσεται τῆς ἐμῆς.* Feliciter hinc eruit Sintenis: *ὧν εἷς γέ τις.* Si praeterea *μή* expunxisset omnis esset sublata difficultas: *quorum unus aliquis felicior erit quam ego fui.*

Pag. 913. *πῶς εὐπρεπεῖς γενήσονται πρὸς αὐτοὺς αἱ διαλλαγαί.* Urbinas *αἱ διαλλαγαὶ πρὸς αὐτούς.* Verus et Graecus ordo verborum est *αἱ πρὸς αὐτοὺς διαλλαγαί.*

Pag. 915. *ἵνα μένωσι 'Ρωμαῖοι Τυρρηνοῖς βεβαί*ΩC *φίλοι.* Libri *βέβαιοι*, quod cur mutetur nullam causam reperio. *Φίλος βέβαιος* et *ἐραστὴς βέβαιος* et sim. passim leguntur, ut in Apollodori *Hecyra:*

ὀλίγαις ἐραστὴς γέγον' ἑταίραισιν, Σύρα,
βέβαιος.

quod Terentius sic Latine vertit:

Per pol quam paucos reperias meretricibus
fideles evenire amatores, Syra.

Apollodori locus in Donati libris sic scriptus est:

ΑΛΠΑΙCHPASTHCREIIONHNϾTHRAICCIPΑΓΓΙΒΑΙΩC.

Emendavit Bentleius.

Pag. 917. *ςέργειν τὰ παρόντα ἠναγκάζοντο καὶ τὰ ΔΕδομένα δέχεσθαι*, imo vero *τὰ ΔΙδόμενα*, *quae offerebantur*.

Pag. 918. *δεηθεῖσαι γὰρ τῶν Φυλαττόντων ἵνα συγχωρήσωσιν αὐταῖς λούσασθαι*. Non est haec Graeca sed Latina compositio *δεῖσθαι ἵνα*, *petere ut*.

Eiusdem monetae est quod statim sequitur: *ἐπειδὴ τὸ συγχώρημα ἔλαβον*. Haec omnia Fabium Pictorem sapiunt.

Pag. 920. *οἱ δικαίως ὑπ' αὐτῶν ἐξελαCθεντες*. Turpe mendum non a Dionysii manu profectum pro *ἐξελΑΘέντες*.

Pag. 923. Senatus decrevit *Πορσίνᾳ μὲν πέμψαι [δῶρα] θρόνον ἐλεΦάντινον καὶ σκῆπτρον*. Solus Urbinas *δῶρα* addidit sed post *θρόνον*. Perspicuum est vocabulum plane inutile olim in margine adscriptum fuisse.

Pag. 924. *ταύτην* (*Cloeliae statuam*) *ἡμεῖς μὲν οὐκέτι κειμένην εὕρομεν, ἐλέγετο δὲ ἐμπρήσεως — γενομένης ἠΦανίσθαι*. Hinc Livius II. 13. *Romani* (Cloeliam) *statua equestri donavere. in summa sacra via* FUIT *posita virgo insidens equo*. Haec ipsa statua sine nomine posita fabellam peperit.

Pag. 930. *οὐ κατὰ λογισμὸν — ἀλλ' ὑπ' ὀργῆς τε καὶ Φιλονικίας ἐξαρθέντες συνάπτουσι μάχην*. Libri *ἐξαΦθέντες*, Editor *ἐξαρθέντες*, Buecheler *ἐξαχθέντες*. Ecquid ex his placet? Nihil sane. Suspicor molestum participium sciolo deberi. Optimum est enim *ὑπ' ὀργῆς τε καὶ Φιλονικίας συνάπτουσι μάχην*.

Pag. 936. *εἰς δίκην αὐτὸν 'Απῆγον*. Graecum est *εἰς δίκην ὑπάγειν*. Itaque *'Υπῆγον* dudum emendatum oportuit, quod in hac ipsa re passim apud Dionysium legitur, veluti pag. 1398. *εἰς δίκην ὑπαχθέντες*. pag. 1804. *ὑπαχθεὶς εἰς δίκην*. pag. 1817. *ὑπαχθεὶς ὁ ἀνὴρ εἰς δίκην*.

Pag. 938. reliqua non expedio; hoc unum video *ἑνὶ ἀγῶνι τοῦ πολέμου ταχεῖαν ἕξοντος τὴν κρίσιν* corrigendum esse pro *ἐν ἀγῶνι*. Romani *uno proelio* debellari posse putabant.

Pag. 945. *θᾶττον ἢ βάδην ἀνεχώρουν - Τέως εἰς δρυμοὺς ἀφίκοντο βαθεῖς*. Turpis soloecismus pro *ΈΩς*. Scriba Urbinatis correxit errorem suum, sed frustra.

Pag. 948. *ταῦτα δὲ ποιήσαντας ἥκειν τότε — δεησομένους*. Verus et consuetus ordo est *τότε ἥκειν*, ut pag. 973. *τέως παρέλκων τὴν ἀπόκρισιν τότε εἰσαγαγὼν — ἀποκρίνεται*. pag. 988. *ἐκέλευσε τὰ ὅπλα ἀποθεμένοις — τότε διαλέγεσθαι πρὸς αὐτόν*. pag. 995. *συνεβούλευον αὐτοῖς ἀποδοῦσι τὴν χώραν τότε — ἀπαιτεῖν τὰ δίκαια*.

Pag. 951. *ἡ ἐμπειρία δὲ — παντὸς 'Επήγετο δεινοῦ καταφρονεῖν*. Iterum *ἐπήγετο* et *'Υπήγετο* contra scriptoris sententiam confusa vides.

Pag. 951. *ἀναρρύσασθαι τὴν προτέραν ἧτταν προθυμούμενος*. Quod Dionysius aperte dicit Graece appellatur *ἀναΛύσασθαι τὴν ἧτταν*, ut pag. 1146. *ζητοῦσιν ἀναλύσασθαι τὰς ἁμαρτίας*. pag. 1879. *αἴσχιστον ἔργον ἀναλύσασθαι καλῷ ἀγῶνι*.

Memorabile emblema optimorum librorum indicio deprensum est pag. 952. Dionysius scripserat: *ῥᾷον γὰρ οἱ φεύγοντες ἐπὶ τὰ σφέτερα ἐσώζοντο δι' ἐμπειρίαν τῶν ὁδῶν*. Voluit nescio quis explicare quid sibi vellet *ῥᾷον* et adscripsit: [*ἢ οἱ διώκοντες κατελάμβανον δι' ἀπειρίαν τῶν διεξόδων*]. Quam multa de genere hoc apud Thucydidem adscripta ad *μᾶλλον* et *οὐ μᾶλλον* nunc pro Thucydideis leguntur.

Pag. 957. *πλούσιός ἐστιν οὐχ ὁ πολλὰ κεκτημένος ἀλλ' ὁ μικρῶν δεΗΣόμενος*. Perinepte in huiusmodi sententia futurum ponitur. Legendum: *ὁ μικρῶν δεόμενος*.

Pag. 957. Valerius Poplicola in tanta paupertate mortuus est ut sumtus funeri non suppeteret. Hoc vero est *κατέλιπεν οὐδὲ ταφῆναι*. Propinqui igitur tenui funere efferre tantum virum parabant: *ἡ μέντοι βουλὴ μαθοῦσα ὡς εἶχεν αὐτοῖς τὰ πράγματα* [*ἀπόρως*] decrevit ut funeri sumtus ex aerario attribuerentur. *ἀπόρως* inepte additum resecandum est.

Pag. 960. φράσας δὲ οὐδενὶ ποῦ μέλλει πορεύεσθαι. turpe mendum pro ΠΟΙ, *ubi* pro *quo*, ut recentiores Graeculi solebant.

Pag. 960. ἵνα ἀπαρασκευάστοις — ἐπιθῆται. Fert Veterum loquendi consuetudo ut ἀπαρασκεύοις dicatur, non ἀπαρασκευάστοις, sed saepe Graeculi ita peccant. Recte et emendate scribitur pag. 1526. ἔτι γὰρ ἀπαράσκευοί εἰσι Ῥωμαῖοι, et pag. 1528. ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις ἀπαράσκευοι ὄντες, et sic apud Xenophontem et aliis in libris Mss. saepe peccatur.

Pag. 966. ἐξέβαλον αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως. Estne satis perspicuum Dionysium dedisse ἐκ τῆς πόλεως? EX *urbe eiecerunt*, non AB *urbe*, quod absurdum est.

Pag. 969. ὡς σφῶν γε οὐΧ ὑπεροψομένων συγγενεῖς καὶ φίλους ἀφαιρεθέντας τὴν πατρίδα. Scribendum οὐΧΙ ΠΕΡΙοψομένων. Non aliter eo sensu quam ΠΕΡΙορᾶν omnes constanter dicebant, et sexcenties etiam apud Dionysium ita recte scribitur, ut supra multis exemplis demonstravimus.

Pag. 969. in libris est: ὅτι ταῖς σπΟΝδαῖς ἀναπεπτώκασιν οἱ πολλοί. Quod iampridem correxeram ταῖς σπΟΥδαῖς in *Var. Lect.* pag. 200. idem Kiessling. reponendum esse vidit: *refrixisse multitudinis* STUDIA.

Pag. 970. ἤδη δὲ ὑπεκινεῖτο [τὸ] πολὺ τοῦ δημοτικοῦ μέρος. Quod Dionysius dicit appellatur Graece ὑποκινεῖν, non ὑποκινεῖσθαι. Itaque τό retinendum est sed scribendum ὑ π ε κ ί ν ε ι τὸ πολὺ μέρος. Ut παρακινεῖν sic ὑποκινεῖν neutro sensu dici solet, ut ostendimus ad Dionem Chrysostomum in *Mnemos.* 1877. pag. 94.

Pag. 970. εἰς δεσμοὺς τὰ τῶν ὑποχρέων ἀπῆγον σώματα. Differunt δεσμοί et δεσμά. Δεσμά sunt *vincula*, δεσμοί *in vincula coniectiones*. Itaque εἰς δεσμὰ ἀπῆγον verum est. In ea quoque locutione Dionysius Latinum dicendi morem sequitur *in vincula coniicere*, *abducere*, εἰς δεσμὰ ἀπάγειν pro εἰς δεσμωτήριον ἐμβάλλειν.

Post pauca dicit: *καὶ ὥσπερ ἀργυρωνήτοις αὐτοῖς ἐχρῶντο.* Solet Dionysius de impotentia Patriciorum loquens ea comparatione uti sed duriore verbo pro *ἐχρῶντο* utitur ΠΑΡ*εχρῶντο*, ut pag. 254. *ὥσπερ ἀργυρωνήτοις παραχρώμενοι.* pag. 664. *οὐχ ὥσπερ ἀργυρωνήτοις παραχρήσονται τοῖς πένησιν ὃ ποιοῦσι νῦν.*

Pag. 972. *ἐφίσαντο γὰρ αὐτοῖς* ''ΟΤΕ *κοιμηθεῖεν ὄψεις ὀνείρων φοβεραὶ τιμωρίας* 'ΕΝ*απειλοῦσαι μεγάλας.* Leg. 'ΟΠΟΤΕ et 'ΕΠ*απειλοῦσαι.*

Pag. 973. *μηνυταὶ γίγνονται πρὸς τὸν* 'ΕΝ*δημοῦντα τῶν ὑπάτων. ὁ δὲ [ὕπατος] ἐπαινέσας αὐτοὺς καὶ πολλὰ ὑποσχόμενος εὖ ποιήσειν ἐὰν [καὶ] τὰ ἔργα ὅμοια τοῖς λόγοις ἐπιδείξωνται.* Legendum 'ΕΠΙ*δημοῦντα* et deleto *ὕπατος* absurdum *καί* expungendum.

Pag. 974. *παύσασθε δὴ ψυχρὰς καὶ ἀπιθάνους τῆς ἔχθρας* ΠΑΡΑ*βαλλόμενοι προφάσεις.* Nemo facile reperiet quid sit *πρόφασιν παραβάλλεσθαι.* Optime se haberet *προβάλλεσθαι* eodem sensu dictum, quo *προΐσχεσθαι,* de quo supra pauca notavimus.

Pag. 980. *τοῖς μηνύσασι τὴν πρᾶξιν εἶπε .... πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τῶν συνωμοτῶν ἥκειν εἰς τὴν ἀγοράν.* Lacunam sic expleverim *εἶπε(*ΙΝ *προσέταξε) πρὸς τοὺς ἡγεμόνας.*

Pag. 983. *ἡ δὲ βουλὴ καθαρθῆναι ψηφισαμένη τοὺς πολίτας ἅπαντας ὅτι πολιτικοῦ φόνου γνώμας ἠναγκάσθησαν ἀποδείξασθαι.* Periit prorsus necessaria praepositio: *ὅτι* ΠΕΡΙ *πολιτικοῦ φόνου κτέ.*

Pag. 983. *οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς ἐφ' ἱερὰ π α ρ ε ῖ ν α ι καὶ θυσιῶν κατάρχεσθαι.* Mendosum aperte est *παρεῖναι* sed pervulgato errore ita scribitur pro *ἐφ' ἱερὰ παριέναι ad sacra accedere.*

Pag. 984. *μή τις ἕτερα νεωτερισθῇ πρᾶξις ἐκ τῶν πενήτων.* Vera lectio est: *μή τι νεωτερισθῇ ἐκ τῶν πενήτων.* Ex dittographia natum est *τις ἑτέρα* et sic *πρᾶξις* interpolatum est.

Pag. 986. *πονουμένοις τῷ μήκει τοῦ πολέμου*, imo vero ΚΑΤΑ*πονουμένοις.* Idem mendum supra sustulimus.

Pag. 987. Ἰδίᾳ μὲν γὰρ οὐδεμία πόλις ἀξιόχρεως ἦν ἀπαλλάξαι τῆς πολιορκίας αὐτούς. Annotat Editor: „ἰδίᾳ *scripsi* μία B." Optimam et verissimam lectionem abiecit: ΜΙΑ μὲν γὰρ οὐδεμία πόλις. *Nulla* erat civitas quae *sola* (sine reliquarum auxilio) eos obsidione liberare posset. Sic saepius εἷς οὐδείς, ἓν οὐδὲν usurpari solet. Dionysius *de eloquentia Demosthenis*. Tom. VI. pag. 1059. τοῦτον δὲ ἑ ν ὸ ς μὲν ο ὐ δ ε ν ὸ ς ἀποφηνάμενος οὔτε χαρακτῆρος οὔτε ἀνδρὸς ζηλωτὴν γενέσθαι, ἐξ ἁ π ά ν τ ω ν δὲ τὰ κράτιϛα ἐκλεξάμενον κτέ.

Pag. 989. τοὺς — τῆς ἀποϛάσεως ἄρξαντας (ἐδικαίωσαν) οὓς ἂν ὁ ὕπατος ἀποφήνηται ῥάβδοις μαϛιγωθέντας ἀποκοπῆναι τὰς κεφαλάς. Loco suo motum ἐδικαίωσαν ante ῥάβδοις transponendum est et pro ἀποφήνηται (ἀπεφήνη (*sic*) Urbinas) ἀποφήνῃ scribendum.

Pag. 993. εἰ μὲν οὖν βουλήσονται δίκας Ἀρικηνοῖς ὑπέχειν — καὶ ЄΙξουσι τοῖς ὑπὸ πάντων δικασθησομένοις. Leg. CΤЄΡξουσι, quod est in tali re usitatum et necessarium. *Cedendi* verbum (ut in *cedere temporibus*, εἴξαντες τοῖς κατέχουσι καιροῖς pag. 1001) nullum hic locum habet. cf. p. 454. ὤμοσαν ϛέρξειν τὴν τύχην. pag. 665. ϛέρξομεν τὴν τύχην. Eodem sensu Lucianus dixit in *Abdicato* cap. 11. ϛέργειν ἐϛὶ δίκαιον τοῖς ἐγνωσμένοις.

Pag. 994. οὐκ ἀξιοῦσα δίκην ὑποσχεῖν Ἀρικηνοῖς ἡ βουλή, περὶ ὧν οἱ κατηγοροῦντες ἔμελλον γίγνεσθαι κριταί, καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ΚΡΙΤΑC ЄCЄCΘΑΙ ὑπολαμβάνουσα τοὺς ἐχθροὺς ἀλλὰ προσθήσειν ἔτι βαρύτερα τούτων ἐπιτάγματα. Vitium est in κριτὰς ἔσεσθαι, quod cum loci sententia pugnat. Requiritur *ne his quidem* CONTENTOS FORE *hostes*, sed frustra quaesivi verbum in quo ita haec notio insit ut cum μέχρι τούτων recte componatur.

Pag. 994. Ἕρνικες — ὝΠΟΠΤΑ καὶ οὐδὲν ὑγιὲς — ἀπεκρίναντο. Vehementer suspectum est ὕποπτα. Sententia postulat vocabulum, quale est *responsum ambiguum*, *anceps*, *subdolum*, ut apud Euripidem in *Andromache*:

ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιές.

Credo me reperisse Dionysii manum, quae haec est: ὕπουλα καὶ οὐδὲν ὑγιές.

Pag. 995. Ῥότολοι δὲ — Ῥωμαίοις — διὰ σφῶν μετριωτέρους παρέξειν Λατίνους ἔφασαν καὶ τὰς συμβάσεις αὐτΟΙC διαιτήσειν. Οὐολοῦσκοι δὲ καὶ θαυμάζειν ἔλεγον THC Ῥωμαίων ἀναισχυντίAC κτέ. Corrigendum: αὐτΟΙ διαιτήσειν, et: θαυμάζειν THN Ῥωμαίων ἀναισχυντίAN. Quis umquam vidit θαυμάζειν coniunctum cum genitivo rei, quam quis mirari se dicit?

Pag. 996. μέγαν πόλεμον αἰρουμένους. Graeci dicebant aut αἰρομένους πόλεμον aut ἀναιρουμένους. Itaque αἰρομένους verum et genuinum est. Hoc quoque mendum passim a scribis committitur, ut annotavimus ad Demosthenem in *Miscell. Crit.* pag. 56.

Pag. 999. μὴ κατὰ τῶν πατρικίων ἄρΗΙ ΤΑ ὅπλα. *Sumere arma* dicitur ἄρασθαι τὰ ὅπλα, quamobrem ἄρΗΤΑΙ τὰ ὅπλα rescribendum est.

Pag. 1007. χαλεπωτέραν γὰρ ὀργὴν ἅπαντας ἔχειν τῶν συγχωρηθέντων ϛερΟΥμένους ἢ τῶν ἐλπιζομένων μὴ τυγχάνοντας. Percommode Urbinas perfectum ϛερΟμένους obtulit, sed frustra.

Post pauca scribe: ἐοικέναι TOIC καθ' ἕνα τὸ κοινὸν ἔφη, pro ΤΩΙ καθ' ἕνα.

Pag. 1008. ὧν ἐλάχιϛον ἐν ταῖς μάχαις ἯΝ ὄφελος. Quia haec ex Appii persona dicuntur certa est Reiskii emendatio εἶναι pro ἦν. Mirantur haec Graeculi et turbas dare solent. Rectissime legitur pag. 999. ἕως οὖν ἔτι λόγους καὶ ἀπειλὰς εἶναι. et pag. 1000. οἷς οὐ περὶ μικρῶν τὸν κίνδυνον εἶναι διαφόρων. Ex eiusdem rei observatione perineptum scioli emblema redargui poterit pag. 332. Ἑρσιλία μακρὰν καὶ συμπαθῆ διεξῆλθε δέησιν ἀξιοῦσα χαρίσασθαι τὴν εἰρήνην ταῖς δεομέναις ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, δι' ἃς ἐξενηνέχθαι τὸν πόλεμον [ἀπέφαινεν]. Risum movet additum ἀπέφαινεν, quasi id Sabinis aut ignotum aut ambiguum esse potuisset. Expuncto ἀπέφαινεν omnia clara et perspicua fiunt.

Pag. 1009. ἐὰν ἑκόντες 'ΑΠΟ τῆς πόλεως ἀποφθαρῶσιν. Imo vero 'ΕΚ τῆς πόλεως.

Pag. 1010. κακῶν δὲ κινδυνεύουσι τὰ ΑΙΣΧΙΣΤΑ παθεῖν. In ea locutione αἴσχιστα et ἔσχατα stolide inter se permutantur sexcentis locis. Nusquam difficile est discernere utra sit scriptura potior, ut supra multis ostendimus.

Pag. 1011. ἀναλαμβάνειν τὰ ὅπλα ΠΕΡΙ τῆς πατρίδος. pro patria, ut opinor, 'ΥΠΕΡ τῆς πατρίδος.

Pag. 1012. ὅταν μέν τις αὐτὸ κολακεύῃ μεγάΛΑ φρονεῖν. Sunt verba quaedam, quibus *perpetuo* pro adverbio additur adiectivum neutrius generis aut singulare μέγα βοᾶν, μέγα δύνασθαι, γλυκὺ aut κακὸν ὄζειν, aut plurale πολλὰ aut μεγάλα ὠφελεῖν, βλάπτειν. In superlativo igitur μέγιστον dicitur non μέγιστα, μέγιστον δύνασθαι, βοᾶν, ἥδιστον aut γλυκύτατον aut κάκιστον ὄζειν. Numquam in his Veteres peccant. Eodem igitur modo φρονεῖν habet μέγα, μεῖζον et μέγιστον φρονεῖν, non μεγάλα nec μεγάλως nec μέγιστα nec μάλιστα φρονεῖν, nec μεγαλοφρονεῖν, quamquam haec omnia scribae vitiosam aequalium συνήθειαν secuti passim antiquis scriptoribus eorumque imitatoribus affricuerunt. Apud Dionysium quoque sic peccatur, sed rarius; plerisque locis antiquus dicendi usus sine labe evasit. Recte legitur pag. 270. μέγιστον ἐπὶ σοφίᾳ φρονούντων. pag. 370. οἱ μέγιστον ἐπ' εὐσεβείᾳ φρονοῦντες. pag. 713. ἐπὶ σεαυτῷ μέγα φρονεῖν. pag. 1258. μέγα ἐπὶ τῇ νίκῃ φρονοῦντες. pag. 2352. ἐπὶ τούτῳ μέγιστον φρονῶ, sed vitiose pag. 859. ἐφ' οἷς μέγιστΑ φρονοῦσιν, ubi μέγιστΟΝ verum est, et nostro loco μέγΑ φρονεῖν pro μεγάΛΑ.

Pag. 1013. ψῆφον 'ΑΠΟδοῦναι τοῖς συνέδροις. Certum et perpetuum est apud Dionysium ψῆφον 'ΑΝΑδοῦναι, ut pag. 2082. ψῆφον ἀναδιδόναι τοῖς ὄχλοις et post pauca: ὅταν ἐκεῖνοι ψῆφον ἀναδῶσι τοῖς δημόταις, et sic sexcenties alibi.

Pag. 1014. αὐτοκράτορα καὶ ἀνυπεύθυνον ὧν ἂν βουλεύσηται καὶ πράξῃ. Mendosa haec sunt et sensu vacua. Scribe: ὧν

ἂν βουλεύσηται ΠΡΑΞΑΙ, quod pendet ex *αὐτοκράτορα καὶ ἀνυπεύθυνον.*

Pag. 1017. *ὁ γὰρ Κλοίλιος ἐν ταῖς πολιτικαῖς* ʼΑΡЄΤΑΙϹ *διάφορος ὢν τὸ δραστήριον καὶ φιλοπόλεμον οὐκ εἶχεν.* Palmari emendatione Kiessling. restituit *ἐν ταῖς πολιτικαῖς* ΧΡЄΙΑΙϹ. Sic *πολεμικὰς χρείας* dixit pag. 2217. *δημοσίας χρείας* pag. 752. et sim. alibi.

Pag. 1022. *ᾑροῦντο δὲ αὐτοὺς* (*τοὺς αἰσυμνήτας dictatores*) *αἱ πόλεις οὔτ' εἰς ʼΑόριστον χρόνον οὔτε συνεχῶς ἀλλὰ πρὸς τοὺς καιροὺς ὁπότε δόξειε συμφέρειν καὶ εἰς ὁπόσον χρόνον.* Quicumque hoc agit sentiet plane *contrarium* requiri *εἰς* ʽ*Ορισὸν χρόνον* et *εἰς ὁποσον*ΟΥΝ *χρόνον.* Tum scribe ΜΥΤΙ*ληναῖοι* pro *Μιτυληναῖοι.*

Pag. 1025. *ἠναγκάζοντο παράγειν πάλιν τὰς βασιλικὰς καὶ τυραννικὰς ἐξουσίας εἰς μέσον ὀνόμασι περικαλύπτοντες αὐτὰς εὐπρεπεστέροις. Θετταλοὶ μὲν* ʼΑΡΧΟΥϹ, *Λακεδαιμόνιοι δὲ ἁρμοστὰς καλοῦντες.* Scribendum *Θετταλοὶ μὲν* ΤΑΓΟΥϹ. Notissima res et nomen e Xenophontis *Hellenicis* veluti VI. 1. 8. ubi Iason ita dicit: *εὐπετῶς ἂν ἐγὼ ταγὸς Θετταλῶν ἁπάντων κατασταίην*, et passim in sqq. Atque hi quidem sat commode cum Romanorum Dictatoribus comparantur, sed toto coelo diversi sunt Spartanorum *ἁρμοσταί*, *οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἄρχοντες ἐκπεμπόμενοι*, teste Harpocratione in v.

Pag. 1033. *πολλάκις ἀναγκασθείσης τῆς πόλεως — πάντα ποιῆσαι τὰ πράγματα* ʼΥΦʼ *ἑνί.* Dicendi consuetudo fert ut dicatur ʼЄΦʼ *ἑνί*, *in unius hominis potestate; unius hominis arbitrio omnia permittere.*

Pag. 1033. *ἅπαντες ἀνεπιλήπτους — ἑαυτοὺς παρέσχον*ΤΟ. In frequentissimo omnium usu videbis semper eo sensu dici *παρέχειν ἑαυτὸν μέτριον* aut *ἀνεπίληπτον* aut simile quid, non *παρέχεσθαι.* Itaque emendandum *παρέσχον*, ut pag. 1153. *παρέχων καὶ ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν πολέμοις ἑαυτὸν μέτριον*, et pag. 1570. *ἀνεπίφθονον ἑαυτὸν παρασχεῖν*, et sic passim alibi pronomen reciprocum cum activa forma componitur *παρέχειν ἑαυτόν*, ut ipsa natura linguae postulat, non *παρέχεσθαι ἑαυτόν.*

AD LIBRUM SEXTUM.

Pag. 1038. *ἐπὶ τούτων φασὶ τῶν ὑπάτων* (A. Sempronio et M. Minucio a. U. C. 257) *τὸν νεὼν καθιερωθῆναι τῷ Κρόνῳ.* Livius II. 21. *his consulibus aedes Saturno dedicata.* Pergit Dionysius: *τὰ δὲ πρὸ τούτων [τὸν] βωμὸν αὐτόθι καθιδρῦσθαι [τὸν] ὑφ' Ἡρακλέους κατεσκευασμένον.* Articulum *τόν* ante *βωμόν* Kiessling. de suo addidit melius facturus si seq. *τόν* expunxisset. Sed gravior sententiae labes in sqq. inest: *τὴν δὲ γραφὴν τῆς ἱδρύσεως τοῦ ναοῦ τινὲς μὲν ἱςοροῦσι λαβεῖν Τίτον Λάρκιον —, οἱ δὲ καὶ βασιλέα Ταρκύνιον —, τὴν δὲ καθιέρωσιν τοῦ ναοῦ λαβεῖν Πόςομον Κομίνιον κατὰ ψήφισμα βουλῆς.* Sine controversia mendosum est *γραφήν*, sed quod Editor substituit *ἐπιγραφήν* est etiam mendosius. Sequitur enim *τὴν καθιέρωσιν ἡ ἐπιγραφή*: qui dedicarat *nomen* in fastigio *inscribebat* ad sempiternam posteritatis memoriam. Itaque Bücheler *ἀφορμήν* coniecit. Etiam simplicius arbitror rem restitui posse: sine praepositione scriptum erat *τὴν δὲ* ʻΟΡΜΗΝ *τῆς ἱδρύσεως τοῦ ναοῦ — λαβεῖν Τίτον Λάρκιον.* Tenemus iterum manifestum correctorem imperitum. Supererat THNΔΕ*P**HN, at ille *γραφήν* supplevit sententiae de more securus.

Pag. 1040. *μιᾶς δεῖ πάλιν τοῖς πράγμασιν Ἀφειμένης ἅπαντα διοικεῖν κατὰ τὸν αὐτῆς λογισμὸν ἀνυπευθύνου ἀρχῆς.* Noti erroris novum exemplum vides. Lege *Ἐφειμένης.*

Pag. 1041. *ἀγγέλλοντες — πανςρατιᾷ Λατίνους ἐξεληλυθότας.* Contra usum Veterum et naturam verbi Dionysius *ἀγγέλλειν* cum participio componit pro infinitivo *ἐξεληλυθέναι.*

Pag. 1044. *Ῥωμαίους μὲν γὰρ οὐδὲν ἀπολαύσειν ἐκ τῆς τριβῆς τοῦ χρόνου.* De Dionysii more legendum *οὐδὲν (ἀγαθὸν) ἀπολαύσειν.* Numquam enim aliter quam sic Dionysius loquitur saepissime hac dicendi forma usus, et constanter verbo *ἀπολαύειν* aut *ἀγαθόν* aut *κακόν* adiicit, veluti pag. 1652. *μηδὲν ἀπολαύσαντας τῆς ἀρετῆς ἀγαθόν.* pag. 1906. *οὐδὲν ἀγαθὸν ἀπήλαυσαν* (leg. *ἀπέλαυσαν*), et multis aliis locis.

Pag. 1044. ὥϛε ἀμφοτέρΩΝ ἀποκεκλεῖσθαι τοὺς Λατίνους τῶν ἐπὶ τὴν πολεμίαν ἐξόδων. Scribendum, ut in tali re consuetum est, ἀμφοτέρΩΘΕΝ.

Pag. 1046. ἀποῤῥάξαι τοὺς Ῥωμαίους ἔγνωσαν ἀπὸ τοῦ λόφου. Legendum ἀπΑράξαι. Est verbum priscum et Homericum ἀπαράσσειν idem quod ἀποκόπτειν, ut Iliad. Ξ. 497.

ἀπήραξεν δὲ — κάρη.

Semel et iterum Herodotus eo utitur V. 112. ἀπαράσσει τοῦ ἵππου τοὺς πόδας. et VIII. 90. τοὺς ἐπιβάτας ἀπὸ τῆς νεὸς ἀπήραξαν. Semel Thucydides VII. 63. τοὺς ἀπὸ τοῦ καταϛρώματος ὁπλίτας ἀπαράξαι.

Saepissime legitur ἀπαράττειν apud Dionysium, ut pag. 121. ex Menecrate scriptore Ionico ἐδόκεον τῆς ϛρατιῆς τὴν κεφαλὴν ἀπηράχθαι. et ipse Dionysius pag. 776. τὴν κεφαλὴν ἀπήραττεν. pag. 1716. ἀπὸ τοῦ λόφου ἀπαραχθέντων. pag. 1721. ἀπαράττονται τοῦ λόφου. Saepius alibi utitur verbis συναράττειν, καταράττειν, ἐπικαταράττειν, ἐπικαταραγείς et sim. Perpetuo haec scribae confundunt cum compositis verbi ῥάττειν, ἐπιῤῥάττειν (pag. 1541. πρὶν ἢ ἐπιῤῥαχθῆναι τὰς πύλας), συῤῥάττειν. unde nascuntur vitiosae scripturae ἀποῤῥάξαι pro ἀπαράξαι, ἀπαῤῥάττονται in Urbinate pag. 1721. pag. 1906. καταῤῥαχθῶσιν, et sim. alibi, quae omnia facili et certa correctione sunt emendanda.

Pag. 1046. τοῖς περὶ Μαμίλιον — ἐδόκει — ὀξείᾳ κρῖναι τὰ πράγματα μάχῃ. τῷ ΔΕ δικτάτωρι τῶν Ῥωμαίων καταρχὰς οὕτως ἔχοντι προαιρέσεως ὩΣ ἀμαχητὶ καταλύσασθαι τὸν πόλεμον. Partem veri vidit Buecheler, qui negationem addidit ΟΥΧ οὕτως ἔχοντι προαιρέσεως. Hostes quam primum de summa rerum dimicare volebant, sed Dictatori ab initio NON erat consilium id facere. Reliqua nunc facile expediuntur: expuncto enim ὡς male ex praeced. προαιρέσεΩΣ repetito scribendum: οὐχ οὕτως ἔχοντι προαιρέσεως ἈΛΛ' ἈΜαχητὶ καταλύσασθαι τὸν πόλεμον. Sequens ἈΜαχητί praecedens ἈΛΛ' absorpsit. Nunc omnia recte et ordine procedunt. Praeterea καταλύσΕσθαι a Buechelero accipiendum, ut coniungantur: ἀλλ' ἀμαχητὶ κα-

ταλύσΕσθαι καὶ παντὸς μᾶλλον — τοῦτο ποιήσΕΙΝ ἐλπίσαντι τότ' ἐφάνη (male pro ἔδοξε) χωρεῖν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα.

Pag. 1050. impeditus et mendosus locus est: τοῖς γενναίως ἀγωνιζομένοις καὶ πάντα τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰς τὸ νικᾶν πρόθυμα παρεχομένοις. In libris est παρ' ἑαυτούς et προθυμίαν. Ut solet Dionysius sua repetere, vera scriptura elici potest ex pag. 1760. τοῖς ἅπαντα τὰ ΚΑΘ' ἑαυτοὺς πρόθυμα παρεχομένοις.

Post pauca recipienda est Kiesslingii emendatio πάντων ΜΕΓιςα pro κάλλιςα.

Male legitur pag. 1051. καὶ θεοῖς ἐπὶ τῶν αὐτῶν βωμῶν ἐθύCΑτε, quasi semel id factum esset. Recte Urbinas ἐθύετε.

Pag. 1052. τῆς πόλεως αὐτοὺς ἀπηλάσατε. Libri ἀπεσπάσατε, quod manifesto vitiosum est. Sed nihilo melius est τῆς πόλεως ἀπηλάσατε pro ἐκ τῆς πόλεως. Aliud quid latet.

Post pauca: τὸ μὴ τοιαῦτα ἡμῖν ἀπηντῆσθαι ΤΑ τῶν πολεμίων. Si sic in omnibus libris legeretur, παρὰ τῶν pro τὰ τῶν corrigendum fuisset. Nunc παρὰ τῶν habent omnes, quod infeliciter Editor tentavit.

Pag. 1053. καταφρονήσαντες τῶν ςρατηγῶν τῆς ἀςρατηγησίας. Non ita scripsit Dionysius, qui quam teretem et delicatam aurem haberet ostendit in libris rhetoricis de numerosa oratione disserens. In libris est ςρατηγίας errore certo. Usitatum est in tali re ἀπειρία, ut pag. 1047. διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν ἀντιςρατήγων. Itaque restituto simul iusto verborum ordine scribe: τῆς τῶν ςρατηγῶν ἀπειρίας.

Pag. 1053. τὸ δὲ ἑκούσιον — ἀγωνιζόμενον πάνυ ὀλίγον μᾶλλον δὲ πολλοςὸν μέρος (ΤΙ) τοῦ ἡμετέρου. Vitiose abundans τι delendum.

Pag. 1056. οὐκοῦν αἰσχρὸν ὑμᾶς μὲν τοὺς ἐν ἀκμῇ φεύγειν τὰ δεινά, τούτους δὲ [τοὺς] ὑπὲρ ἡλικίαν διώκειν· καὶ τὸ μὲν τῶν γερόντων πρόθυμον ἐπεὶ οὐκ ἀποκτεῖναί τινα δύνΑται τῶν πολεμίων, ἀποθνήσκειν γε ὑπὲρ τῆς πατρίδος [ἐθέλειν]. Primum τούς delen-

dum. Deinde pro δύναται necessarium est δύναΝται, et absurde additum ἐθέλειν sine mora expellendum. Non viderat sciolus, quamquam satis perspicuum est, coniuncta esse τὸ τῶν γερόντων πρόθυμον ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθνήσκειν. Dicitur τὸ τῶν γερόντων πρόθυμον, ut τοὐμὸν μὲν πρόθυμον, id est ἐγὼ μὲν πρόθυμός εἰμι.

Postquam dixerat senes ad mortem pro patria obeundam esse paratos increpat iuniores, οἷς ἔξεστιν εὐτυχήσασι ΜΕΝ ἀμφότερα σῶσαι καὶ νικᾶν ἀσφαλῶς, εἰ δὲ καὶ μετὰ τοῦ δρᾶσαί τι γενναῖον καὶ παθεῖν. Obscura sententia est, quo vitio Dionysius minime laborat. Omnia essent ad intelligendum aperta si sic scriberetur: οἷς ἔξεστιν εὐτυχήσασι ΜΕΝ ἀμφότερα ΣΩΣ τ' εἶναι καὶ νικᾶν ἀσφαλῶς, εἰ ΔΕ ΜΗ μετὰ τοῦ δρᾶσαί τι γενναῖον καὶ παθεῖν. Sed vehementer displicet ἀσφαλῶς in tam praesenti periculo et re tam ancipiti. Σωθήσεσθαι καὶ νικήσειν in eadem re componuntur pag. 1060.

Pag. 1057. περιίδεσαι τοῖς οὕτως ἀποθανοῦσιν — ἀζήλοις ἀκλαύστοις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ θηρίων διαΦΟΡΗΘῆναι. Rectissime sic emendavit Sintenis scripturam librorum διαφθαρῆναι. Obversabantur enim Dionysio verba Herodoti VII. 10. ἀκούσεσθαί τινά φημι — Μαρδόνιον — ὑπὸ κυνῶν τε καὶ ὀρνίθων δ ι α φ ο ρ ε ύ μ ε ν ο ν.

Pag. 1058. ὦ μακάριοι μὲν οἷς ἂν ἐκγένηται τὸν ἐκ τοῦδε τοῦ πολέμου θρίαμβον καταγαγεῖν, — εὐκλεεῖς δὲ καὶ ζηλωτοὶ τῆς ἀρετῆς οἱ τὰ σώματα χαριούμενοι τῇ πατρίδι. Meminerat Dionysius quum haec scriberet, Thrasybulum ad cives suos dixisse: ὦ μακάριοι, οἳ ἂν ἡμῶν νικήσαντες ἐπίδωσι τὴν πασῶν ἡδίστην ἡμέραν· εὐδαίμων δὲ καὶ ἄν τις ἀποθάνῃ. apud Xenophontem *Hellen.* II. 4. 17.

Pag. 1059. Λατῖνοι μὲν τῷ πλήθει τῆς σφετέρας ἵππου πιστεύσαντες — Ῥωμαῖοι δὲ τῷ τολμηρῶς καὶ ἀπερισκέπτως ἐπὶ τὰ δεινὰ χωροῦντι καταπλήξεσθαι τοὺς πολεμίους. Sic haec reconcinnavit Reiske, quem Editor sequitur; sed τῷ χωροῦντι sanum non est. Libri exhibent: τῷ τολμηρῷ καὶ ἀπερισκέπτῳ — χωροῦντΕΣ. Itaque expuncto τῷ scribendum: Ῥωμαῖοι δὲ τολμηρῶς καὶ ἀπερισκέπτως ἐπὶ τὰ δεινὰ χωροῦντες.

Pag. 1061. εἰσάγουσι τὸν βασιλέα Ταρκύνιον ἀγωνιζόμενον 'ΕΦ' ἵππου. Legendum 'ΑΦ' ἵππου, ut ἀφ' ἵππου μάχεσθαι dicebant omnes.

Post pauca scribe: καὶ τὸ σῶμα "ΕΤΙ ἔμψυχον ἀράμενοι, ubi Codices ἔτι omittunt.

Pag. 1063. μικρὸν ἀντισχόντας χρόνον ἐξωθεῖ [ταχέως] τῆς τάξεως ἐπιπολύ. Ridicule componuntur μικρὸν χρόνον et ταχέως, quod ex dittographia (ταχέως — τάξεως) natum videtur.

Pag. 1063. ἐκεῖνον μὲν — ἀπέστειλαν ἐπὶ τὸν χάρακα, ἑαυτοὺς δὲ εἰς μέσους τοὺς πολεμίους — ὠσάμενοι — ἀποθνήσκουσιν. Soloecum est ἑαυτοὺς ὠσάμενοι, ubi ἑαυτούς inepte abundat. Sed perspicue docet oppositio verum esse: ΑΥΤΟΙ δὲ εἰς μέσους τοὺς πολεμίους ὠσάμενοι, ut pag. 1064. κελεύσας τὸν πρεσβευτὴν — τοὺς φεύγοντας ἐπιστρέφειν, αὐτὸς — ἐπὶ τὸ ξίφος ὠθεῖται.

Pag. 1065. συμπεσὼν αὐτῷ μεγίστῳ τε ὄντι καὶ ῥώμῃ (scr. ῥώμην) ἀρίστῳ τῶν καθ' αὐτὸν [τότε] ἀνθρώπων. Editor optimo iure τότε delebat, sed una opera ineptum ἀνθρώπων erat delendum. Erat in textu τῶν καθ' αὐτόν, adscriptum est τῶν τότε ἀνθρώπων.

Ibid. ἀντεῖχεν ἔτι — καὶ — ἐξώθει. Leg. ἐξεώθει. Deinde in textum recipienda optima Kiesslingii correctio: τὸν Ποστόμιον ἐθεάσατο — ἐπιΦΕΡόμενον pro ἐπιΦΑΙΝόμενον. Sexcenties in φέρειν et φαίνειν scribae turbant et titubant.

Post pugnam ad lacum Regillum (pag. 1067) [τὸ del.] τέλος λαβούσης τῆς μάχης duo iuvenes in foro Romano visi αὐτοί τε φυλάττοντες ἐπὶ τῶν προσώπων ὡς ἐκ μάχης ἡκόντων τὸ ἐναγώνιον σχῆμα καὶ τοὺς ἵππους ἱδρῶτι διαβρόχους ἐπαγόμενοι. "ΑΡΑΝΤΕΣ δὲ τῶν ἵππων ἑκάτεροι — τὴν μάχην αὐτοῖς φράζουσιν ὡς ἐγένετο. In libris est ἄρσαντες. Repositum est ἄραντες. Porto res videtur esse simplicissima „*id est* (inquit) ἄραντες ἑαυτοὺς ἐκ τῶν ἵππων." idque significare *ex equis descendere.* Nugae! Reiske ψάραντες coniecit, nam ψαίρειν esse *equum abstergere et strigili abradere.* Scin' quid sit legendum? Id ipsum quod est

in omnibus libris *ἄρσαντες* sed *τὸν ἵππον*, non *τῶν ἵππων*. Non videntur docti homines de verbo *ἄρδω* cogitasse. Unum tantum testem producam Herodotum V, 12. *ἡ δὲ ἐπεί τε ἀπίκετο ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἦρσε τὸν ἵππον, ἄρσασα δὲ — τὴν αὐτὴν ὁδὸν παρεξήϊε.* Vulgo traditur *ἄρδειν* in tali re esse *ποτίζειν*. *Ἄρδειν* numquam significat *potum praebere*, sed *aqua rigare* aut *affusa aqua lavare*. Diana dicitur in Hymno Homerico *ἵππους ἄρσασα πολυσχοίνοιο Μέλητος*. De *potu* accipit Dindorf. ad Steph. Thes. Minime opus est et nullo alio loco id demonstrari potest. *ἄρσασα Μέλητος* dicitur ut

εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποταμοῖο,

et quod apud Hesychium est *Ἦρσαν: ἐπότισαν* figurate accipiendum ut in *ποταμὸς ἄρδει τὸ πεδίον*, non proprie.

Habet hoc *ἄρδειν* cum plerisque aliis verbis Graecis commune ut significet semper unum et idem. Notus est salsissimus iocus in hortulanum de rebus quas nesciebat garrientem:

Ἄρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Praeterea *ὡς ἐκ μάχης ἥκοντ*ЄC verum est pro *ἡκόντ*ΩN.

Quod dicit *δύο νεανίσκοι — μήκιστοι καὶ κάλλιστοι* male recoxit Homericum *μήκιστος*, quod nonnumquam pro *μακρότατος*, interdum pro *μέγιστος* usurpare solet, ut h. l. pag. 54. *ἐπὶ μήκιστον εὐτυχίας ἤλασαν*.

Pag. 1067. *πολλῶν αὐτ*OIC *περιστάντων καὶ εἴ τι φέρουσιν [ἔτι] καινὸν ἀπὸ στρατοπέδου μαθεῖν ἀξιούντων*. In AB. est: *καὶ* 'ЄΠΙ-*φέρουσιν εἴτι καινόν*, in quo latet: *καὶ* ЄΙΤΙ *φέρουσι καινόν*, quod quum in ЄΠΙ*φέρουσι* depravatum esset vera lectio *εἴ τι* in margine adscripta in textum alieno loco se insinuavit.

Praeterea scribe *πολλῶν αὐτ*OYC *περιστάντων*.

Non debebat Editor pag. 1068. punctum temporis dubitare quin verissima esset sua emendatio: *θυσίαι, ἃς — ὁ δῆμος ἐπιτελεῖ διὰ τῶν μεγίστων* 'IЄP*έων* pro absurdo *ἱππέων*. Pontifices appellantur *οἱ μέγιστοι ἱερεῖς*: qui sint *οἱ μέγιστοι ἱππεῖς* nemo facile reperiet neque etiam quid sit equitibus cum sacris negotii.

Pag. 1073. *ἅπαντα κατασκέψονται καὶ δηλώσουσι — καὶ εἴ τι κατὰ νοῦν ἔχουσι πράττειν*. Expuncto *εἰ* legendum: *καὶ τί*

κατὰ νοῦν ἔχουσι πράττειν. Veteribus *κατὰ νοῦν* significat *ex animi sententia*, et *in animo habere* dicitur *ἐν νῷ ἔχειν*, sed saepius in his Dionysius erravit.

Pag. 1075. *ὑπισχνοῦντο αὐτοῖς πέμΠειν ἐπικουρίαν*, imo vero *πέμΨειν.*

Pag. 1077. *ἐδέησε δὲ οὐδενὸς αὐτῷ ἀγῶνος.* Editor: „*ἀγῶνος scripsi μάχης libri.*" Non est hoc emendare. Tentavit enim sanam lectionem et mendosam intactam reliquit. Emenda: *ἐδέησε δὲ οὐδΕΝ αὐτῷ μάχης*, ut pag. 1059. *οὐδέτεροι ἐλπίσαντες μάχης δεήσειν σφίσιν*, et aliis locis.

Pag. 1080. *Λάρκιος — ΤΕταμιεῦσθαι τὴν τύχην αὐτοῖς συνεβούλευεν.* Inepte *συμβουλεύω* cum *perfecto* componitur. A Casaubono oblatum *ταμιεύεσθαι* olim repositum oportuit.

Pag. 1080. *μέγιϛον εἶναι λέγων ἐγκώμιον — πόλεως εἰ — ε ὐ μ ε ν ῶ ς καὶ μετρίως φέρει τἀγαθά.* Ineptum est *τἀγαθὰ εὐμενῶς* (*benigne et amanter*) *φέρειν*. *Εὐγενῶς* non satis apte cum *μετρίως* componitur. Suspicor Dionysium *ἐμμελῶς* scripsisse, ut est in Archytae fragmento apud Stobaeum *Floril.* I. 80. *ὅθεν οὐκ ἀτυχίαν ἐ ν ε γ κ ὲ ν ἐ μ μ ε λ ῶ ς χαλεπώτερόν ἐϛιν ἀλλ' εὐτυχίαν.*

Pag. 1081. *παρὰ γνώμην τολμηταὶ γίγνονταί τινες καὶ ὑπὲρ δύναμιν μαχηταί* Melius Thucydides cuius locus Dionysio obversabatur I. 70. *οἱ μὲν καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί.*

Pag. 1081. *ἐὰν πικρὰς καὶ ἀπαραιτήτους ἀπὸ τῶν ἁμαρτόντων ἀναπράττωνται δίκας.* *'Από* vitiosum est. Ut constanter dicitur *δίκην λαμβάνειν παρά τινος* sic h. l. scribendum ΠΑΡΑ *τῶν ἁμαρτόντων*, ut pag. 1085. ΠΑΡΑ *τῶν πολλάκις τὸ μῖσος ἀδιάλλακτον ἀποδειξαμένων μηδεμίαν εἰσπράξασθαι δίκην.*

Pag. 1082. *ζημιωθήσονται.* Sprevit Editor a Codd. oblatam veram lectionem *ζημιώσονται.* Dionysius exemplo Atticorum formis brevioribus utitur, ut pag. 1005. *φ θ ο ν ή σ ε σ θ α ι μὲν εὐπορίαν, καταλυθήσεσθαι δὲ φιλεργίαν.*

Pag. 1083. *κατασκάπτοντες — ἀναιροῦντες — ἐξανδραποδιζόμενοι — ποιοῦντες — πολιτείας μεταΔόντες*, leg. *μεταΔΙΔόντες*.

Pag. 1085. *οὐ γὰρ δὴ φιλανθρωπίας οὐδὲ μετριότητος*. Desideratur vocula in huiusmodi locutionibus semper usitata: *οὐ γὰρ δὴ φιλανθρωπίας* ΓΕ. Sic pag. 1420. *οὐ γὰρ δὴ πάντες* boni libri addunt *γε*.

Pag. 1087. Postumius ad Latinorum legatos ita dicit: *δίκαιον μὲν ἦν τὰ ἔσχατα παθεῖν, ἅτε δὴ καὶ αὐτοὶ πράττειν ἐμέλλετε εἰ κατωρθώσατε ἃς πολλάκις ἐμάθετε ἐπ' αὐτοὺς ὁδούς*. Haec est scriptura librorum. Kiessling, quod raro facit, infelicem admodum coniecturam Sintenisii in textum recepit: *ἃς πολλάκις ἐβαδίσατε ἐπιβούλους ὁδούς*. Quis mortalium umquam ita locutus est? Affulget lux ex Demosthene, cuius locus Dionysio haec scribenti ob oculos erat pag. 701, 29. *εἰ κατώρθωσεν ἐκεῖνος ἣν ἐπ' ἐμ' ἦλθεν ὁδόν, οὐχ ὅτι τῶν ὄντων ἂν ἀπεστερήμην ἀλλ' οὐδ' ἂν ἔζων*. Non dissimili modo dixit Dionysius pag. 1316. *ἀφορμαῖς δὲ τῆς τυραννίδος ὁποίαις ἐχρήσατο καὶ τίνας ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν ὁδούς*. Reddemus igitur ei suam manum: *εἰ κατωρθώσατε ἃς πολλάκις* ἮΛθετε *ἐπ' αὐτοὺς ὁδούς*, et initio loci: *δίκαι*ΟΙ *μὲν* ἮΤΕ (*ἔφη*) *τὰ ἔσχατα παθεῖν* Ἃ ΓΕ *δὴ καὶ αὐτοὶ πράττειν ἐμέλλετε*. Restat difficultas in *ἐπ' αὐτούς*, ubi *ἐφ' ἡμᾶς* exspectaveris. Fieri potest in loco lacero et corrupto ut (*ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων*) *τὰ ἔσχατα παθεῖν* exciderit. ἘΜΑ*θετε* pro ἮΛ*θετε* arguit veterem lacunam imperite expletam **ΘΕΤΕ.

Continuo sequitur: *οὐ μέντοι Ῥωμαίους τὰ δίκαια πρὸ τῶν ἐπιεικῶν προελ*Ε*σθαι*. Natura rei *futurum* postulat *προελ*ΕΙ*σθαι*, de qua forma apud sequiores usitata dixi alio loco.

Pag. 1088. *ὁ μὲν δὴ πρὸς τοὺς τυράννους* ἘΝ*στὰς* (recte Reiske CΥ*στὰς*) *πόλεμος τετρακαιδεκέτης — γενόμενος τοιαύτης ἔτυχε τελευτῆς. Ταρκύνιος δὲ — ὁμοῦ τι γεγονὼς ἐνενηκοντ*ΕΤΗΣ — *εἰς τὴν Καμπανίδα Κύμην ᾤχετο*. Recte dicitur *δεκέτης* et *τετρακαιδέτης*, *ἐνενηκοντέτης* autem non est Graecum sed apud Veteres *ἐνενηκοντούτης*, apud reliquos *ἐνενηκονταέτης*. Neutrum horum h. l. verum est sed *γεγονὼς ἐνενήκον*Τ' ἜΤΗ, ut *γεγονώς* in tali re semper accusativum *ἔτη* habet.

Pag. 1089. *ἡ πολιτικὴ ϛάσις αὖθις* 'ЄΠ*ανίϛατο*. Constanter et saepe apud Dionysium legitur *πόλεμος*, *ἔρις*, *ϛάσις* 'AN*ίϛατο*, *ἀνέϛη* bellum, certamina, seditio *orta est*. *'Επανίϛασθαι* est *rebellare*. Itaque *αὖθις ἀνίϛατο* verum est.

Pag. 1090. *τῶν δὲ δανειϛῶν ταύτας μὲν τὰς συμφορὰς ὁμοίας ἅπασι γεγονέναι λεγόντων καὶ οὐ μόν*ON *τοῖς χρεωφειλέταις*, *οὐκ ἀνεκτὸν δὲ ἡγουμένων* CΦICI — *ἃ δεομένοις τισὶ τῶν πολιτῶν ἐν εἰρήνῃ συνήλλαξαν ἀπολωλ*ЄK*έναι*. Legendum *οὐ μόν*OIC et *ἀπολωλέναι*, ut praecedens *σφίσι* demonstrat: *ea sibi periisse*, non *perdidisse*.

Pag. 1090. *ἀξιούντων δὲ οὔτε τῶν δανειϛῶν οὐδὲν μέτριον ὑπομένειν κτἑ* — [*καὶ*] *συνετετάρακτο πᾶς ὁ πολιτικὸς κόσμος*. Deleto *καί* loci compositio sana erit.

Pag. 1093. *κίνδυνον γὰρ* [*ἂν*] *εἶναι μὴ πρὸς ἀπόνοιαν τράπωνται*. Spurium est *ἄν*. Sexcenties post *γάρ* videbis *ἄν* necessarium intercidisse. Nonnumquam peccatur et contra.

Pag. 1095. *πρῶτον αἰσχύνην ὀφλήσομεν* — *ἔπειτα δὲ εἰς κίνδυνον ἥξομεν*. Periit necessaria vocula *πρῶτον* MЄN *αἰσχύνην ὀφλήσομεν*. An recte dicatur *αἰσχύνην ὀφλισκάνειν* vehementer dubito, sed si error est Dionysius ipse erravit.

Pag. 1098. *ἔτι δ' αὐτῆς* (*τῆς βουλῆς*) *ἐν τῷ βουλευτηρίῳ καθεζομένης καὶ τίνας εἶναι δυνάμεις τὰς ἐξελευσομένας σκοπούσης*. Soloeca et perinepta haec verborum compositio est *σκοπούσης τίνας εἶναι δυνάμεις*. Lobeck. ad Phryn. pag. 772. (ab Editore laudatus) ut amat semper perplexa et impedita, sanum locum esse putat aliena aut corrupta afferens. Suspicor olim fuisse: *καὶ τίν*ЄC *εἶ*ЄN AI *δυνάμεις αἱ ἐξελευσόμεναι σκοπούσης*. Postquam ЄIЄNAI in *εἶναι* corruptum erat, secuta est reliqua loci labes.

Pag. 1099. *ἐπιτάττοντος δὲ τοῦ δεσπότου τῶν οὐ ῥᾳδίων ἔργ*ΩN *τι*. Graeca compositio est *τῶν οὐ ῥᾳδίων ἔργ*ON *τι*.

Pag. 1100. *ἐν χειρὸς νόμῳ* Graecum non est sed *χειρῶν*, ut pag. 1546. *ἐν χειρῶν νόμῳ διαφθείρας*. pag 1647. *ἐν χειρῶν νόμῳ ἀποκτεῖναι*. Sumtum est ab Herodoto VIII. 89. *ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι*.

Pag. 1101. *σῶμα πολιτικὸν πρὸς ἴδιον χρέος ἄγειν*. Nihil est in ea re *ἄγειν*. Requiritur *'ΑΠάγειν*, nempe in vincula et carcerem.

Eodem modo praepositio amissa est pag. 1103. *ἡ πόλις οἰμωγῆς — 'Ἐπίμπλατο*. Imo vero *'ἘΝεπίμπλατο*. Poëtis relinquendum *πίμπλημι*.

Pag. 1103. *οἱ βουλευταὶ τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων — βοηθεῖν ἐδέοντο τῇ πατρίδι*. Intolerabilis soloecismus est *τὸν ἕτερον* (pro *τοῦ ἑτέρου*) *ἐδέοντο*. Suspicor participium aliquod excidisse.

Pag. 1103. sq. *γυναικῶν — αὐτίκα μάλα δεινὰς καὶ ἀ π ο ρ ρ ή τ ο υ ς ὕβρεις ἀναγκασθησομένων ὑπομένειν*. Mirum neminem vidisse pro absurdo *ἀπορρήτους* emendandum esse *ἀφορήτους*. Etiam alibi haec inter se confusa esse supra indicavimus.

Pag. 1104. *καὶ τοῖς ἀπόροις ἐπικουρία τις ἔϛαι — καὶ τοῖς συμβάΛΛουσι τὰ χρέα βοήθεια μετρία*, imo vero *συμβαλοῦσι*.

Pag. 1105. Consul Servilius ad populum verba faciens *τελευτῶν ὑπὲρ τῆς ἰδίας εὐνοίας ἣν ἔχων διετέλει πρὸς τὸν δῆμον ἀ π ε λ ο γ ε ῖ τ ο*. Ain' vero, *ἀπελογεῖτο*. Non video quid aliud dicere potuerit quam *διελέγετο*.

Pag. 1105. *ὑπεσχῆσθαι δ' αὐτῷ ἔφη τὴν βουλὴν ἐμπεδώσειν ὅ τι ἂν διομολογήσηται τῷ πλήθει, αὐτΟΝ δ' ἐκείνοις πείσειν τοὺς δημότας*. Certa lex Graecitatis postulat ut *αὐτΟϹ δὲ* scribatur; sed mirantur haec Graeculi et vitiant.

Pag. 1105. *ἐκέλευσε τὸν κήρυκα ἀνειπεῖν ὅσοι ἂν 'Ρωμαίων — ἐκϛρατεύσωσι τὰς τούτων οἰκίας μηδένΑ ἐξεῖναι μήτε κατέχειν μήτε πωλεῖν*. Legendum *μ η δ ε ν ὶ ἐξεῖναι*. Sic etiam pag. 1101. scrib. *μ η δ ε ν ὶ τῶν δανειϛῶν ἐξεῖναι* pro *μηδένα*.

Pag. 1110. *ἐκ τῶν τοῦ πολέμου λαφύρων οὐδεμίαν μοῖραν εἰς τὸ δημόσιον ἀνήγαγεν.* Non possunt *ἄγειν* et *φέρειν* confundi. *In aerarium redigere* est *εἰς τὸ δημόσιον ἀναφέρειν*, non *ἀνάγειν*, ut pag. 1108. *εἰς τὸ δημόσιον ἀναφέρειν κελεύσας*, et saepius alibi. Sumtum est ab Atheniensium Oratoribus et historicis, qui *εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναφέρειν* eo sensu dicere solent, ut Aeschines pag. 51. 25. *χίλια τάλαντα νομίσματος ἀνηνέγκομεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν.* Itaque scribendum *ἀνή*NЄΓK*εν*.

Pag. 1114. *ἐὰν δὲ μὴ ποιήσωσιν Ἀρούγκους ἥξοντας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ὀλίγου χρόνου [καὶ] δίκας ληψομένους — ἐκδέχεσθαι.* Removendum est *καί*. Recta oratio est *ἥξομεν δίκας ληψόμενοι*, non *ἥξομεν καὶ δίκας ληψόμεθα.*

Pag. 1118. *ὅρκοις ἀλλήλους κατελάμβανον ὑπὲρ τοῦ μηκέτι συνάρασθαι τοῖς πατρικίοις πολέμου μηδενός.* Legendum est *συναρεῖσθαι*, nam perinde est ac si dixisset: *ὤμοσαν μηκέτι συναρεῖσθαι.* Itaque in sqq. scribendum *βοηθήσειν* pro *βοηθῆσαι.*

Pag. 1121. *ἐμοὶ ἃ μὲν οἱ ἄλλοι δοκοῦσιν εἶναι φοβερὰ — οὐ φοβερὰ εἶναι δοκεῖ.* Miscet Ionica Atticis. Iones dicebant *ἃ οἱ ἄλλοι δοκέουσι εἶναι* pro *νομίζουσιν*, *ἡγοῦνται*, *ὑπολαμβάνουσιν.* Athenienses contra *ἃ τοῖς ἄλλοις φοβερὰ εἶναι δοκεῖ*, ut Dionysius in sqq.

Post pauca scribe: ʼЄN *τῷ παρόντι* pro *ἐπί.*

Pag. 1123. *ἐν τῷ βιαιοτέρῳ τίθεμεν τὸ δικαιότατον, ὥσπερ τὰ θηρία.* Superlativum sententia loci respuit. Scribendum *τὸ δίκαι*ON.

Pag. 1123. *ἃ ἂν κατάσχωμεν πολέμῳ λαβόντες καὶ νόμῳ.* Quis intelligit quid sit *agri bello capti et lege?* Imo vero *iure belli*, *πολέμ*OY *λαβόντες νόμῳ.*

Pag. 1126. *τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ ἀγαθοὺς γενομένους.* Et reliqui omnes et Dionysius constanter in tali re dicebant: (*ἄνδρας*) *ἀγαθοὺς γενομένους.* Idem vitium eximendum pag. 1756. *ἀναγ-*

κάζειν (ἄνδρας) ἀγαθοὺς γενέσθαι τοὺς ἑκουσίως εἶναι μὴ βουλομένους.

Pag. 1127. *ὅσον ἂν ζῶ χρόνον* ΚΑΙ *οὐδέποτε εἰσάξω — χρεῶν ἀποκοπάς.* Critici molestum *καί* resecari iubent. Quanto melius ex deterioribus libris certum lacunae supplementum recepissent: (*οὐκ ἀποστήσομαι τοῦ ἤδη καλῶς δεδογμένου*) ΚΑΙ *οὐδέποτε εἰσάξω κτἑ.* Iisdem propemodum verbis utitur in re simili pag. 1194. *οὐ μὴν διὰ ταῦτά γε ἀποστήσομαι τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐγνωσμένων.*

Pag. 1127. *ἐναντιώσομαι τοῖς μὴ τὰ πάτρια πολιτεύματα εἰσηγησαμένοις.* Nihil erat opus *τὰ πάτρια εἰσηγεῖσθαι.* Transpositis duobus verbis legendum *τοῖς τὰ μὴ πάτρια*, id est *ea quae pugnant cum institutis maiorum.*

Post pauca in verbis *ἡττῶντο δὲ [ὑπὸ] τῶν νεωτέρων* optime Urbinas *ὑπό* omittit. Fere semper *ἡττᾶσθαι* (ut *ἥττω εἶναι*) cum genitivo componitur, veluti pag. 1167. *ἡττᾶσθαι τοῦ ἀντιπάλου.* pag. 1214. *ἡττηθέντες τῶν δεήσεων.*

Pag. 1128. nonnumquam subridicule Dionysius veteris scriptoris verba suis miscet. Placuerat ut Dictator diceretur. *οἱ ὕπατοι — τῶν πλείστων οἰομένων τὸν Ἄππιον ἀποδειχθήσεσθαι — ἐκεῖνον μὲν ἀ π ή λ α σ α ν, Μάνιον δὲ Οὐαλέριον — ἀπέδειξαν.* Stulte dicitur in ea re et de tanto viro *ἀπήλασαν.* Noli tamen corruptum esse putare. Sumtum est a Demosthene *de Corona* pag. 271. 27. *τοῦτον μὲν εὐθὺς ἀπήλασεν ὡς προδότην, Ὑπερείδῃ δὲ λέγειν προσέταξεν.*

Pag. 1130. *ὑπισχνούμενον ὧν ἂν δέησθε — μηδὲν Δ' ἐπὶ τέλος ἄγοντα.* Necessaria vocula excidit: *ὑπισχνούμενον* ΜΕΝ *ὧν ἂν δέησθε.*

Post pauca in verbis *ἑτέρων ὄντων [τῶν] ἐπιτηδειοτέρων.* Editor sensit *τῶν* vitiose abundare. Sine mora expungere debuerat.

Pag. 1131. *οὐ γὰρ δήπου συνεξαπατᾶν ὑμᾶς ἐπιστάμενον τὴν ἀπάτην — ὑπολαμβάνετε.* Excidit pronomen *συνεξαπατᾶν ὑμᾶς* 'ΕΜΕ. Latino more dixit *ἐπιστάμενον τὴν ἀπάτην*, ut Romani; *si* SCIENS *fefellero.*

Pag. 1132. *προθύμως οὖν ἀποδύσασθε καὶ δείξατε αὐτοῖς κτἑ.* *'Αποδύσασθε* barbarum est. Faex Graeculorum pro *ἀποδῦναι* dicebat *ἀποδύσασθαι.* In Urbinate est *ἀποδέξασθε,* quo nihil proficimus. Legendum *προθύμως οὖν ἀ*ΓΩΝΙ*σασθε,* ut post pauca pag. 1133. *τοῖς δὲ προθύμως ἀγωνισαμένοις.*

Peperit mendosas et barbaras lectiones vetus lacuna A****CA-CΘE.

Pag. 1132. *Σαβῖνοί εἰσιν ὧν πολλάκις ἐκρατήσατε μαχομέν*ΩΝ. Certa Graecorum consuetudo loquendi postulat *μαχόμεν*OI, ut pag. 1044. *ὧν ἐκρατεῖτε μαχόμενοι,* et passim.

Pag. 1133. *ὑπέσχετο συνάρχασθαι τοῦ πολέμου* tralaticio errore scriptum est pro *συναρεῖσθαι.*

Pag. 1134. *γίγνεται δέκα ϛρατιωτικὰ τάγματα —. τούτων τρία μὲν ἕκα*CTOC *τῶν ὑπάτων ἔλαβε καὶ τῶν ἱππέων ὅσον ἑκάϛῳ προσεμερίσθη.* Ridiculum est *ἕκαϛος τῶν ὑπάτων* pro *ἑκάτερος.* Quod sequitur *ἑκάϛῳ* est *ἑκάϛῳ τάγματι.*

Pag. 1137. *τὰ μὲν ἐκ πάθους τὰ δὲ 'Από τοῦ πλεῖόν τι τῶν πολλῶν νοεῖν ἀποθεσπίσας.* Graecum est *'Υπὸ τοῦ — νοεῖν.*

Pag. 1139. *καὶ περιέϛηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν τοῦ κοινοῦ πρόνοια ἰδία πρὸς ἑκάτερον μέρος ἀπέχθεια* ΦΕΡ*ομένη.* Sylburg. primus Thucydidis locum protulit I. 32. *καὶ περιέϛηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη — νῦν ἀβουλία καὶ ἀσθένεια φαινομένη,* unde Dionysium emendavit. Passim *φαίνειν* et *φέρειν* cum omnibus compositis inter se mutant locum.

Pag. 1139. *οὐκ ἐμοὶ συνδοκοῦντα πεπόνθατε.* Vitiose dictum est. Optime se haberet *οὐκ ἐμοὶ συνδοκοῦν* TAΥ*τα πεπόνθατε.*

Pag. 1141. *ἐβούλευον ἀπόϛασιν* 'EK *τῶν πατρικίων.* Absurdum est *ἀφίϛασθαι* ̓́EK *τινος.* Legendum: 'AΠO *τῶν πατρικίων.*

Post pauca: *οὐδεὶς ἀπολείπεσθαι τῶν σημείων ἠξίου· τοσοῦτον*

ἴσχυCεν ὁ τῶν ὅρκων Φόβος. Praecedens ἠξίου docet ἴσχυεν emendari oportere.

Pag. 1143. πολὺς ἀνακλαυCμὸς ἦν. Graecum est κλαυΘμός et ἀνακλαυΘμός.

Pag. 1146. ἐΦ' οἷσΤΕ διαλλαγήσονται πρὸς αὐτοῖς ἐσκόπουν. Legendum ἐΦ' οἷσΤΙCΙ.

Pag. 1146. ὀργῇ δὲ μᾶλλον ἢ λογισμῷ τὰ συμΦέροντα κρίνων οἷα ἐν ἀμαθεῖ γίγνεσθαι Φιλεῖ. Periit vocabulum prorsus necessarium et in hoc argumento usitatum ac frequens: οἷα ἐν (ὄχλῳ) ἀμαθεῖ γίγνεσθαι Φιλεῖ. pag. 1235. δεήσεται γὰρ ἀεὶ — τὸ ἀμαθὲς πλῆθος ἔμΦρονος ἡγεμονίας. pag. 1572. κύριος δ' ἔςαι τῶν κοινῶν ὄχλος ἀμαθὴς καὶ πονηρός.

Pag. 1149. ἐὰν — προθύμως κινδυνεύωσι ΠΕΡΙ τῆς πατρίδος. imo vero *pro* patria, κινδυνεύωσιν ῾ΥΠΕΡ τῆς πατρίδος.

Pag. 1151. ἄνδρα ἡλικίας ἐν τῇ κρατίςῃ τότε ὄντα. Fert perpetua Dionysii consuetudo ut ἐν τῷ κρατίςῳ dicat. pag. 209. ἐν τῷ κρατίςῳ τῆς ἀκμῆς. pag. 2086. ἡλικίας ἐν τῷ κρατίςῳ. pag. 1994. ἡλικίας ἐν τῷ κρατίςῳ, — Φρονήσεως ἐν τῷ καθαρωτάτῳ.

Pag. 1154. πολλοὶ τῶν οὐκ εὖ διαΝΟΟΥμένων πρὸς ὑμᾶς ἀνεπτέρωνται ταῖς γνώμαις. Non ponitur in tali re διανοεῖσθαι sed διακεῖσθαι εὖ, κακῶς, Φιλικῶς, οἰκείως πρός τινα. Itaque scribendum τῶν οὐκ εὖ διαΚΕΙμένων πρὸς ὑμᾶς. Pag. 1155. legitur ἐνδοιαςῶς ἡμῖν διακείμενα. pag. 1168. οἰκείως διακείμενοι πρὸς τοὺς δημοτικούς, et passim alibi.

Prorsus idem mendum e Platonis *Rep.* sustulimus in *Var. Lectt.* pag. 527.

Pag. 1157. ἐν ἐσθῆσιν ἐλεειναῖς καὶ σχήμασι πενθίμοις περιΦΕρόμενοι κατὰ τὴν ἀγοράν. Legendum esse περιΦΘΕΙρόμενοι supra ostendimus. Pro ἐσθῆσιν in libris est quod solet ἐσθήσεσιν. vid. *Miscell. Crit.* pag. 120.

Pag. 1157. *εἰ μέλλΟΙμεν ἀσπείςως πρὸς τὸ δημοτικὸν ἔχειν ἀπαλλακτέον ἡμῖν καὶ ταῦτα τὰ σώματα ἐκποδών.* Legendum *εἰ μέλλΟμεν.*

Pag. 1159. in secessione plebis patricii deliberant de alia multitudine civium aliunde in urbem arcessenda. Quaerit Appius: *οἱ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ἐκλείψοντες — τίνες ἔσονται;* Divitesne? *καὶ τίς ἂν ὑπομείνειε τὰ οἰκεῖα παραλιπὼν ἀγαθὰ τῶν ἀλλοτρίων γλισχρῶς* (optime Kiessling. pro *αἰσχρῶς*) *μεταλαβεῖν κακῶν; — ἢ τὸ δημοτικὸν καὶ ἀνέςιον ἐπαξόμεθα πλῆθος, οἷον καὶ τὸ ἐνθένδε ἀπελαθὲν ἦν, δῆλον ὅτι ΚΑΙ χρέα καὶ καταδίκας καὶ τὰς ὁμοιοτρόπους ταύταις συμφορὰς ἀγαπητῶς ὅποι τύχῃ μεθιδρυσόμενον;* Sylburg *καί* in *κατά* mutabat, sed *κατά* in tali re locum non habet. Simplicissimum est *καί* convertere in ΔΙΑ et omnia plana et perspicua erunt.

Pag. 1161. *ὑπὲρ τίνος ἀξιώσειε κινδυνεύειν ἀγαθοῦ;* Perspicuum est *ἂν* excidisse, *ὑπὲρ τίνος* (*ἂν*) *ἀξιώσειεν.*

Pag. 1162. *πολέμιον ὡς τὰ πολλὰ τοῦ πλείονος τοὔλαττον καθίςαται.* Obversatur ei locus Euripidis in *Phoenissis* 539.

τῷ πλέονι δ' ἀεὶ πολέμιον καθίςαται
τοὔλασσον.

Pag. 1163. *καὶ γὰρ ἄνδρα ἕνα καὶ πόλιν ὅλην ἐπὶ ταῖς καλλίςαις τῶν ἰδίων πράξεων φιλοτιμεῖσθαι χρὴ καὶ τὰς λοιπὰς ὅπως ὁμολογούμεναι ταύταις ἔσονται σκοπεῖν.* Dionysius *παραφράζει* locum Demosthenis *pro Corona* pag. 258. 2 *καὶ γὰρ ἄνδρα ἰδίᾳ καὶ πόλιν κοινῇ πρὸς τὰ κάλλιςα τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ δεῖ πειρᾶσθαι τὰ λοιπὰ πράττειν.* Lepidus est Menenius Agrippa Euripidem et Demosthenem memoriter tenens.

Pag. 1164. *καὶ οὐκ ἜCΘ' ὅπως κίνδυνός τις διὰ ταῦτα κατέλαβε τὴν πόλιν ἀλλ' ἐπαινεῖται ὑμῶν τὸ ἐπιεικές.* Nescio unde *ἔσθ'* irrepserit, quod si deleveris omnia habent optime. Pag. 1178. *καὶ οὐχ ὅπως ὑποκατακλίνομαί τι — ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἔρρωμαι τὴν γνώμην,* et sic sexcenties *οὐχ ὅπως — ἀλλά* componuntur.

Pag. 1165. *τὴν πόλιν παρέχοντες ἅπασι τοῖς δεομένοις ἀσφαλῆ καταφυγὴν, ταύτης ἀπελαύνειν ὑπομενεῖτε τοὺς αὐθιγενεῖς.* Supple (*ἐκ*) *ταύτης ἀπελαύνειν.*

Pag. 1166. *ἐγὼ τὸν δῆμον οὔτ' ἀδιαλλάκτως οἴομαι πρὸς ἡμᾶς ἔχειν οὔτε δράσειν τι ὧν ἀπειλεῖ, — πολὺ δὲ μᾶλλον ἡμῶν ἐσπουδακέναι περὶ τὰς διαλύσεις* [*οἴομαι*]. Alterum *οἴομαι* inficeto homini qui addidit reddendum censeo.

Pag. 1166. *τίνος οὖν χάριν* [*εἴ τις ἔροιτό με*] *τὰς προκλήσεις οὐ δέχεται τὰς ἡμετέρας ὁ δῆμος; — ὅτι νὴ Δία* [*Φαίην ἂν*] *ἄχρι τοῦδε λόγων ἀκούει — ἔργον δὲ οὐδὲν ὁρᾷ.* Pag. 1187. *τί οὖν* [*εἴτις ἔροιτό με*] [*τί*] *πράττειν ὑμῖν παραινῶ;* Pag. 2014. *τί οὖν* [*εἴ τις ἔροιτό με*] *παθὼν ἃ συγχωρῶ καὶ Φημὶ δίκαια εἶναι τούτοις ἀντιλέξων ἀνέστην?* Si quis haec omnia *παρεμβεβλημένα* esse non sentit et quam ineptam sedem obtineant non intelligit, eum frustra multis verbis admonueris.

Quo minus dubites inspice mihi hos duos locos ubi recte sic scriptum est pag. 1402. *Φέρε γάρ, εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο τί μέγιστον οἴεσθε εἶναι τῶν καταλαμβανόντων κακῶν τὰς πόλεις — ἆρ' οὐχὶ τὴν διχοστασίαν εἴποιτ' ἄν;* et pag. 1555 *τί ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ὦ πρὸς Διός, εἴ τις ἔροιτό σε, τοὺς δὲ δὴ τάφους τῶν προγόνων τί παθὼν ἀνασκάπτεις;*

Pag. 1167. supplendum: *ὑπισχνουμένων* (*μὲν*) *ἀεί τινα πρόνοιαν αὐτοῦ ποιήσεσθαι, μηδὲν* ΔΕ *προνοουμένων.*

Pag. 1167. *καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς εἰσί τινες οἷς τὸ δύσερι τοῦτο καὶ Φιλόνικον ἐνοικεῖ* [*καὶ κοινῇ*] *οὐκ ἀξιοῦσιν ἡττᾶσθαι τοῦ ἀντιπάλου ἀλλ' ἐκ παντὸς ἀεὶ ζητοῦσι περιεῖναι τρόπου.* Pro *ἐνοικεῖ καὶ κοινῇ* Urbinas dedit *ἐνοικία κοινῇ* perinde inepte. Rectissime se haberet locus sic scriptus: *ἐνοικεῖ οὐκ ἀξι*ΟΥΝ *ἡττᾶσθαι — ἀεὶ ζητ*ΟΥΝ *περιεῖναι.*

Pag. 1170. *βοηθείας δεήσεσθαί τινος ἴσως* 'ΑΦ' *ἧς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἀσφαλὴς διατελέσει.* Quia sententia est *βοηθείας ἥτις τὸν δῆμον ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι ποιήσει*, apparet 'ΥΦ' *ἧς* a Dionysio esse scriptum.

Pag. 1172. *οἷς εἰ μὴ τὸ σωφρονοῦν μέρος τῆς βουλῆς ἐμποδὼν ϛήσεται κινδυνεύειν ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ [τινος] καὶ κατασκαφῆς τὴν πόλιν. τελευτῶν δ' ἀπεφήνατο συνδοκεῖν τῇ Μενηνίου χρῆσθαι γνώμῃ καὶ τὴν πρεσβείαν [ἠξίου] πέμπειν διὰ ταχέων.* Legendum est *κινδυνεύCειν*. Absurdum est, opinor, *ἀνδραποδισμός* TIC, quamobrem *τινος* expunxi. Deinde supplendum *ἀπεφήνατο (αὐτῷ) συνδοκεῖν* et inutile ac molestum *ἠξίου* eliminandum. Pendet enim *πέμπειν* quoque ex *αὐτῷ συνδοκεῖν*.

Pag. 1173. *ἐν ἐλάττονι μὲν αἰτίᾳ Οὐαλέριος ἦν, εἰ τὴν αὐτοῦ γνώμην ἀπεφήνατο μόνην.* Manifesto *ἂν* excidit et supplendum *Οὐαλέριος (ἂν) ἦν.*

Pag. 1174. *ὡς ἀπὸ παντὸς χρηματίζεσθαι πρcήρημαι τρόπου.* Iterum confusa sunt *ἐκ* et *ἀπό*. Dicitur enim *τίνα τρόπον; τίνι τρόπῳ; ἐκ τίνος τρόπου;* et apud Dionysium et sequiores *διὰ τίνος τρόπου;* sed *ἀπό* nemo in tali re usurpat. Ergo legendum: *'ЄΚ παντὸς — τρόπου*, ut *ἐξ ἑνός γέ του τρόπου.*

Pag. 1174. *ἡ ἀπόϛασις τοῦ δήμου [καὶ] δι' ἐμὲ οὐχ ἥκιϛα γέγονεν.* Pugnant inter se *καί* et *οὐχ ἥκιϛα*, ut saepius supra ostendimus.

Pag. 1174. *τοσούτου γὰρ δέω τινὰ πολιτῶν κατχδεδουλῶσθαι διὰ χρέος ὥϛε πολλοῖς πάνυ τὰ ἐμαυτοῦ προέμενος οὐδένα τῶν ἀποϛερησάντων με πρόσθετον ἐποιησάμην οὐδὲ ἄτιμον.* In Urbinate est *καταδεδουλῶσθαι χρέως* sine praepositione. Legendum *πρὸς χρέως*, ut Dionysius passim scribit *πρὸς τὰ χρέα ἀπάγειν, πρὸς τὰ χρέα ἀγώγιμος* et sim. et Appius ipse paullo ante: *τίνες εἰσὶν οὓς κατεδουλωσάμην ἐγὼ* ΠΡΟC *τὰ χρέα.*

In fine loci miror quo pacto Graecus lector intelligere potuerit quid sit *πρόσθετον ἐποιησάμην*. Dionysius enim quem Romani appellant *addictum* creditori *πρόσθετον* dixit, et sic Appius inter se opponit *οὐδένα πρόσθετον ἐποιησάμην ἀλλὰ πάντες εἰσὶν ἐλεύθεροι.* Idem vocabulum eodem sensu *semel* legitur in Plutarchi vita Luculli cap. 20, cuius locum Stephanus in Th. indicavit: „*miseri Asiatici*, inquit, *a publicanis cogebantur πιπράϛκειν ἰδίᾳ μὲν υἱοὺς εὐπρεπεῖς θυγατέρας τε παρθένους, δημοσίᾳ δ' ἀνα-*

θήματα, γραφάς, ἱεροὺς ἀνδριάντας, et tandem ipsi addicti *serviebant, αὐτοῖς δὲ τέλος ἦν προσθέτοις γενομένοις δουλεύειν.*

Pag. 1175. *τὰς ἐμαυτοῦ διαβολὰς ἀπολύομαι.* Semper Dionysius his addit praepositionem *τὰς κατ' ἐμαυτοῦ*, ut paullo ante pag. 1174, *ἀπολύσασθαι τὰς κατ' ἐμαυτοῦ διαβολάς.*

Pag. 1175. *ὅσοι οὐκ ἀξιοῦτε κρείττονες ὄντες ὑπὸ χειρόνων ἄρχεσθαι, οὐδ' ἣν παρελάβετε ὑπὸ* (recte Bücheler *παρὰ*) *τῶν προγόνων πολιτείαν ὑπὸ τῆς κακίστης τῶν ἐν ἀνθρώποις πολιτειῶν* [*δημοκρατίας*] *ἀφαιρεθῆναι.* Reponatur *δημοκρατίας* in margine. Quanto acrius et fortius dixit Appius nomen omittens.

In sqq. *ἂν οὗτος ὀλιγαρχίΑC ὄνομα θῆται τῇ τῶν κρατίστων ἡγεμονίᾳ.* Urbinas *ὀλιγαρχίΑΝ*, quod etiam sine libris reponi debebat.

Pag. 1176. *ὑπὸ τοῦ σεμνοῦ καὶ φιλοπόλιδος τούτου ἐξηγέρθησαν ὡς δὴ ἀκίνδυνον αὐτοῖς τὸ ἔργον ἐσόμενον καὶ — κρείττονα μοῖραν τῆς προτέρας ἕξοντΑC.* Quicumque hoc aget continuo sentiet *ἕξοντ*ЄC emendari oportere. Decepit scribas accusativus *ὡς δὴ τὸ ἔργον ἐσόμενον.* Passim apud Veteres in huiuscemodi compositione accusativus et nominativus coniunguntur.

Praeterea legendum *ὑπὸ τοῦ σεμνοῦ καὶ φιλοπόλιδος τουτουί* pro *τούτου.*

Pag. 1180. *χρόνῳ γοῦν ὕστερον* [*καὶ*] *ἐφ' ἑκάστῳ χρήματι — τὰ ὅπλα λαβὼν — ὑμῖν ἐπιθήσεται.* Nullus hic voculae *καί* locus est, quam sine mora expunge.

Pro *σοβαρῶς ἐπιθήσεται* in Urbinate est *σοβαρός*, quod multo melius est: *οὐ γὰρ ἡ ἐπίθεσις ἦν σοβαρά, ἀλλ' ὁ ἐπιτιθέμενος.*

Contra pag. 1178. *ὅτε οὔπω φανερὸς ἦν πολέμιος* praetulerim quod in Chisiano est *φανερῶς.*

Pag. 1180. *ἀνὴρ σώφρων ὃς ἐκ τῶν ἑαυτοῦ τρόπων τεκμαίρεται χρηστὰ ὑπὲρ ἑτέρων.* Libri *τεκμαιρόμενος*, unde patet emendandum esse: *ἀνὴρ σώφρων* ΚΑΙ *ἐκ τῶν ἑαυτοῦ τρόπων τεκμαιρόμενος χρηστὰ ὑπὲρ ἑτέρων.*

Pag. 1180. ὥςε εἰ τὰ πρῶτα συγχωρήσετε συμφέροντα εἶναι νομίσαντες ἕτερόν τι χεῖρον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε — ὡς φόβῳ καὶ τὰ πρῶτα ὑπακούσαντες. Thucydides I. 140. οἷς εἰ ξυγχωρήσετε καὶ ἄλλο τι μεῖζον εὐθὺς ἐπιταχθήσεσθε ὡς φόβῳ καὶ τοῦτο ὑπακούσαντες.

Pag. 1182. ςάσις ἐμπεσοῦσα ταχὺ διαχέει [καὶ διαλύσει] τὰ βουλεύματα. Διαχέει Ionicum est. Rescribe διαχεῖ et *futurum* esse memento, ut diligenter ostendimus in *Var. Lectt.* pag 123.

Pro διαλύσει in libris est διαλύει. Quum esset in vetusto libro ΔΙΑΧΕΙΤΑΒΟΥΛΕΥΜΑΤΑ nescio quis διαχεῖ *praesens* esse opinatus διαλύει adscripsit in margine: deinde factum est quod assolet.

Pag. 1183. μὴ μεταδόντες αὐτοὶ τῶν ὁμοίων σὺν χρόνῳ ςερήσονται τῶν ἴσων. Soloecum est μὴ ςερήσονται. Supplendum: (ὅπως) μή.

Pag. 1183. εἴ δ' ἄρα [γε] γνώμης ἁμάρτοιμι, expelle molestum γε quod nullo pacto in huiusmodi sententiam admitti potest.

Pag. 1184. δειναὶ γὰρ αἱ τοιαίδε ἀνάγΚΑΙ [καὶ] πάντας τοὺς αὐθάδεις λογισμοὺς κλάσαι. Miror quo pacto Editor etiam admonitus molestae particulae pepercerit.

Pag. 1186. τοῦτο δὲ ὅσον ἐςὶ πλῆθος ἐκ τῆς ἔγγιςα γενομένης τιμήσεως μαθεῖν ῥᾴδιον ἂν εἴη τρισκαίδεκα μυριάδες εἰσὶ Ῥωμαίων τῶν ἐν ἥβῃ τετιμημένΩΝ. Legendum: — ῥᾴδιον, ἐν ᾗ — μυριάδες εἰσὶ — τετιμημένΑΙ. Cf. pag. 1265. ἐγένετο δὲ καὶ τίμησις — ἐξ ἧς εὑρέθησαν ὑπὲρ ἕνδεκα πάντων μυριάδες αἱ τιμησάμεναι.

Pag. 1188. ἐὰν δὲ ΚΑΤΑθέμενοι τὰ ὅπλα κατέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν. Arma *deponere* non aliter dicitur quam ἈΠΟθέσθαι τὰ ὅπλα.

Pag. 1188 sq. διαριθμησαμένους δὲ τὰς γνώμας τῶν συνέδρων ταῖς πλείοσι [γνώμαις] ςοιχεῖν. Dele inepte repetitum γνώμαις.

Pag. 1190. οὐ πρόσω χειροκρασίας. Scribendum χειροκρατίας, ut πονηροκρατία, γυναικοκρατία, multaque his similia Χειροκρασία tam ineptum est ac si quis δημοκρασία vellet dicere. Χειροκρασία iterum legitur pag 1684. sed emendate pag. 1515. πονηροκρατίαν et pag. 1573. πονηροκρατεῖσθαι.

Pag. 1190. μάλιςα μὲν ἠξιοῦμεν ἅπαντας ὑμᾶς ὁμογνωμονεῖν ἄλλως τε καὶ [ταῦτα] περὶ κοινῆς σωτηρίας βουλευομένους. Utroque modo recte dicitur et ἄλλως τε καί et καὶ ταῦτα, sed vitiose utrumque componitur. Itaque resecandum ταῦτα.

Pag. 1190. *senioribus*, inquit, *iuvenes cedere oportet* ἐνθυμουμένους ὅτι κἀκείνοις — ἐξ ἴσης ὑπάρξει τυγχάνειν τιμῆς παρὰ τῶν ’ЄΓγόνων. Optime Urbinas ’ЄΚγόνων *a* filiis *suis*.

Pag. 1190. ὁρῶμεν εἰς ἔριν ὑμᾶς ἐΜπεπτωκότας ὀλεθριωτάτην τῶν ἀνθρωπίνων νοσΩΝ. Libri ἐΚπεπτωκότας, quod verum est et revocandum. ’Εκπίπτειν (ut ἐξοκέλλειν) est *delabi* ad rem malam, vitiosam, turpem.

Praeterea ex Graecorum consuetudine scribendum: ὀλεθριωτάτην τῶν ἀνθρωπίνων νόσΟΝ.

Pag. 1190—1191. νῦν ΜЄΝ — ἄπιτε ἐκ τοῦ συνεδρίου, εἰς ΔЄ τὸν ἐπιόντα σύλλογον ἥΞετε μετριώτεροι γενόμενοι. Et res ipsa et verborum compositio postulant ut ἥκετε legatur. Iubere enim hoc Consules poterant, sed ita futurum esse *scire* non poterant. Propterea addunt: εἰ δὲ παραμένει τὸ φιλόνικον ὑμῖν, ubi παραμενεῖ scribendum.

Pag. 1195. τούτοις μὲν ταχεῖαν ἐπανόρθωσιν αὐτοὶ δοίητε καὶ σωτηρίαν τοῖς πράγμασιν ἀσφαλῆ. Demosthenes *de corona* pag. 324.

Pag. 1198. πράττειν ὅτῳ ἂν τρόπῳ δύνωνται φιλίαν τῷ δήμῳ [συνθέσθαι] πρὸς τοὺς πατρικίους. Spurium est et insiticium συνθέσθαι. Sexcenties in tali re Dionysius dicit πράττειν φιλίαν, ὁμόνοιαν, εἰρήνην et similia. Πράττω συνθέσθαι φιλίαν ne Graecum quidem est. Pauca exempla haec vide: pag. 824. πράτ-

τοντες ἐλευθερίαν. pag. 803. πράξων ἀπόςασιν. pag. 865. πράττων διαλλαγάς. pag. 721. πράττειν δυναςείαν, et nostrum pag. 1031. κρύφᾳ τε δὴ πέμπων — τινὰς ἔπειθε φιλίαν πράττειν ταῖς πόλεσιν.

Pag. 1202—1203. καταλιπόντες αὐτὴν (*patriam*) τὸ γοῦν ἐφ' ὑμῖν ἔρημον εἶναι καὶ μηλόβοτον. Dicitur Graece καταλιπεῖν ἔρημον, non ἔρημον εἶναι. Duo vocabula transposita sunt et legendum: τὸ γοῦν ἐφ' ὑμῖν εἶναι ἔρημον, ut Dionysius solet, veluti pag. 1243. τό γ' ἐφ' ἡμῖν εἶναι μέρος. pag. 1409. τό γ' ἐπὶ τοῦτον εἶναι μέρος. pag. 2062. τὸ μὲν ἐφ' ὑμῖν εἶναι μέρος. Omittit εἶναι pag. 1760. τὸ γοῦν ἐφ' ἑαυτοῖς μέρος. Sic in (Dionis.) *Corinthiaca* legitur: τὸ ἐπὶ τούτοις εἶναι.

Pag. 1203. σιωπῆς δὲ γενομένης ἐπειδὴ πάντες εἰς ἀλλήλους ἀπέβλεπον — προσέρχεται κατὰ τὰς ὑποσχέσεις Λεύκιος 'Ιούνιος ἐκεῖνος. L. Iunius in concione aderat: itaque non προσέρχεται, sed ΠΑΡέρχεται *prodit ad dicendum*.

Pag. 1204. εἰ καὶ μὴ πρότερον ἔγνωτε — νῦν γε ῎Ηδη μάθετε. *Nunc saltem discite*, inquit; id est νῦν γε ΔΗ μάθετε.

Pag. 1209. κινδύνους δι' ὑμᾶς ** ηντλήσαμεν. Supplent 'ΑΝηντλήσαμεν. Melius fortasse est ΔΙηντλήσαμεν.

Pag. 1216. προκάλυμμα τῆς ἀπάτης Μάνιον — εὕρεCΘΕ, ᾧ πιςεύσαντες κτἑ. Nemo potest προκάλυμμα τῆς ἀπάτης εὑρέCΘΑΙ *impetrare, obtinere*, sed εὑρΕΙΝ *reperire*, quamobrem εὕρεθ' ᾧ reponendum est. Haud infrequens in libris hic error est ut ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 209.

Pag. 1217. ἵνα παρέλθητε τὰς ὑποσχέσεις ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς διέγνωτε. *Promissa eludere* nullo modo dici potest τὰς ὑποσχέσεις παριέναι, sed quid lateat in ΠΑΡΕΛΘΗΤΕ frustra quaesivi.

Pag. 1217. οὐκ 'Ηξιοῦμεν — πρὸς ἱκεσίας — τραπέσθαι. Manifestum est de *praesenti* tempore haec dici et 'Αξιοῦμεν esse verum.

Pag. 1223. *οἱ μὲν — ὑπὸ πολεμίων ἐξηλαύνοντο, ἡμεῖς δ' αὐτόθεν ὑπὸ Φίλων.* Ridicule pro *ὑπὸ Φιλίων a nostris.*

Pag. 1224. *θεοὺς ἐπιμαρτυράμενοι — οἳ τὰ θνητὰ πάντα κατὰ δίκην ἄγουσιν.* Expressit Dionysius celebratum Euripidis locum *Troad.* 880.

πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
βαίνων κελεύθου κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

Pag. 1225. *οὐδεὶς ἦν στερρὸς οὕτως τὴν διάνοιαν ὃς οὐκ ἐξεχεῖτο τοῖς δάκρυσιν.* Quo tandem pacto dici potest de eo *qui in lacrymas erumpit ἐκχεῖται τοῖς δάκρυσιν*? Ferri posset *ἐξεχεῖτο* ЄIC *δάκρυΑ.*

Similiter novum et inauditum est pag. 1227. *καὶ τοιούτους τινὰς ἄλλους καθιστάμενος λόγους.* Quis enim umquam audivit *καθίστασθαι λόγους*? Solent et reliqui et Dionysius eo sensu dicere *διατίθεσθαι λόγους.*

Pag. 1227. *τοῦ Λαρκίου τῆς ἐπαναCτάσεως αὐτῶν καὶ τῆς προπετείας τῶν βουλευμάτων καθαψαμένου.* Facessat Portus cum suo *'Απαναστάσεως. Secessio* appellatur *ἀπόστασις* et requiritur nomen rei odiosae quae cum *προπετείας* bene coniungatur. Exemta una literula scribe *ἐπαναΤάσεως*, quod quid sit et quam facile in *ἐπαναστάσεως* olim commutaretur luculenter demonstravit Casaubonus ad Athenaeum IV. 14. pag. m. 285.

Eodem errore in libris scribitur pag. 1746. *ἀπειλὰς καὶ ἀναστάσεις* pro *ἀνατάσεις.* cf. etiam pag. 1150. *χαλεπὰς ἀπειλὰς ἐπανατειναμένων.*

Pag. 1229. *ὁ δὲ — πιθανωτάτοις ἔδοξε χρήσασθαι λόγοις καὶ τοῦ βουλεύματος τῶν ἀκουόντων ἐστοχασμένοις.* Legendum *τοῦ βουλΗματος*, quod occupavit Sylburg Debuerat certam correctionem in textum recipere Editor, qui prorsus idem mendum felicissime emendaverat pag. 456 ubi in libris est: *ἐπὶ τὸ βεβουλЄΤμένον ἐλάμβανε τὰ πρασσόμενα* sed verissime *βεβουλΗμένον* reposuit. Idem est quod dixit Demosthenes pag. 33. *ὃ γὰρ βούλεται ταῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται.*

Pag. 1230. *ὅπερ Ἰούνιος ἐποίησεν οὕτως* ЄIC *μακρὸν ἐκμηκύνων χρόνον.* Scribendum *οὑτο*CЄI (i. e. *οὑτοσί*) *εἰς μακρὸν κτέ.* Sententia enim *οὑτοσί* postulat et saepissime apud Dionysium *οὑτοσί, τουτί, ταυτί* et sim. a scribis obliterata videbis.

Pag. 1232. *οὐχὶ ταῦτα μέντοι τὰ διαςήσαντα ὑμᾶς* ἮΝ *ἀπὸ τῶν πατρικίων καὶ τούτων εἰ τύχοιτε ἀπεχρῆν ὑμῖν* ΟΙ*εσθε καὶ οὐδενὸς ἄλλου* Ὀ*ρέγεσθε;* Loquitur de illo tempore quod secessionem praecessit. Itaque *ᾤεσθε* et *ὠρέγεσθε* verum est, quod antecedens *ἦν* planissime confirmat, et *εἰ τύχοιτε* pro *ἦν τύχητε.*

Prg. 1232. *τοῦ δὲ μένειν — καὶ ἐξενεχθήσεσθαι.* Solemni errore pro *μενεῖν* perperam praesens substitutum est.

Pag. 1234. *εἴτε πάντας ἀξιοῦτε τοὺς* ἘΠΙ*γραφομένους τοῖς δόγμασιν ὀμνύειν ὑμῖν.* Senatores qui dicuntur in Scto *scribendo adfuisse* non *ἐπιγράφονται τῷ δόγματι*, sed ἘΓ*γράφονται*, ut paullo ante *οἱ ἄλλοι βουλευταὶ ὅσοι τῷ ψηφίσματι συνεγγραφήσονται.*

Pag. 1234. *μίαν εἰπὼν ἔτι τὴν οὔτε ἀγνοουμένην ὑπ' οὐδενὸς ἀνθρώπων οὔτε ἀμφισβητουμένην παύσομαι.* Ex iis quae praecedunt facili negotio suppletur: *μίαν* (*πίςιν*) *εἰπὼν ἔτι.*

Pag. 1234 *τί δὲ λόγους πονηροὺς λέγομεν χρηςὰ πράγματα ἔχοντες ἐν χερσίν.* Ex Herodoto VII. 47. *μηδὲ κακῶν μεμνεώμεθα χρηςὰ ἔχοντες πρήγματα ἐν χερσί.*

Pag. 1236. *τὰ γοῦν ἄλλα πιςεύομεν ὑμῖν ἔσεσθαι ἀγαθ*Α, imo vero *ἔσεσθαι ἀγαθ*ΟΥC. Nota haec compositio est *πιςεύω σοι ἀγαθὸν ἔσεσθαι.*

Pag. 1236. *σύνθετον γὰρ* [*καὶ*] *ἐκ πολλῶν μερῶν ἐςὶν ἑκάτερον.* Importunum *καί* dissecat coniuncta *σύνθετον ἐκ πολλῶν μερῶν.*

Pag. 1237. *τοσοῦτον ἀπέχεις τοῦ πράττειν καὶ συγκατορθοῦν ἡμῖν τῶν κοινῇ χρησίμων* Unde pendet *τῶν κοινῇ χρησίμων*? Apparebit ubi emendaveris *τοῦ πράττειν* ΤΙ *καὶ συγκατορθοῦν.*

Pag. 1237. in Menenii Agrippae fabula ἡ δὲ κεφαλὴ — τὰς ἄλλας αἰσθήσεις περιλαβοῦσα πάσας ἔχει δι' ὧν σώζεται τὸ πρᾶγμα. Mendosum est πρᾶγμα. Sylburg. σῶμα coniecit. Melius est δι' ὧν σώζεται τὸ ΠΑΝ.

Paullo ante verba: τὸ δὲ στόμα ὅτι φθέγγεται sine ulla causa eliminantur.

Pag. 1241. μίαν δ' εἶναι μόνην ἀσφάλειαν ταύτην εἰ γένοιτο αὐτοῖς φανερὸν ὅτι τοῖς βουλομένοις αὐτοὺς ἀδικεῖν οὐχ ὑπάρχει δύναμις· ἕως δ' ἂν παρῇ τὸ δύνασθαι τὰ πονηρὰ δρᾶν οὐκ ἐλλείψειν τοῖς πονηροῖς τὸ βούλεσθαι. Demosthenes in *Aristocratea* pag. 659, 7. — εἰπεῖν ὅτι πίστιν ἂν οἴεται γενέσθαι μόνην, εἰ δείξειαν ὅπως ἂν ἀδικεῖν βούλωνται μὴ δυνήσονται, ἐπεὶ ὅτι γ' ἀεὶ βουλήσονται εὖ εἰδέναι.

Pag. 1243. δέος δὲ καὶ φροντὶς ἡμᾶς εἰσέρχεται μή ποτε δύο πόλεις ποιήσωμεν ἐν μιᾷ, imo vero ἐκ μιᾶς. Livius I. 24. *adeo duas ex una civitate discordia fecerat.*

Pag. 1247 sq. καὶ ἵνα μηδὲ τὸ λοιπὸν τῷ δήμῳ ἐξουσία γένηται καταΠΑΥσαι τόνδε τὸν νόμον. Consuetum est dicere καταΛΥσαι — νόμον.

Pag. 1249. de aedilibus dicitur: ἀποδεικνύναι τοὺς ὑπηρετήσοντας τοῖς δημάρχοις ὅσων ἂν δέωνται καὶ δίκας ἃς ἂν ἐπιτρέψΩΝΤΑΙ ἐκεῖνοι κρινοῦντας. Legendum ἐπιτρέψωσιν, quia constanter omnes ἐπιτρέπειν δίαιταν, δίκην, κρίσιν et omnia sim. dicebant, non ἐπιτρέπεσθαι.

Pag. 1255. αἱ γυναῖκες ἀπὸ τῶν Cτεγῶν βάλλουσαι τοὺς πολεμίους τοῖς καλυπτῆρσιν. Vera lectio est ἀπὸ τῶν Τεγῶν. Idem vitium est pag. 1808. ἐπὶ τοῖς Cτέγεσι τῶν οἴκων (leg. οἰκιῶν), ubi mox ἀπὸ τεγῶν. Emendate scribitur pag. 15ↄ0. ἐπὶ τοῖς τέγεσι τῶν οἰκιῶν.

Pag. 1256. λαμπρότατος ἁπάντων γενόμενος ἐν τῇ τειχομαχίᾳ — λαμπρότερος ἐν τῷ δευτέρῳ ἀγῶνι — ἐφάνη. Loquendi usus postulat ut vocula addatur: λαμπρότερος (ἔτι).

Pag. 1262. ταῦτα μὲν δὴ Ῥωμαῖοί τε καὶ Λατῖνοι συνέθηκαν πρὸς ἀλλήλους. Certa est Reiskii emendatio συνεθήκανTO.

Pag. 1264. τοῖς δὲ ἀκούσασιν ἄσμενON ἐγένετο Ratio rei et Dionysii consuetudo suadent ut ἀσμένOIC corrigatur. Similiter pag. 1342. τῷ δήμῳ — ἄσμενON ἦν vera lectio est ἀσμένΩΙ.

AD LIBRUM SEPTIMUM.

Pag. 1310. τύραννοι δὲ τότε κατὰ πόλεις μὲν ἦσαν, ἐπιφανέστατος δὲ Γέλων ὁ Δεινομένους νεωστὶ τὴν Ἱπποκράτους [τοῦ ἀδελφοῦ] τυραννίδα παρειληφώς. „*Dionysium nostrum lapsum hic non mediocriter*" Casaubonus existimat „*nam neque fratres fuere Hippocrates et Gelo: et Gelae oppidi non Syracusarum tyrannidis fuit ea successio*". Grave crimen, sed nemo non mirabitur quo pacto quis mediocriter doctus et historiae paullo peritior in tam insignem errorem induere se potuerit in re notissima, cuius certus auctor et olim erat et nunc est in omnium manibus, Herodotum dico VII 154 sqq. Has turbas omnes videtur dedisse sciolus, qui de suo addiderit τοῦ ἀδελφοῦ, quo expuncto omnia sana et vera sunt. Gelonis fratres qui fuerint nemo nesciebat aut nunc nescit propter perelegantes Simonidis versiculos in tripode inscriptos:

Φημὶ Γέλων', Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον,
παῖδας Δεινομένους τοὺς τρίποδας θέμεναι.

Plutarchus *de Pythiae oraculis* pag. 403. *b.* Δεινομένους τοῦ Σικελιώτου μαντευομένου περὶ τῶν υἱέων ἀνεῖλεν ὡς οἱ τρεῖς [1]) τυραννήσοιεν. ὑποτυχόντος δὲ τοῦ Δεινομένους „οἰμωξόμενοί γε, ὦ δέσποτα Ἄπολλον!" καὶ τοῦτό οἱ ἔφη διδόναι καὶ προσαναιρεῖν. Ἴστε τοίνυν ὅτι Γέλων μὲν ὑδρωπιῶν, Ἱέρων δὲ λιθιῶν ἐτυράννησεν, ὁ δὲ τρίτος Θρασύβουλος — ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς.

Hac igitur culpa absolvendus est Dionysius, sed plurimis aliis aliquanto gravioribus criminibus premitur, quod Romanorum fabulas ad certam et exploratam historiae rationem ac temporum fidem exigi posse opinatus est. Tanta est enim in iis confusio

1) Polyzelus enim natu minimus fratrum privatus vixit postquam frater Thrasybulus regno exutus est. Diodorus Sic. XI. 67.

et perturbatio rerum ac temporum, ut nihil impediat quo minus Numa Pompilius Pythagorae aequalis fuerit, et Tarquinius Superbus apud lacum Regillum pugnaverit, et Dionysius tyrannus Romanis frumentum dono dederit: quae omnia operose Dionysius refutavit ratus ex Romanorum Annalibus aliquam certam chronologiae rationem colligi posse, quod contra est. Summa ope nititur ut si quid sit prorsus absonum et absurdum id aut silentio tegat aut argutiis tueatur; quemadmodum Flavius Iosephus in Hebraeorum Ἀρχαιολογίᾳ si quid esset tam absurdum ut id Romani neque aequo animo neque auribus aequis accipere possent multiplici arte ea omnia aut silentio praeterire aut laevigare solet. Contra Romani scriptores et Plutarchus in Romuli et Numae Pompilii et Valerii Poplicolae et Camilli vita magno candore et simplicitate et sinceritate omnes fabellas etiam perabsurdas et apertissime cum rerum natura et humano ingenio pugnantes sic ut vetus fama ferebat memoriae prodiderunt. Exemplo esto id quod ex Romanorum fabellis narrat Plutarchus in *Romulo* cap. XXV. τὸ δ' ὑπ' ἐνίων λεγόμενον κομιδῇ μυθῶδές ἐστι, μᾶλλον δὲ ὅλως ἄπιστον, ὅτι μυρίων καὶ τετρακισχιλίων πεσόντων ὑπὲρ ἡμίσεις ἦσαν οὓς αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ Ῥωμύλος ἔκτεινεν, quae cantilenam popularem sapiunt.

Sed ne sic quidem Dionysius ad fidem faciendam quidquam profecit. Passim errores et fraudes perpluunt et fabulas esse fictas et exornatas certis indiciis deprehendimus. Utar uno exemplo. Suessa Pometia a Tarquinio Superbo capitur, diripitur, incolis *omnibus* aut necatis aut in servitutem abductis. Praeda ingens capta: οὕτω δὲ ἄρα πολὺς ὁ καταληφθεὶς ἄργυρός τε καὶ χρυσὸς ἦν ὥστε τῶν μὲν στρατιωτῶν ἕκαστον πέντε μνᾶς ἀργυρίου λαβεῖν, τὸ δὲ τοῖς θεοῖς δεκατευθὲν ἀργύριον τετρακοσίων οὐ μεῖον γενέσθαι ταλάντων. Dionys. IV. pag. 766. Sumta haec esse ex Fabio Pictore apparet ex Livio I. 53 et 55. in qua re iuvat ostendere Livii errorem Fabii verba Graeca perverse accipientis. *Pometinae manubiae* (inquit), *quae perducendo ad culmen operi destinatae erant, vix in fundamenta suppeditavere. Eo magis Fabio* (*praeterquam quod antiquior est*) *crediderim quadringenta ea* SOLA *talenta fuisse, quam Pisoni qui quadringenta millia pondo argenti seposita in eam rem scribit.* Ergo quadringenta talenta VIX in fundamenta suppeditaverunt et ex una urbe quatuor

millia talentorum praedae facta sunt et decuma Iovi consecrata militibus viritim divisa; unde colligas plus quam quadraginta millia armatorum in ea expeditione fuisse. Nugae! Apud Fabium contra τὸ τοῖς θεοῖς δεκατευθὲν ἀργύριον dicitur τετρακοσίων οὐ μεῖον γενέσθαι ταλάντων, non ἡ τοῖς θεοῖς ἐξαιρεθεῖσα δεκάτη. Itaque quum quadringenta non minus talenta capta essent de more decima pars praedae talenta QUADRAGINTA Iovi consecrata vix in fundamenta suppeditaverunt. Fieri potest ut non sit verum (et difficillimum est haec omnia pro veris legere) sed non est incredibile neque absurdum. Sed quis credat 360 talenta viritim militibus esse divisa ὥστε τῶν στρατιωτῶν ἕκαστον πέντε μνᾶς ἀργυρίου λαβεῖν? Idem inducit Brutum τὸν δημαγωγὸν narrantem pag. 1208. *Reges* (inquit) *capta Suessa Pometia* φέροντες εἰς μέσον ἔθηκαν ἅπασι τὴν ὠφέλειαν, ὥσθ' ἡμᾶς χωρὶς ἀνδραπόδων καὶ βοσκημάτων καὶ τῆς ἄλλης κτήσεως πολλῆς οὔσης καὶ καλῆς ἀργυρίου πέντε μνᾶς κατ' ἄνδρα διανείμασθαι. Verum esto; de Suessa Pometia quidem actum est. Ecce autem post annos paullo plus quam XXV Consul P. Servilius Priscus Structus *ad Suessam Pometiam legionibus ductis intra paucos dies oppidum capit: captum praedae datum*, teste Livio II. 25. Audi nunc Dionysium pag. 1108. ὁ Σερουΐλιος — ἀναλαβὼν τὰς δυνάμεις ἦγεν ἐπὶ τὴν ἀγχοτάτω Σούεσσαν Πομετιανήν, ἣ μεγέθει τε περιβόλου καὶ πλήθεσιν οἰκητόρων ἔτι δὲ δόξῃ καὶ ΠΛΟΥΤΩΙ πολὺ τῶν ταύτῃ ὑπερέχειν ἐδόκει καὶ ἦν ὥσπερ ἡγεμὼν τοῦ ἔθνους. — εἷλεν αὐτοὺς ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ καὶ τοὺς ἐν ἥβῃ πάντας κατέσφαξεν. ἐπέτρεψε δὲ καὶ ὅσα ἦν ἐνταῦθα χρήματα τοῖς στρατιώταις φέρειν τε καὶ ἄγειν.

Ad haec in mentem venit dicti veteris:

OPORTET MENDACEM ESSE MEMOREM.

Pag. 1314. οἱ μὲν οὖν ἐπὶ ΣικελίΑΝ πλέοντες. Libri ΣικελίΑΣ, quod unice verum. Stephanus accusativum reponens non cogitarat quid interesset inter πλεῖν ἐπ' Ἀθηνῶν, quod socii et amici ineunte vere faciebant, et πλεῖν ἐπ' Ἀθήνας, quod de hoste dicitur infesta classe Athenas petente.

Itaque Romanorum legati frumentum in Sicilia emturi ἔπλεον ἐπὶ Σικελίας, non ἐπὶ Σικελίαν.

Pag. 1316. ὅτι πρᾷος ἦν φύσει καὶ μαλακὸς [εἰς] ὀργήν. Delenda est cum dicendi usu pugnans praepositio. Graeci χαλεπὸς ὀργήν, πικρὸς ὀργήν et sim. dicebant; itaque et μαλακὸς ὀργήν. cf. pag. 747. βαρύς τε καὶ χαλεπὸς ὀργήν. pag. 781. πικρὸς ὀργήν. pag. 1556. οὔτε χαλεπὸν ὀργὴν εἶναι. pag. 1384. δόξας μέτριος ὀργὴν εἶναι.

Recurrit vitium idem pag. 1863. χαλεπὸς [εἰς] ὀργὴν ἐγένετο καὶ ἀμείλικτος. Sumsit ut alia sexcenta ab Herodoto III. 131. πατρὶ συνείχετο ὀργὴν χαλεπῷ.

Pag. 1317. ἐστρατοπεδευκόσι δ' αὐτοῖς οὐ μακρὰν [ἀπὸ] τῆς πόλεως τέρας γίγνεται [θαυμαστὸν] οἷον ἐν οὐδενὶ χρόνῳ μνημονεύεται γενόμενον. Et reliqui omnes et Dionysius constanter μακρὰν τῆς πόλεως dicebant. Inserta est nonnumquam inutilis praepositio, ut h. l. et pag. 576. οὐ μακρὰν [ἀπ'] ἀλλήλων.

Τέρας θαυμαστὸν apud hominem superstitiosum in tanta prodigiorum copia ferri potest et alibi apud Dionysium legitur, ut apud Gellium XV. 4.

portentum inusitatum conflatum est recens.

sed ubi additur οἷον ἐν οὐδενὶ χρόνῳ μνημονεύεται γενόμενον satius est θαυμαστὸν delere.

Pag. 1319. ὁ μὲν πεζὸς αὐτῶν στρατὸς ὁ πολὺς περὶ ἑαυτῷ σφαλεὶς — ἔΦΕΥγεν. Bene comparavit Editor Thucydidem I. 69. ἐπιστάμενοι τὸν βάρβαρον αὐτὸν περὶ αὐτῷ τὰ πλείω σφαλέντα, sed non opus est ex h l. αὐτὸς περὶ ἑαυτῷ apud Dionysium scribere. Melius in fine rescripseris ἔφυγεν pro ἔφευγεν.

Pag. 1324. αὐτΟC ἄγγελος τοῖς Κυμαίοις τῆς αὐτοῦ νίκης βουλόμενος γενέσθαι. Eo sensu solebant composito nomine uti αὐτάγγελος γενέσθαι. Plutarchus in vita *Catonis Censorii* cap. 14. μετὰ δὲ τὴν μάχην εὐθὺς εἰς Ῥώμην ἐπέμπετο τῶν ἠγωνισμένων αὐτάγγελος. Addam locum Plutarchi *de gloria Atheniensium*, ut mendis liberem. Legitur pag. 347. c. οἱ δὲ πλεῖστοι λέγουσιν Εὐκλέα δραμόντα σὺν τοῖς ὅπλοις θερμὸν ἀπὸ τῆς μάχης καὶ ταῖς θύραις ἐμπεσόντα τῶν πρώτων τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν. Χαίρετε καὶ χαίρομεν. εἶτα εὐθὺς ἐκπνεῦσαι. πλὴν οὗτος μὲν αὐτάγγελος

ἧκε τῆς μάχης ἀγωνιςὴς γενόμενος. Legendum arbitror: ταῖς θύραις ἐμπεσόντα τῶν πρΥΤΑΝΕων τοσοῦτον εἰπεῖν· Χαίρετε ΝΙΚΩΜΕΝ. εἶτ' εὐθὺς ἐκπνεῦσαι. et sic passim *nuncius ex proelio* αὐτάγγελος appellatur.

Pag. 1326. πονηροὺς ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος εἶχον διαλογισμούς. Mendose Urbinas: πονηρὰς — διαλλαγάς. Lacunam vides ΔΙΑΛ**** male expletam.

Pag. 1328. δύο τὰ κάκιςα τῶν ἐν ἀνθρώποις καθίςαται πολιτευμάτΩΝ. Legendum πολιτεύματα, ut fert Graecorum in huiuscemodi compositione constans consuetudo.

Aristodemus Cumanorum tyrannus. pag. 1329 cives iubet arma omnia in templis deponere: κεῖσθαι δ' αὐτὰ παρὰ τοῖς θεοῖς ἐν καλῷ. Nondum deposita erant; itaque κείσΕСθαι verum est.

Pag. 1331. οὐ μικρὸν αὐτῷ δέος 'ΕΠΙτρέφεσθαι νομίσας. Acute vidit Stephanus 'ΥΠΟτρέφεσθαι requiri, quod dicitur de eo quod in occulto crescens in infortunium aut perniciem alicuius postea erupturum sit, ut caedis nefariae auctori ultor ὑποτρέφεται. Eleganter dixit Dionysius pag. 832. ἵν' ἀκριβῶς μάθητε οἵους σκύλακας ὑμῖν ἡ Ταρκυνίου τυραννὶς ὑποτρέφει. Eodem modo in libris peccatur pag. 1997. ἵνα δὲ μᾶλλον μάθῃς ἡλίκον ἄρα τῇ πόλει κακὸν 'ΕΠΙτρέφων ἐλάνθανες, ubi iterum Stephanus 'ΥΠΟτρέφων emendavit.

Kiessling. h. l. certam correctionem recepit, sed pag. 1331. vitium inemendatum reliquit.

'Επιτρέφεσθαι dicitur iuventus, quae *laeta succrescit*, ut in vicinia pag. 1332. ἐκθηλῦναι τὴν ἐπιτρεφομένην νεότητα ἐπεβάλετο.

Pag. 1333. οὓς ἅπαντας ἀποκτεῖναι — προελόμενος ἐπέσχεν — [καὶ] κατ' ἀγροὺς κελεύσας διατρίβειν. Expuncta molesta copula omnia recte et ordine decurrunt.

Pag. 1334. καὶ ὅσα μὴ δύναιντο φέρειν τε καὶ ἄγειν [χρήματα

καὶ βοσκήματα] τὰ μὲν ἐνεπίμπρασαν τὰ δὲ κατέσφαττον. Puerilis annotatiuncula ex margine irrepsit.

Pag. 1335. οἷς ἐνετείλατο τοὺς φυγάδας — πρὸς αὐτὸν ἄγειν. Ab Herodoto sumsit ἐνετείλατο, quo verbo nemo Atticorum utebatur.

Pag. 1337. οὐδὲ παρὰ ταῖς θύραις πολλήν τινα — εὗρον φυλακήν. Libri περὶ ταῖς θύραις. Verum esse arbitror περὶ τὰς θύρας. *circa fores*. Photius Περιθυρεῖν: περὶ θύρας εἶναι, quod de magno hominum numero dicitur.

Pag. 1337. memorabilis est scripturae varietas in verbis: τοὺς μὲν ἄλλους σύμπαντας οὔτε τῶν σωμάτων ἔτι καρτεροὺς ὄντας οὔτε τῶν φρενῶν διὰ τὸν οἶνον προβάτων δίκην κατέσφαξαν. in omnibus libris praeter unum Urbinatem pro καρτεροὺς ὄντας legitur κρατοῦντας. Interpolator ἐπ' αὐτοφώρῳ tenetur et perspicue interpretatio antiquam lectionem expulit.

Καρτερός τινος pro ἐγκρατής, κύριος etiam aliis sequioribus placuit, quorum locos servavit Suidas in v.

Pag. 1339. ἦν δὲ οὐδὲν εἶδος ἀναγκαίας τροφῆς ὃ οὐκ ἐπείραζον ἔτι. Sensu caret ἔτι. Ratio ducit, et vitae usus ad ὃ οὐκ ἐπείραζόν τινες.

Pag. 1342. τῷ δήμῳ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἦν ἀσμένῳ ΤΟΥΣ κληρούχους διαλαγχάνειν. Excidit articulus ΤΟ τοὺς κληρούχους.

Pag. 1343. — τὸν λοιμὸν ὃς ἐν τῇ μελλούσῃ αὐτὸν ὑποδέχεσθαι ΠΟΛΥΣ γενόμενος τοὺς οἰκήτορας διεφθάρκει. Libri deteriores servant veram lectionem πόλει pro πολύς. Scribebatur π'.

Pag. 1344. παρελθὼν Σικίνιος πολὺς ἔρρει κατὰ τῆς βουλῆς. Sumtum est ex decantato loco Demosthenis *de Corona* pag. 272. 19. τότε ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐχ ὑπεχώρησα, de quo Demetrius in elegantissimo libro περὶ ἑρμηνείας § 272. καὶ γὰρ μεταφέροντα ἐστι

δεινὰ ποιεῖν ὡς τό· „τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν."

Simili metaphora πολὺς πνεῖν dicitur aliquis pag. 1426. τῆς αὐθαδείας ἧς πολὺς ἔπνει τότε et pag. 1628. ἐν οἷς γὰρ ἀνθεῖν ἐδόκεις πολιτεύμασι καὶ πολὺς ἔπνεις.

Pag. 1346. προσαναγκάσων τοὺς ἐκκαύσαντας τὸ δεινὸν κατασβέσαι, imo vero ΚΑΙ κατασβέσαι, ut in notissimo:

Τήλεφον ὁ τρώσας καὶ ἰάσατο.

Plato in *Gorgia* pag. 447. *b*. ἐγὼ γὰρ καὶ ἰάσομαι, ubi vide Stallbaumium.

Pag. 1346. τῶν δὲ μηδὲν ἐνδιδόναι μαλακίζεσθαι συμβουλευόντων πρὸς [τὸν δῆμον] ὄχλον αὐθαδῆ καὶ ἀμαθῆ. Ostendimus supra μηδὲν ἐνδιδόναι μαλακΟΝ corrigi oportere. Perspicuum est τὸν δῆμον in Urbinate omissum olim ab homine futilissimo in margine adscriptum fuisse. In reliquis desideratur coniunctio; supplendum: — ἀμαθῆ (ἢ) θρασεῖαν — δημοκόπων μανίαν.

Pag. 1349. τί οὖν Μαθόντες ἐμποδὼν ἵστασθε ἡμῖν; Tralaticium vitium est pro τί οὖν Παθόντες, quod in Urbinate repertum spernitur. In ea locutione, qua sexcenties Dionysius utitur, libri perpetuo fluctuant. Saepissime τί παθών, παθόντες evasit; non minus saepe τί μαθών, μαθόντες vitiose scribitur. Emendandum igitur pag. 1691. τί οὖν Παθόντες ἃ τότε συνεχωρήσαμεν νῦν ἀναθησόμεθα; et pag. 1378. τί οὖν Παθόντες ἐπιχειρεῖτε πάντα συγχεῖν ταῦτα νυνί; Sine mendo pag. 1375. τί οὖν παθόντες οἱ δημαγωγοὶ ἡμῖν ἐγκαλοῦσιν; in quibus omnibus inest stultitiae exprobratio.

Pag. 1351. οὐ μὴν ἅπασί γε εἰσῄει καὶ μάλιστα τοῖς πρεσβυτέροις ὀλιγωρία τοῦ πράγματος, ἀλλὰ προσέχειν μή τι ἀνήκεστον ἢ τοῦ ἀνδρὸς ἐξεργάσηται μανία. Non est sanum προσέχειν, quod ex εἰσῄει suspendi non potest. Fortasse verum est προσεῖχον.

Post pauca scribendum: ὄχλος γὰρ ὅσος οὐδεπώποτε συνῆλθεν.

Pag. 1352. ἐπικελεύσαντος τοῦ δήμου — τὸν νόμον εἰσφέρειν

ἔχων αὐτὸν ἤδη γεγραμμένον ἀνεγίγνωσκε καὶ ψῆφον ἀναδίδωσι τῷ πλήθει περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα [ἐπενεγκεῖν]. Ultima pars loci manifesto mendosa est. Editori placet ʽΑΜΑ δίδωσι. sed ἀναγιγνώσκων ἅμα cum rei natura non congruit. Solemne est Dionysio dicere ψῆφον ἀναδιδόναι et ψῆφον ἀναλαμβάνειν. Itaque servato ἀναδίδωσι resecuerim ἐπενεγκεῖν.

Pag. 1353. οὐθ' ὧν ὁ δῆμος γνοίη τῇ βουλῇ φίλιόν τι ἦν. Ridiculum est φίλιον pro φίλον. Belli vocabula sunt, in quo distinguuntur οἱ φίλιοι *cives* ac *socii* et οἱ πολέμιοι. Saepius vidimus φίλος scribi ubi φίλιος necessarium est; nonnumquam ut h. l. contrario errore peccatur. *Gratum* et *acceptum* non aliter quam φίλον dicitur, ut in illo:

ὅ,ττι καλὸν φίλον ἐςὶ, τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐςί.

Pag. 1355. ἀλλὰ διέμενον ὥσπερ οἱ σωφρονέςατα πολιτευόμενοι πρὸς τοὺς υἱοὺς πατέρες. Editor: „πολιτευόμενοι *vix sanum est*" et παιδευόμενοι coniecit, infeliciter admodum. Sequiorum usu πολιτεύομαι est ἀναςρέφομαι, συναναςρέφομαι, ut apud Dionem Chrysost. II. p. 40. Reisk. ὑποψία ὑπῆρχεν ὡς οὐχ ἡδέως ὑμῶν διακειμένων ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνός τε ἐπολιτεύετο πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑμεῖς πρὸς ἐκεῖνον. et saepe apud alios eo sensu πολιτεύεσθαι ponitur.

Pag. 1355. plurimi, inquit, ex urbe Roma alio migrarunt, ὧν οἱ μὲν ἀνέςησαν αὖθις, — οἱ δὲ καὶ διέμειναν. Ergo alii non ἀνέςησαν sed *redierunt* ἐνόςησαν.

Pag. 1357. adde praepositionem καὶ (ἐν) τῇ πρὸς Ἀντιάτας ἀριςεύσας μάχῃ.

Pag. 1357. ἀποςερέσθαι ἐδόκουν τῆς ὁμοίας εὐτυχίας. Libri ἀποςερεῖσθαι. Sylburg. ἀπεςερῆσθαι coniecit Kiessling. ἀποςερέσθαι reposuit. Verum esse arbitror ἀποςέρεσθαι, de qua forma perfecti supra diximus.

Pag. 1362. καὶ νῦν τυραννικὴν ἐξουσίαν περιβαλόμενος — λέληθεν ὑμᾶς. Rectissime Urbinas περιβαΛΛόμενος.

Post pauca ex Codice C expunge articulum in verbis: *τοῖς ἐλευθέραν [τὴν] φωνὴν ἀφιεῖσιν*, et noli recipere suadente Editore mendosam librorum scripturam *ἀνομολογήσετε* pro sanissima *ἂν ὁμολογήσΑΙτε*.

Pag. 1372. *ἥ] τε αἰδὼς ὑφ' ἧς [κρατούμενοι] τέως οὐδὲν ἐτόλμων εἰς ἀλλήλους παρανομεῖν τότε ἀνῄρητο.* Ecce iterum Crispinus cum suo additamento. Quid notius quam *ὑπ' αἰδοῦς, ὑπ' αἰσχύνης*, ut *ὑπὸ δέους, ὑπὸ λύπης* et pag. 463. *ἐξέστηκας τῶν φρενῶν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς*. et sim. sexcenta.

Pag. 1374. *μηδεμίαν ἄλλην ἀποτροφὴν ἔχουσιν.* Dixerat ut solet *ἀποστροφήν confugium*, idque in optimo Codice legitur.

Pag. 1375. *πάντα τὰ τοιαῦτα ἐγκλήματα ἔργοις ἀπολυσόμεθα οὐκ εἰς μακρὰν οὔτε κακὸν οὐδὲν ὑμᾶς ἐργαζόμενοι τήν τε ἐξουσίαν τῶν δημάρχων — βεβαιοῦντες.* Perspicuum est *ἐργαΖόμενοι* reponi oportere.

Pag. 1378. *εἰ γὰρ [ἐν] τοῖς μετέχουσι τῆς βουλῆς φοβερὸν ποιήσετε τὸ [μὴ] μετὰ παρρησίας ἃ φρονοῦσι λέγειν.* Manifestum est utrumque emblema Reiskio auctore una litura esse delendum. Miror quo pacto haec Editor retinuerit qui in talibus acutum cernere solet et libris quid sit credendum quid non credendum probe novit.

Pag. 1380. *καὶ διαστασιάζουσι τὴν πόλιν.* Vitioso sequiorum usu *στασιάζειν* et *διαστασιάζειν* verba transitiva facta sunt et significant *στάσιν ἐμποιεῖν*, ut iterum pag. 1384. *ἐστασιακὼς τὴν πόλιν*. cf. *Var. Lectt.* pag. 31.

Pag. 1381. *οὐκ ὀνειδίσαι βουλόμενοι ὑμᾶς ἀλλ' ἐπιεικεστέρους ποιῆσαι.* Editor *ὑμῖν* probat, sed quod additur *ἀλλ' ἐπιεικεστέρους ποιῆσαι* facit ut *ὑμᾶς* sit necessarium. *Ὀνειδίζειν τινά* perinde bene dicitur atque *λοιδορεῖν τινά*.

Pag 1385. *εἰ μὴ ἄρα τοῖς ὑπάτοις — καλῶς ἔχει πείθειν ὑπὲρ σοῦ τὸν δῆμον, σοὶ δὲ οὐκ ἄρα καλῶς ἕξει τὸ αὐτὸ τοῦτο περὶ*

σεαυτοῦ ποιήσαντι. In hac ironica oppositione *μέν* est prorsus necessarium *τοῖς* MEN *ὑπάτοις.* Mirum est quam saepe *μέν* ubi deesse omnino nequit in libris non compareat.

Deinde scribe *Ὑπὲρ σεαυτοῦ.*

Pag. 1392. *τῆς δὲ τοῦ σίτου [διαπράσεώς τε καὶ] διαθέσεως — αὐτοὶ ἐπιμελησόμεθα.* Non solet Dionysius inepte vocabula prorsus *ἰσοδύναμα* coniungere. Nihil plane interest inter *διάπρασις* et *διάθεσις. Διατίθεσθαι* enim est *πωλεῖν, ἀποδίδοσθαι* apud Herodotum et Atticos veteres. Harpocration *Διάθεσις ἀντὶ τοῦ πρᾶσις Ἰσοκράτης Βουσίριδι* (pag. 224. *b.*). *ἀντὶ δὲ τοῦ ἀποδεδόμεθα* (leg. *ἀπεδόμεθα*) *διεθέμεθα εἶπεν Ἀντιφῶν.*

Lubenter Dionysius vetere vocabulo usus est, cui nescio quis interpretationem adscripsit.

Pag. 1393. *ἔδοξεν αὐτοῖς — πείθειν τοὺς προεστηκότας αὐτῶν χάριτι τῆς βουλῆς παύσασθαι καὶ μὴ παράγειν τὸν Μάρκιον. εἰ δὲ μὴ [πείθοιεν] εἰς μακροτάτους ἀναβάλλεσθαι χρόνους.* Expungendum est *πείθοιεν*, quoniam utrumque a tribunis plebei petebant aut ut Marcium in iudicium non adducerent aut ut in longissimam diem iudicium procrastinarent.

Apparet ex sqq. *παρὰ δὲ τῶν δημάρχων τὴν μὲν ὁλοσχερῆ πάρεσιν οὐχ εὕροντο, τὴν δὲ εἰς χρόνον ὅσον ἠξίουν ἀναβολὴν ἔλαβον.*

Pag. 1399. *ὅτε τοὺς βασιλεῖς ἀπηλάσατε.* Discrepant testes; alii *ἀπηλλάξατε*, alii *ἀπηλάσατε* servarunt. Utra est lectio potior? Sine controversia verum est *ἀπηλλάξατε*, id est *ἀπελθεῖν ἐποιήσατε*, namque *ἀπελάσαι*, quod est *abigere, aditu arcere*, ab h. l. alienissimum est. Rectissime contra dicitur infra: *καὶ τοὺς βασιλεῖς ἐπιόντας ἀπεώσασθε* de regibus per vim in urbem *reverti* conantibus. cf. pag. 1510: *ἐδόκει πᾶσιν ἀπαλλάττειν τοὺς ἄνδρας ἐκ τῆς πόλεως —, ἐπιμεληθῆναι δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς αὐτῶν τοὺς ὑπάτους.*

Pag. 1400. *οὐ γὰρ δὴ [τοῦτό γ' ἂν εἴποι τις ὅτι] τῶν μὲν ἰδιωτῶν [ὄντων] οἷς τὸ μειονεκτεῖν συμβαίνει περὶ τὰς κρίσεις κυρίαν εἶναι δεῖ τὴν ἐπὶ τὸν δῆμον πρόκλησιν, ἡμῖν δὲ τοῖς δημάρχοις ἄκυρον.* Fieri potest ut Dionysius ipse addiderit verba *τοῦτο*

γ' ἂν εἴποι τις ὅτι, sed consuetudo frequens apud Atticos, frequentior etiam apud Atticorum imitatores ex praecedente *οὐ γάρ, οὐ γὰρ δή. οὐ γὰρ δήπου* ita suspendit per *μέν* et *δέ* duas propositiones aientem et negantem ut appareat fieri non posse ut altera vera sit, altera non sit. Exempla passim legas apud Demosthenem veluti pag. 229. 20. *οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ, ἐμὲ δὲ εἴπερ ἐξελέγξειν ἐνόμιζεν οὐκ ἂν ἐγράψατο.* Multum haec compositionis forma Dionysio placuit, qui et saepe utitur et etiamnunc usus esse videtur.

Praeterea expunge molestum *ὄντων* in *τῶν μὲν ἰδιωτῶν [ὄντων] οἷς*, quod perinde vitiosum est ac si in sqq. *ἡμῖν δὲ δημάρχοις [οὖσιν]* scribere quis vellet.

Pag. 1401. *διὰ τοῦτο παρακινδυνεύσαντες* 'ΥΦ' *ὑμῖν γενέσθαι δικασταῖς ἥκομεν.* Dionysius scripserat 'ЄΦ' *ὑμῖν*, sed nihil hac confusione frequentius. Quid intersit supra ostendimus.

Pag. 1401. *ἀξιοῦμεν, ὦ βουλή, μήτε πλεῖον ἔχειν ὑμῶν [τὸν δῆμον] μήτε μεῖον — [οἱ] πολλοὺς καὶ μεγάλους συνδιενεγκόντες ὑμῖν πολέμους καὶ — ἐπιδειξάμενοι καὶ — παρασχόμενοι.* Recte Urbinas *οἱ* omittit, sed praeterea luce clarius est *τὸν δῆμον* eximi oportere. 'Apparet enim ex *συνδιενεγκόντ*ЄC, quod ad *ἀξιοῦμεν* (*ἡμεῖς*) refertur; *ἡμεῖς* nempe *οἱ δημόται.* Confirmatur ex sqq. *οὕτω δ' ἂν ἡμῖν τὸ μὴ μεῖον ἔχειν τῶν δικαίων, — εἰ τοὺς ἐπιχειροῦντας εἰς τὰ σώματα ἡμῶν καὶ τὴν ἐλευθερίαν παρανομεῖν κωλύοιτε*, quae de *tota plebe*, non de *tribunis* dici apertum est.

Tribunus Plebis Decius pag. 1401. enarrans quam bene homines de plebe de re Romana meriti essent ita dixit: *ἀξιοῦμεν μήτε πλεῖον ἔχειν ὑμῶν μήτε μεῖον — πολλοὺς καὶ μεγάλους συνδιενεγκόντες ὑμῖν πολέμους καὶ περὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν* ΠΟΛЄΜΩΝ *πλείστην ἐπιδειξάμενοι προθυμίαν καὶ τοῦ μηδενὶ τὸ κελευόμενον ποιεῖν τὴν πόλιν — οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν παρασχόμενοι.* Quod primo et tertio loco commemorat luce clarius est: *multa magna bella una vobiscum gessimus — et pro libertate fortiter ac strenue pugnavimus*, sed quod medium ponit prorsus intelligi

nequit, quia absurdum plane est: *πλείστην προθυμίαν ἐπιδείξασθαι περὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν πολέμων.* Sed res ipsa claram lucem affert et reperta loci sententia vera scriptura facili negotio reperietur. Dixit nempe Decius idem quod in eodem argumento multis demonstrat Brutus pag. 1207. sqq. *plebem eniso studio adiuvisse Patricios in regibus exigendis*, quam partem orationis pag. 1211. sic concludit: *ἃ μὲν δὴ εἰς τὸ συνελευθερῶσαι ὑμᾶς ἀπὸ τῶν* ΤΥΡΑΝΝΩΝ *παρεσχόμεθα — ταῦτά ἐστιν.* En veram lectionem! *καὶ περὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν* ΤΥΡΑΝΝΩΝ *πλείστην ἐπιδειξάμενοι προθυμίαν.* Paullo ante dixerat: *τοὺς βασιλεῖς ἀπηλλάξατε συμμάχους ἔχοντες ἡμᾶς*, nunc idem dixit aliis verbis: *περὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν τυράννων πλείστην προθυμίαν ἐπεδειξάμεθα.* In sententia certa facile intelligitur quo pacto absurda scriptura nata sit. Lacuna in

ΤΗΝΑΠΑΛΛΑΓΗΝΤΩΝ******ΩΝ

expleta est sic ut isti solebant.

Pag. 1403. *μικροῦ μὲν ἔμπροσθεν.* Graecum est *μικρ*ΩΙ *ἔμπροσθεν, ὀλίγῳ πρότερον* et similia.

• Pag. 1407. *ἐν ᾧ τετρύχωται* (plebs) *ὑπ' ἀχρηματίας.* Veteres omnes in perfecto *τετρῦσθαι* dicebant, non *τετρυχῶσθαι*, sed turbant in his Graeculi ad suam *συνήθειαν* delapsi. cf. *Var. Lectt.* pag. 526.

Pag. 1408. *ὥστε μηδὲν ἂν γενέσθαι τὸ διὰ μέσου ἀλλ' ἤτοι τὸ δημοτικὸν ἀπολωλέναι ἅπαν ἢ* (*οὐδὲ* add. Reiske) *τὸ τῶν πατρικίων περιλελεῖφθαι γένος.* Pro *οὐδέ* perspicuum est *μηδέ* requiri.

Vitiose dictum est pag. 1408. *οὐ γὰρ ἂν — παρέσχομεν ἑαυτοὺς οἱ μὲν ἐκπεσεῖν οἱ δ' ἀποθανεῖν.* Natura rei et constans usus Veterum requirunt verba activa *οἱ μὲν ἐκβαλεῖν, οἱ δ' ἀποκτεῖναι*, ut in *παρέχειν ἑαυτὸν τέμνειν καὶ κάειν* et similibus omnibus, sed ipsius Dionysii hic error est, non scribarum. Eiusdem vitio tumida et inepta nata est in sqq. oratio: *μέγαν αἵματος κρατῆρα πολιτικοῦ στήσαντες.*

Pag. 1409. *στῖφος ἀνθρώπων — παρ' ἑαυτῷ ἔχων.* Usitatum

est in ea re *περὶ ἑαυτὸν ἔχων*, si quis armatis hominibus aut satellitibus stipatus est. *Παρ' ἑαυτῷ* est *apud se* id est *domi suae.*

Pag. 1409. *καλούμενος ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἡμῶν οὐκ ἀπαντᾷ καὶ τοῖς ὑπηρέταις — πληγὰς ἐντρίβεται.* Flosculum ex Aristophanis hortis decerpsit Dionysius ex *Equitibus* vs. 4.

ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν
πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.

Sed non meminerat *προστρίβεσθαι πληγάς* non esse *τύπτειν*, sed *facere ut vapulet aliquis* calumniando servulos apud herum. *Προστρίβειν* et *ἐντρίβειν κονδύλους, πληγάς* et sim. eo sensu quem locus postulat dicendum.

Pag. 1410. *τὰ μὲν ἤδη πεπονθότες — τὰ δὲ — π α ρ ὰ σ χ ε δ ὸ ν ἐλθόντες παθεῖν.* Scribendum uno verbo *παρασχεδόν*, ut in excerptis libri XII. pag. 182. Kiessl. *παρασχεδὸν ἐλθὼν ἀποθανεῖν.* Probati scriptores dicebant *παρὰ μικρὸν ἐλθών.*

Post pauca: *ἐπὶ δίκην αὐτὸν προκαλούμενοι* optime Grimm. emendavit *πρΟCκαλούμενοι*, quod verbum in ea re solemne et certum est. Legitur tamen saepius in Dionysii libris *προκαλεῖσθαι* et *προὐκαλέσαντο ἐπὶ δίκην*, sed omnia haec perinde mendosa esse videntur.

Pag. 1411. *ἡμαρτηκότος λαβὲ — σχῆμα ταπεινὸν [ἐλεεινὸν] οἷον ἀπαιτοῦσιν αἱ συμφοραί.* Vel asyndeton arguit emblema.

Pag. 1412. *τὰ περὶ τὴν σιτοδοσίαν ἔναγχος [τοῦ χρόνου] προσκρούσματα.* Expunge *τοῦ χρόνου* quod et inepte *παρέλκει* neque ex *ἔναγχος* pendere potest. Etiam alibi ad *ἔναγχος* male adhaesit *τοῦ χρόνου.*

Pag. 1413. *καὶ δεῖσθαι* MΕΝ *τῶν δημοτῶν — οὗτοί* ΓΕ *πάντες οὐδὲν αἰσχρὸν εἶναι νομίζουσι, σὺ* ΔΕ *δι' αἰσχύνης λαμβάνεις.* Non est *μέν* suo loco positum. Transpone: *καὶ δεῖσθαί* ΓΕ — *οὗτοι* MΕΝ *ἅπαντες κτέ.* *Δεῖσθαί γε* est in libris omnibus.

Pag. 1413. *εἰ καὶ πάντες ὑμεῖς ἀνεδέχεσθε τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ πόλεμον [ψηφίσασθαι].* Nullo modo *ψηφίσασθαι* locum suum

optinere potest. Neque enim Sctum de ea re fieri potuit, neque *ἀνεδέχεσθε ψηφίσασθαι* componi. Expuncto emblemate rectissime se habent omnia.

Pag. 1414. *καὶ τοῦτον ὅμως εἰσί τινες οἱ ΠΑΡΑψύχοντες καὶ ΠΑΡΑκροτοῦντες ἐξ ὑμῶν.* Reiske *περιψύχοντες καὶ περικροτοῦντες.* „*ambae dictiones* (inquit) *e sacris mysticis Adonidis sumtae sunt. περιψύχειν τὸν Ἄδωνιν, περικροτεῖν τὸν Ἄδωνιν, flabellis Adonidi adspirare auras frigidulas. et tympanis sistrisque argutum tinnientibus Adonin circumstrepere.*" Suspicor haec Reiskium non aliunde collegisse quam ex Alciphronis Epistola I. 39. *σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες.* et in fine: *ὅπως δ' ἥξεις φέρουσα κηπίον καὶ κοράλλιον καὶ τὸν σὸν Ἄδωνιν ὃν νῦν περιψύχεις.* unde saltem de usu et notione verbi constat. *περιψύχειν* enim est quod Cicero scribit in lepida epistola *ad Famil.* I. 9. § 19. *familiariter atque hilare amplexari*, neque dubitandum est quin utraque Reiskii emendatio sit recipienda in textum.

Pag. 1415. *οὐ δύνανται συνιδεῖν ὅτι οὐδὲν μᾶλλον κατὰ τοῦ ταπεινοτέρου μέρους τῶν ἐν τῇ πόλει φύεται τουτὶ τὸ κακὸν καὶ κατὰ τοῦ σεμνοτέρου· ἀλλ' οἴονται τοῦ διαφόρου φύσει καταδουλωθέντος καὶ* (Urbinas *καὶ μὴ*) *τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἕξειν ἀσφαλῶς.* Pro absurdo *φύσει* recte Kiessling. *σφίσι* reponebat. Recepisset in textum si meminisset passim *σφίσι* in *φησὶ* aut in *φύσει* depravari solere.

In sqq. *καί* molestum est et sententiae inimicum. Sed in Urbinatis scriptura *καὶ μή* latet vera lectio *καὶ ΔΗ τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἕξειν ἀσφαλῶς.*

Καὶ δή ponitur ut apud Demosthenem *de Corona* pag. 318. 1. *ὡς ἐὰν πρότερός τις εἴπῃ τὰ προσόνθ' ἑαυτῷ περὶ ἄλλου ΚΑΙ ΔΗ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα.*

Pag. 1416. *ἐβουλόμην ἂν — ἐμαυτὸν μὲν ἁμαρτεῖν γνώμης ἣν εἶχον περὶ τῶν πρὸς τὸν δῆμον διαλύσεων ʻΩC οὔτε καλὴν καὶ δικαίαν, οὔτε συμφέρουσαν ὑμῖν ὑπΕλάμβανΟΝ ἔσεσθαι τὴν τῶν φυγάδων κάθοδον.* Primum *μέν* inserendum: *ἐβουλόμην ΜΕΝ ἄν*, quibus verbis respondent: *ἐπειδὴ Δ' οὐχ ὡς ἐβουλόμην κτἑ.*

Deinde exemto ὡς scribendum ὑπΟλαμβάνΩΝ. Vulgatae compositio soloeca est.

Pag. 1418. ἕως δ' ἂν ἔχω τὴν ψυχὴν οὐδείς με 'ΑΦέξει Φόβος μὴ οὐχ ἃ Φρονῶ λέγειν. Non continet verbum ἀπέχειν eam notionem, quam locus manifesto postulat. Legendum 'ΕΦέξει. Quod Reiske coniecit ἀΦέΛξει cum sequentibus verbis non congruit.

Pag. 1421. πολλὰ — κεκραγότος ἐμοῦ καὶ μαρτυρΟΥμένου θεούς τε καὶ ἀνθρώπους. Et turpe mendum et frequens pro μαρτυρΟμένου. Vitiose legitur pag. 392. in Urbinate θεοὺς μαρτυρούμενος, Chisianus verum dedit μαρτυρόμενος. Vitiose omnes pag. 2048. ἐπιμαρτυρούμενοι θεούς τε καὶ δαίμονας. Sine mendo pag. 412. μαρτύρομαι τοίνυν τοὺς θεούς. Mireris talia non olim esse correcta quum nemo nesciat quid inter μαρτύρεσθαι et μαρτυρεῖν intersit.

Pag. 1425. ἀΦ' ἡμῶν ἀρξάμενος (ὁ δῆμος) ἅπαν τὸ ἀντίπαλον καὶ μὴ εἶκον ὥσπερ χειμάρρους [πολὺς] ἐμπεσὼν παρέσυρεν ἂν καὶ κατήνεγκεν. Absurde additum πολύς sine mora expungendum. A Demosthene sumserat pag. 278. 8. εἰ μὴ μετέγνωσαν εὐθέως — οἱ Θηβαῖοι — ὥσπερ χειμάρρους ἂν ἅπαν τοῦτο τὸ πρᾶγμα εἰς τὴν πόλιν εἰσέπεσεν.

Pag. 1425. ταύτας ὑμῖν ὁ δῆμος — ἀμοιβὰς ἀνθ' ὧν ἔπαθε πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων — ἀπέδωκεν. Ambiguum est ἔπαθεν et requiritur *pro multis et magnis* BENEFICIIS. Itaque aut ἀνθ' ὧν (εὖ) ἔπαθεν legendum est, aut ἀνθ' ὧν ἔπαθεν (ἀγαθῶν) πολλῶν κτἑ.

Pag. 1427. — μήτε συγχωρεῖν αὐτῷ μήτ' ἐπιτρέπειν ἀλλ' ἀντιπράττεσθαι λόγοις τε καὶ ἔργοις καὶ ὁμοῦ πάντας καὶ ἕνα ἕκαςον ἰδίᾳ. Quum ἀντιπράττεσθαι sit barbarum (non minus quam χαίρομαι) Kiessling. ἀντιπράττειν coniecit. Multo lenius et facilius corriges ἀντιΤάττεσθαι, quo omnes eo sensu utuntur. Menander noto loco:

οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιτρέπειν
ἀλλ' ἀντιτάττεσθ'· εἰ δὲ μὴ τἄνω κάτω
ἡμῶν ὁ βίος λήσει μεταςραφεὶς ὅλος.

Pag. 1429. ὅταν ὑπάγωσί τινα τῶν δημοτικῶν δίκῃ. Libri δίκην. recte, namque legendum est: ὅταν 'ΕΠάγωσί τινΙ δίκην. Deinde scribe ἅς τ' ἂν ΦΕΥγωσιν et ὅταν αὐτοὶ κινδυνεύωσιν pro φύγωσιν et κινδυνεύϹωσιν, ut ὑπάγωσιν et διώκωσι demonstrat. Ἐπάγειν τινὶ δίκην frequens est apud Oratores. Demosthenes *pro Corona* pag. 277. 18. οὐδεμίαν δίκην τῶν Λοκρῶν ἐπαγόντων ἡμῖν.

Pag. 1439. ἤδη τὸ λοιπὸν ἐξΕΦαινε τῶν λόγων. Non videtur recte se habere h. l. verbum ἐκφαίνειν. Nihil enim absconditi vel occulti aperitur. Una literula mutata scribendum arbitror: τὸ λοιπὸν ἐξΎφαινε τῶν λόγων, ut apud Ciceronem *de Orat.* II. 145. *pertexe modo, Antoni, quod exorsus es.*

Video nunc a Sylburgio esse occupatum et receptum non esse miror.

Pag. 1439. μαθέτωσαν — τἀναντία ἢ τὰ προσήκοντα ὑπειληφότες. Quis Graecorum umquam sic locutus est? Et reliqui omnes et Dionysius dicebant τἀναντία ἢ προσῆκεν. Infeliciter τά in libris omissum Reiske de suo addidit.

Pag. 1446. δίδωμι ἐμαυτὸν 'ΕΠΙδικον τοῖς δημόταις, imo vero 'ΥΠΟδικον. Frequens est apud Oratores ὑπόδικον εἶναι, ποιεῖν, καθιςάναι, ut apud Isaeum pag. 110 17. οὐδεὶς γὰρ ἂν ὑμῶν τὴν φωνὴν ἀνάσχοιτ' ἂν ἀκούων εἰ νῦν μὲν ὑπόδικον ἐμαυτὸν καθιςὰς μαρτυρῶ ὡς ἔςιν ἀδελφὸς ἡμέτερος, ὕςερον δὲ φαινοίμην (leg. φανοίμην) τούτοις ἀντιλέγων, quem locum ipse Dionysius nobis servavit Tom. V. p. 618.

Non infrequens est apud Dionysium ὑπόδικος. Pro *reo* ponitur pag. 2120 οἱ μὲν ὑπόδικοι πολλὰς ἐλπίδας εἶχον ἐπὶ τῇ βουλῇ καὶ τὸ κινδύνευμα ἐν ἐλαφρῷ ἐποιοῦντο.

Pag. 1446. ῥᾳδίως ἀπολύσεται τὴν διαβολὴν ὁ ἀνὴρ βίον ἐζΗΛΩκὼς σώφρονα καὶ ἀνεπίληπτον. Requiritur paullo plus

quam ἐζηλωκώς, nempe ἐζηκώς. Sic enim sequiores pro βεβιωκώς dicere solent, ut alio loco ostendam.

Pag. 1447. αἱ δὲ ἀγοραὶ Ῥωμαίοις ἐγίγνοντο ὡς καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων δι' ἡμέρας ἐνάτης. — τὰς δὲ μεταξὺ τῶν ἀγορῶν 'ΕΠΤΑ ἡμέρας — ἐν τοῖς ἀγροῖς διέτριβον. Casaubonus: *putavit Dionysius (si quidem ita scripserit) — fuisse ab exactis nundinis ad proximas nundinas* septem *dies. At* octo *aiunt Latini scriptores, quibus potius habenda fides: ut necesse sit hoc loco esse vel* τοῦ συγγραφέως *peccatum, quod equidem non puto; vel* τοῦ γραφέως, *qui* Z *posuerit pro* H. *id est* ἑπτὰ *pro* ὀκτώ." [1]) Graviter fallitur vir egregius. Imposuit ei Rutilius apud Macrobium *Saturnal.* I. 16. „*Rutilius scribit Romanos instituisse nundinas ut* octo *quidem diebus in agris rustici opus facerent,* nono *autem die intermisso rure ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent.*" Ut appareat error satis est trinundinum ex Calendario describere:

A. b. c. d. e. f. g. h. A. b. c. d. e. f. g. h. A.

A est dies nundinarum: itaque αἱ μεταξὺ τῶν ἀγορῶν ἑπτὰ ἡμέραι εἰσίν, et Rutilius alias res agebat quum *octo* dies inter duas nundinas interpositos esse scriberet.

Saepe vidi scriptores veteres in ea re esse negligentiores et in mirificos errores se induere, ut in ipso Dionysio infra ostendam.

Quum dixisset Thucydides I 10. (*Lacedaemonii*) Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται, Pausanias scribit V. 1. 1. Ὅσοι δὲ Ἑλλήνων Πελοποννήσου πέντε εἶναι μοίρας καὶ οὐ πλείονάς φασιν, et Thucydidis interpretes quaerunt quae sint quinque partes, in quas olim tota Peloponnesus divisa fuisset. Non intellexerunt τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας significare $\frac{2}{5}$, quod aliter quam sic Graece dici non potest. Sic $\frac{1}{10}$ dicitur apud Dionysium pag. 1341. μίαν ὑπελείπετο μοῖραν ἐκ τῶν δέκα. et sic Hesiodus in lepida fabula de Tiresia apud Apollodorum III. 6. 7.

οἴην μὲν μοῖραν δέκα μοιρῶν τέρπεται ἀνήρ,
τὰς δὲ δέκ' ἐμπίμπλησι γυνὴ τέρπουσα νόημα.

---

1) Imitatur Casaubonus Polybium suum, qui dixerat XII. a. pag. 727. τοῦτο γὰρ οὐδ' ἂν εἷς εἴπειεν δήπου τοῦ συγγραφέως εἶναι τὸ διάπτωμα, τοῦ δὲ γραφέως ὁμολογουμένως.

Sic dicitur τὼ δύο μέρη *duae partes* pro $\frac{2}{5}$, *quinque partes* $\frac{5}{6}$, *novem partes* $\frac{9}{10}$, atque ita deinceps: in quibus et ipsis nonnullos falli video.

Pag. 1448. πολλὰ δὲ ἐναντιουμένων τῶν πατρικίων. Sic libri. Kiessling. de Sintenisii coniectura πολλὰ διεναντιουμένων edidit. Perperam, nam non est Graecum ΔΙεναντιοῦσθαι. Leg. πολλὰ ΔΗ ἐναντιουμένων.

Pag. 1454. ἀλλὰ τοῖς κρατίϛοις — οἷς οὐκ ἂν δικαιώσωσιν (Urbinas δικαίως) ὡς μεταβεβλημένοις τὴν Φύσιν ἀπιϛεῖν. Absurdum δικαιώσωσιν ex ΔΙΚΑΙΩCΩC natum est. Legendum: οἷς οὐκ ἂν δικαίως — ἀ π ι ϛ ο ῖ ε ν. ut pag. 2011. οἷς οὐκ ἂν δικαίως προσέχοιτε δήπου τὸν νοῦν.

Pag. 1460. ὁ δὲ ταμίας αὐτὰ (*praedam*) παραλαβὼν ἀπεμπολΕΙ, corrigendum ἀπεμπολᾷ ex constanti usu Veterum et eorum qui eos in scribendo imitantur.

Pag. 1462. τὰ δίκαια καὶ [τὰ] εὔορκα δοκεῖν ἐγνωκέναι. Spurius est alter articulus. Dicitur ἡ ὁσία (vel εὐσεβὴς) καὶ δικαία ψῆφος et similia, nam si καὶ ἡ δικαία diceretur *duae* sententiae forent. Saepe tamen in his libri peccant. Cf. *Var. Lectt.* pag. 378.

Pag. 1463. ὑπέσχετο — στρατιὰν ἐξάΓειν ἑκούσιον ἐπὶ τοὺς πολεμίους καὶ δίκην λήψεσθαι παρ' αὐτῶν. Vera lectio in omnibus libris servata est ἄξειν, quam infelici coniectura Kiessling. in ἐξάγειν mutavit. Ἄγειν satis est quia additur ἐπὶ τοὺς πολεμίους et futurum esse necessarium sequens λήψεσθαι satis confirmat.

Pag. 1464. ἐνθυμηθέντες ὅσων ἀγαθῶν αὐτοῖς ἐξὸν μεταλαβεῖν διὰ τὸ ϛασιάζΟΝ ἀπεκωλύθησαν. Clamat sententia verum esse διὰ τὸ ϛασιάζΕΙΝ. Suo enim ipsorum vitio, non alieno, hanc opimam praedam amiserant, et si διὰ τὸ ϛασιάζον legitur ipsi culpa vacare intelliguntur.

Pag. 1465. *τίμημα ἐπιγράψαντες τῇ δίκῃ φυγὴν ἀΐδιον κατὰ δέος οἶμαι τοῦ μὴ ἂν ἁλῶναι τὸν ἄνδρα θανάτου αὐτῷ τιμήσαντ*ЄC. Sic Urbinas Reiske *τιμησάντων* coniecit, quod Kiessling. recepit. Nollem factum. *Τιμᾶν* enim de *consilio iudicum* dicitur, *τιμᾶσθαι* de *accusatore*, idque summa constantia apud omnes. Removebitur omnis difficultas ubi rescripseris *θανάτου αὐτῷ τιμη*ΘЄΝΤΟC.

Pag. 1466. *μιᾶς γὰρ καὶ εἴκοσι τότε φυλῶν οὐσῶν αἷς ἡ ψῆφος ἀνεδόθη τὰς ἀπολυούσας φυλὰς ἔσχεν ὁ Μάρκιος ἐννέα· ὥςε εἰ δύο προσῆλθον αὐτῷ φυλαὶ διὰ τὴν* 'ΙCΟΨΗΦΙΑΝ *ἀπελύετ' ἂν ὥσπερ ὁ νόμος ἠξίου.* Manifesto requiritur *absolutus fuisset*, id est *ἀπελέλυτ' ἄν.* Saepissime, ut notum est, sic in libris omnibus peccatur.

Vides non esse Dionysium *ἀριθμεῖν δεινόν*, qui serio credidit quum XXI tribus in suffragium mitterentur *suffragia paria* esse potuisse. In alio fortasse putes in numero esse erratum. Sed Dionysius *non semel* sic peccavit, et de numero tribuum inter Annalium Scriptores constabat. vide Livium II. 25.

Satius est igitur Dionysio suum errorem relinquere quam artificiose verba simplicissima cum Casaubono interpretari. Nempe *εἰ δύο προσῆλθον αὐτῷ φυλαί* significat: *si* novem tribubus, quas tulit, *duae accessissent*, ut in Platonis *Apologia Socratis* pag. 36. *a.* *εἰ τριάκοντα μόναι μετέπεσον τῶν ψήφων ἀπεπεφεύγη ἄν.*

Similiter dixit de re eadem pag. 1554. ubi Minucius ad Coriolanum: *δυσὶ γοῦν ψήφοις ἑάλως μόναις.* Sed quod *de paribus suffragiis* addidit *ὁ νοῦς αὐτοῦ παρὼν ἀπεδήμει.*

Duobus aliis locis de eadem re iisdem verbis utitur. pag. 1516. *δυσὶ μόνον ἑάλων ψήφοις.* et pag. 1554. *δυσὶ γοῦν ψήφοις ἑάλως μόναις.*

Pag. 1469. *εἰ δὲ δεῖ καὶ αὐτὸν [ἐμὲ] ἀποφήνασθαι περὶ τηλικούτων πραγμάτων γνώμην.* Urbinas *ἐμέ* omittit. Quia abesse non potest corrigendum *εἰ δ' ἐμὲ δεῖ καὶ αὐτόν*, haec enim in tali re usitata compositio est. Quam sit nonnumquam Dionysius *εὐήθης* optime apparet ex consilio quod dedit: *προσῆκε σκοπεῖν ὅπως ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοὶ τοῦ δήμου γενήσονται προςάται*, quasi esset ea res simplex et expedita.

Post pauca ex B. recipe *αἰτίας ἀλλοτρί*AC pro *ἀλλοτρίους.*

Iterum *μέν* excidit pag. 1471. *θαυμάσαιμι δ' ἂν εἴ τινες τὰς* (MEN) *ἐν τοῖς πολέμοις πράξεις ἀκριβῶς οἴονται δεῖν ἀναγράφειν, — πολιτικὰς* ΔΕ *κινήσεις καὶ ϛάσεις ἀναγράφοντες οὐκ οἴονται δεῖν ἀπαγγέλλειν καὶ τοὺς λόγους.*

Pag. 1474. *οὐδενὶ δηλώσας ὅπ*ΟΥ *τὴν ἀπαλλαγὴν ποιήσοιτο.* Turpe mendum pro *ὅπ*ΟΙ. Olim hae maculae omnes abstergi debuissent. Constat enim inter omnes hanc esse vitiosam Graeculorum *συνήθειαν* ut *ποῦ* pro *ποῖ* dicerent et sim. Duriter eos increpant eo nomine Phrynichus et alii. Tamen adhuc passim impune peccant, ubi suas sordes scriptoribus antiquis affricuerunt.

Pag. 1475. *ἐδόκει κατὰ θεοῦ γενέσθαι γνώμην νεμεσῶντος*, quod olim conieci *μῆνιν* pro *γνώμην* fefellit me opinio. Inest enim id ipsum in *νεμεσῶντος*.

Pag. 1477. *τὸν υἱὸν αὐτοῦ νέον* (*ὄντα* recte addit Reiske) *καὶ καλὸν* — ΣΥΝ*αρπασθέντα αἰφνιδίως ἀποθανεῖν.* Optime Kiessling. 'ΑΝ*αρπασθέντα* requirebat. Saepius haec inter se confundi infra ostendemus.

Pag. 1478. *τίς ποτε ὁ* [*πρὸ*] *τῆς πομπῆς ὀρχηϛὴς ἡγούμενος οὐ καλὸς αὐτῷ ἐφάνη.* Kiessling. *πρό* delevit, sed transponi tantum debebat ut legatur: *ὀρχηϛὴς* ΠΡΟ*ηγούμενος*, ut Sylburgius viderat. Sic pag. 1501. dixit *περὶ τὸν — προηγησάμενον τῆς πομπῆς.*

Pag. 1481. *οὐδὲν ἀξιοῖ καινοτομεῖν εἰς αὐτὰ ὑπὸ δείματος* [*κρατουμένη*] *μηνιμάτων δαιμονίων.* Si Dionysius ipse *κρατουμένη* addidisset in alia sede collocasset.

Pag. 1485. *ὁ δὲ πρῶτος — γυμνὸς 'Ολυμπίασι δραμὼν — Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν.* Cf. omnino I. Rutgers ad Iulii Africani *'Ολυμπιάδων ἀναγραφήν.* pag. 6.

Pag. 1487. *οἷς παρηκολούθουν αὐληταί τε ἀρχαϊκ*ΟΙΣ *ἐμφυσῶντες αὐλίσκοις βραχέσιν.* Et res ipsa et verborum compositio declarant *ἀρχαϊκ*ΩΣ *vetere more* a Dionysio esse scriptum.

Pag. 1499. *ὅταν γὰρ τέλος αἱ τῶν ἱππέων ἅμιλλαι λάβΩΝ-ΤΑΙ*. Graeci omnes numquam aliter dixerunt quam *τέλος* et *ἀρχὴν λαμβάνειν*, et *λαμβάνεσθαι* cum genitivo componitur. Legendum igitur *τέλος* — *λάβΩCIN*.

AD LIBRUM OCTAVUM.

Pag. 1503. *ὁ γὰρ Μάρκιος ἐκεῖνος — ὁ τὴν ἐπὶ τῇ τυραννίδι αἰτίαν Ἔχων καὶ φυγῇ ἀϊδίῳ ἐλαθείς*. Perpetua confusio est inter ЄΧЄΙΝ et CΧЄΙΝ. Res ipsa requirit aoristum *σχών*, ut *ἐλαθείς* (vitiose Urbinas *ἐλασθείς*).

Pag. 1503. *πλειςάκις κατὰ τὰς μάχας δεινὰ δεδρακὼς ἦν αὐτούς*. Non magnopere ad rem facit *πλειςάκις*. Non enim quam frequentes sed quam graves clades fuerint in tali re praecipue spectatur. Legendum existimo: *πλεῖς' αὐτοὺς κατὰ τὰς μάχας δεινὰ δεδρακώς* expuncto sq. *αὐτούς*. Saepe confunduntur *πολλά* — *πολλάκις*, *πλεῖςα* — *πλειςάκις*, ut alio loco ostendam.

Pag. 1506. *ἁπάσαις μὲν πράξεσι θεοὶ συλλαμβάνουσι, μάλιςα δὲ ταῖς κατὰ πόλεμον*. Sententia manca est et propterea perversa et falsa. Verum vidit Reiske *πράξεσι δικαίαις* reponens, nisi quod requiritur articulus: *ἁπάσαις μὲν* (*ταῖς δικαίαις*) *πράξεσιν*.

Pag. 1507. *ἐτύγχανον δὲ τότε Ῥωμαίοις καὶ Οὐολούσκοις ἐκεχειρίαι τοῦ πολέμου καὶ ἀνοχαὶ πρὸς ἀλλήλους οὖσαι σπονδαί τε διετεῖς*. Vide mihi in talibus Dionysii negligentiam, qui non cogitavit *ἐκεχειρίας* et *ἀνοχάς* esse plane idem, et ubi sint *σπονδαί* nihil amplius esse loci neque *ἐκεχειρίαις* neque *ἀνοχαῖς*.

Pag. 1508. *εὖ γὰρ ἴσθι*, [*ὡς*] *εἰ τοῦτο ἀκούσειαν οὐδὲν ἔτι ἐνδοιάσαντες ἐκβαλοῦσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως*. Optime Urbinas *ὡς* omittit. Solet enim *εὖ γὰρ ἴσθι*, *εὖ ἴσθι*, *εὖ ἴσθ' ὅτι*, *εὖ οἶδ' ὅτι* et sim. *διὰ μέσου* poni.

Pag. 1509. *ὅρκοις καταλαμβάνεται τοὺς ὑπάτους ὑπὲρ ἀσφαλείας τε* [*αὐτὸς*] *τῆς αὐτοῦ κτέ*. Sic Kiessling. ex Chisiano. Dionysius dixerat *ὑπὲρ ἀσφαλείας τε τῆς αὐτὸς αὐτοῦ*, sed mirati hoc dicendi genus et scriba Codicis A et Editor indocte

αὐτός eliminarunt. Non est tamen haec dicendi forma rara admodum et locis compluscculis restituenda. Permulta exempla attulit Bloomfield ad Aeschyli *Prometheum* 760.

πρὸς αὐτὸς αὑτοῦ κενοφρόνων βουλευμάτων.

plura etiam Dindorf. ad St. Thes. v. Αὐτός. Lubenter haec recentiores imitabantur, unde multa exempla collegit a Dindorfio laudatus Bastius in *Epist. Crit.* pag. 212. Saepissime sic αὐτὸς αὑτοῦ (nam sic, non αὐτοῦ, scribendum esse Dindorf. docuit) inter articulum et nomen.

τοῖς αὐτὸς αὑτοῦ πήμασιν βαρύνεται.

τὰς αὐτὸς αὑτοῦ συμφορὰς ῥᾷον φέρει.

καταλέλυκε τὴν αὐτὸς αὑτοῦ δυναςείαν. Sic igitur Dionysius quoque dixerat: ὑπὲρ ἀσφαλείας τε τῆς αὐτὸς αὑτοῦ, et sic est diserte in Urbinate scriptum.

Pag. 1510. ἔνθα μάλιςα ὤφθη ὅσον αὐτῶν τὸ πλῆθος ἦν καὶ ὡς ἀκμαῖον ἍΠΑΝ ὑφ' ἕνα καιρὸν [καὶ] κατὰ μίαν ἐξιόντων πύλην. Ἅπαν significat eos qui ludos spectatum venerant *omnes* iuvenes fuisse, quod quia cum rei natura aperte pugnat facile intelligitur ἁπάνΤΩΝ esse a Dionysio scriptum.

Praeterea καί in καὶ κατὰ μίαν — πύλην moleste abundat. Omnes enim eodem tempore eadem porta (Capena) egressi sunt.

Pag. 1511. διαπρεσβευομένΗ δὲ ἄλλη πρὸς ἄλλην εἰς μίαν ἀγορὰν ἅπαντας ἠξίΟΥ Οὐολούσκους συνιέναι. Legendum διαπρεσβευόμενΑΙ — ἠξίΟΥΝ. Additum ἄλλη πρὸς ἄλλην peperit errorem.

Pag. 1512. συνῄεσαν — εἰς τὴν Ἐχετρανῶν πόλιν· αὕτη γὰρ ἐδόκει καλλίςΗ κεῖσθαι ἘΝ συνόδΩΙ ταῖς ἄλλαις ἡ πόλις. Eleganter more Veterum Dionysius scripserat κάλλιςΑ κεῖσθαι συνόδΟΥ ταῖς ἄλλαις, ut Reiske et Lobeck. (ad Phrynich. pag. 281. ab Editore laudatus) perspexerunt. Thucydidis et Xenophontis locos (quos indicavit Casaubonus ad pag. 1044.) operae pretium est inspicere. Thucyd. I. 36. τῆς γὰρ Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς παράπλου κεῖται (*Corcyra*). III. 92. τοῦ πρὸς Ἀθηναίους πολέμου καλῶς αὐτοῖς ἐδόκει ἡ πόλις καθίςασθαι. Xenophon *Hellen.* VI. 2. 9. ἔτι δὲ κεῖσθαι τὴν Κόρκυραν ἐν καλῷ

μὲν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου καὶ τῶν πόλεων αἳ ἐπὶ τοῦτον καθήκουσιν, ἐν καλῷ δὲ τοῦ τὴν Λακωνικὴν χώραν βλάπτειν, ἐν καλλίςῳ δὲ τῆς τε ἀντιπέραν Ἠπείρου καὶ τοῦ εἰς Πελοπόννησον ἀπὸ Σικελίας παράπλου. quibus addo locum ex Isocrate περὶ ἀντιδόσεως § 115. τίς γὰρ οὐκ οἶδε Κόρκυραν μὲν ἐν ἐπικαιροτάτῳ καὶ κάλλιςα κειμένην τῶν ἐν Ἰωνίᾳ, Σηςὸν δὲ καὶ Κριθώτην τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ, Ποτίδαιαν δὲ καὶ Τορώνην τῶν ἐπὶ Θρᾴκης; Componamus cum his locos Dionysii, in quibus haec imitatur: pag. 794 Κίρκαιαν δὲ (*Tarquinius condidit*) ὅτι τοῦ Πωμεντίνου πεδίου — καὶ τῆς συναπτούσης αὐτῷ θαλάττης ἔκειτο ἐν καλῷ. pag 1044 ὄρος τι καλῶς ἐν παρόδῳ κείμενον ταῖς παρακομιζομέναις Λατίνοις ἀγοραῖς οἴκοθεν. pag. 1754. ἦν δὲ πάνυ ἐχυρὸν τὸ χωρίον καὶ τοῖς ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὸ ςρατόπεδον ἰοῦσι κωλύσεως ἐν καλῷ κείμενον. Vides καλῶς, κάλλιςα, ἐν καλῷ κεῖσθαι cum *genitivo* componi, ut apud Eupolidem de situ Athenarum apud Dionem Chrysostomum LXIV. pag. 334.

καὶ τοὐρανοῦ γ' ὥς φασιν, ἔςιν ἐν καλῷ,

et saepe apud alios, ut Lobeck. l. l. docuit. Itaque κάλλιςα κεῖσθαι συνόδου verum est, non ἐν συνόδῳ, quod substituit corrector antiquae Graecitatis ignarus. Sed eadem suspicio premit alium locum ubi καλῶς ἐν παρόδῳ κείμενον legitur, quod comparatum cum loco Thucydideo καλῶς παράπλου κεῖται facili negotio emendatur. Sed (dixerit aliquis) perinde est καλῶς παράπλου et καλῶς ἐν παράπλῳ κεῖσθαι, namque ipse Thucydides quum dixisset I. 36. καλῶς παράπλου κεῖται, post pauca I. 44. de eadem re scripsit: ἅμα δὲ τῆς τε Ἰταλίας καὶ Σικελίας καλῶς ἐφαίνετο· αὐτοῖς ἡ νῆσος ἐ ν π α ρ ά π λ ῳ κεῖσθαι. Si quis autem utrumque Thucydidis locum diligenter consideraverit et expenderit senseritque ἐν παράπλῳ minus recte dici et ἐφαίνετο αὐτοῖς de re certa et evidenti dici non potuisse, fortasse illi eadem subnascetur suspicio quae olim mihi, verba ἅμα δὲ — ἐν παράπλῳ κεῖσθαι non esse a Thucydide scripta sed a nescio quo ex cap. 36. male repetita. Putabat ille, quisquis est, hanc quoque causam commemorari oportuisse. Addidit igitur de suo sed sermonis vitiis fraus arguitur.

Pag. 1513. πρὶν ὁποῖός τις εἰμὶ ὁ τὴν γνώμην ἀποδειξΑμενος

ἐξετάσαι. Nondum sententiam dixerat et ἀποδειξΟμενος scribendum.

Pag. 1514. ὅπως παύσΩνται τῆς ὕβρεως οἱ κινοῦντες τὴν πολιτείαν σκοπεῖν ἠξίουν. Sexcenties in libris ὅπως pro futuro vitiose habet aoristi coniunctivum. Manifestum et certum vitium est ubi ὅπως significat ὅντινα τρόπον *quo pacto.*

Pag. 1514. τὸ μὲν ἐλεύθερον ἅπασιν ἀξιοῦντες [ἔχειν], τὴν δὲ προςασίαν τῶν κοινῶν ἀποδεδόσθαι τοῖς κρείττοσιν. Editor in Urbinate omissum ἔχειν delevit. Non intercedo, namque ἔχειν prorsus est incongruum. Desideratur tamen infinitivus alius ad ἀξιοῦντες. Non amat enim Dionysius ζεύγματα. Quid multa? Quum sententia manifesto haec sit: ἀξιοῦντες ἅπαντας εἶναι ἐλευθέρους, reponendum: τὸ μὲν ἐλεύθερον ἅπασιν ἀξιοῦντες (ὑπάρχειν).

Pag. 1515. προὐκαλέσαντο ἐπὶ δίκην. Reiske προσεκαλέσαντο, et sic utique Veteres omnes constanter loquebantur. Aristophanes *Vesp.* 1406.

καὶ καταγελᾷς μου; προσκαλοῦμαί σ' ὅςις εἶ
πρὸς τοὺς ἀγορανόμους βλάβης τῶν φορτίων.

et quis non Atticorum?

Legitur προκαλεῖσθαι ἐπὶ δίκην et εἰς δίκην apud Dionysium et alibi veluti pag. 1553. προὐκαλοῦντο ἐπὶ δίκην. et pag. 2120. εἰς ὁμοίαν δίκην προεκαλέσατο, sed haec quoque eandem labem concepisse videntur.

Pag. 1517. δόξης καὶ τιμῶν — ΠΑΡΑ τῶν εὖ παθόντων ἀποςερηθείς. Aliquamdiu post Dionysii aetatem παρά τινος pro ὑπό τινος cum verbis passivis componi coeptum est. Dionysius Ionico more et Herodoti exemplo dixerat, ut solet, ΠΡΟС τῶν εὖ παθόντων, ut passim, et in proxima vicinia pag. 1516. τὰ ἔσχατα πείσεσθαι πρὸς ἐμοῦ λεγόντων. et: τοιαῦτα δὴ πεπονθὼς ἐγὼ πρὸς τῶν ἐμαυτοῦ πολιτῶν. Nihil est magis passivum, ut opinor, quam πληγὰς λαμβάνειν. Recte et ordine legitur pag. 1799. πληγὰς λαμβάνοντες ʽΥΠΟ τῶν πέριξ. et pag. 2000. πληγὰς ἐλάμβανον ʽΥΠ' αὐτοῦ. Sed absurde pag. 2215. πολλὰς λαμ-

βάνοντες ΠΑΡΑ *τῶν πολεμίων πληγάς*, sed in frequentissima harum praepositionum confusione facile est verum restituere.

Pag. 1518. *ἔγωγε οὐδ' ἐν ἀνδρὸς μοίρᾳ θείΗΝ ἄν*. Verum est *θεί*ΜΗΝ *ἄν*. Tyrtaeus apud Platonem *de Legg.* pag. 629 *a* et 660 *e*.

οὔτ' ἂν μνησαίμην οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην.

ubi alii *τιθείην* perperam. Saepe apud Dionysium legitur *ποιεῖσθαι ἐν ἀνδραπόδου μοίρᾳ* et sim.

Pag. 1518. *ἐὰν οὖν — μίαν ἅπαντες ἔχητε τοῦ πολέμου γνώμην*. Sine controversia verum est quod Kiessling. dubitanter coniecit: *ἔχητε* ΠΕΡΙ *τοῦ πολέμου γνώμην*.

Pag. 1519. *ὑμῖν παραινῶ σκοπεῖν ὅπως εὐσεβῆ καὶ δικαίαν πο*ΡΙC*ησθε τοῦ πολέμου πρόφασιν*. Ut saepe ostendimus *σκοπεῖν ὅπως* dicitur vel *σκοπεῖν ὅπως ἄν*, quorum hoc cum optativi aoristo componitur, illud cum futuro indicativi. Librarii optativum intactum fere relinquunt, futurum OΥ in Ω et ΕCΘΕ in ΗCΘΕ mutato sexcenties in aoristum coniunctivi *etiam cum foedissimo barbarismo* convertunt. ut pag. 1168. *ὅπως κατάξ*Ω*σιν* et alibi *ἀφήσωσιν*, *καταθήσωσιν*, *ἀποδώσωμεν*, *λήσωμεν*, *ἐρῆ*, *ἐρῶσιν*, *πείσωμαι*, *ἀποδράσωμαι*, *δήξωμαι*, *ἀποφεύξωμαι*, *ἀφέξωμαι*, et similia monstra et portenta verborum loquuntur. Itaque *ὅπως πορίσησθε* pro *ποριεῖσθε* aperte mendosum est. Sed *πρόφασιν τοῦ πολέμου πορίζεσθαι sibi comparare* non est Graeca locutio. Scripsisse Dionysium arbitror: *ὅπως εὐσεβῆ καὶ δικαίαν π*ΟΙΗCΕ*σθε τοῦ πολέμου πρόφασιν*.

Pag. 1520. *φέρε δὴ τί ποιήσειν οἴεσθε Ῥωμαίους ταῦτα ἡμῶν προε*Λ*ομένων* Legendum *προε*Χ*ομένων*. Idem mendum sublatum pag. 100, ubi ostendimus *προΐσχεσθαι* et *προέχεσθαι* in tali argumento proprium esse verbum. Eodem sensu et proprio et figurato *προτείνειν* dicitur. Idem est pag. 1079. *ἱκετηρίας — προεχόμενοι*. et pag. 51. *ἱκετηρίας προτείνοντες*. et pag 148 *χεῖρας προεχομένων*.

Pag. 1520. *ἥξουσι γὰρ Αἰκανοί τε καὶ* ʼΑΛΒΑΝΟΙ *καὶ Τυρρηνοὶ — τὴν ἑαυτῶν ἕκαστοι γῆν ἀπολειψόμενοι*. Non erat metus

ne Albani venirent, sed (ut Kiessling vidit) in eorum locum ΣABINOI sunt restituendi.

Pag. 1521. *ὅσοι τὰ ἑαυτῶν ἀφαιρεθέντες ἀπεγνώκασιν ἄλλως ἂν ἔτι αὐτὰ ἢ πολεμοῦντες ἀπολήψεσθαι.* Sic Urbinas a pr. m. correctus idem *οὐκ ἀπολήψεσθαι.* Misere habitus locus est ῎Αλλως ἂν — *οὐκ* non est Graeca compositio pro *οὐκ ἂν ἄλλως*, et *ἂν* — *λήψεσθαι* flagitiosus est soloecismus. Quia *ἀπογιγνώσκειν* apud sequiores habet futurum *ἀπογιγνώσκω αἱρήσειν*, *εὑρήσειν*, *ἀκούσεσθαι*, videtur olim fuisse: *ἀπεγνώκασιν ἄλλως ἔτι αὐτὰ ἢ πολεμοῦντες ἀπολήψεσθαι.* Similiter dixit pag. 1663 *ἀπογνόντες ἔτι ἀνθέξειν.*

Pag. 1523. *ὅσοι ἦσαν ἄθυμοι τέως — τότε πάντες* 'ΕΡ*ρώσθησαν.* Recipere debebat Editor certam coniecturam suam 'ΕΠ*ερρώσθησαν.*

Pag. 1523. *ἔσεσθαι δὲ τὸ πιϛὸν αὐτοῖς τῆς φιλίας βέβαιον [ἀπέφαινον], εἰ κομίσαιντο γῆν τε τὴν ἑαυτῶν καὶ πόλεις.* 'Απέφαινον, quod incongruum est, inseruit nescio quis miratus (quod minime erat mirandum) orationem repente ex recta in indirectam converti.

Pag. 1525. *πολεμεῖν — προθυμουμένους οὐ παραιτούμεθα, ἂν δὲ ἄρξησθε ἀμυνούμεθα.* Scriptum oportuit *ἂν δὲ ἄρξ*ΗΤΕ. Hoc enim manifesto (*τὸ ἄρχειν πολέμου*, *ultro inferre bellum*) sententia loci postulat, et sic Romani ferociter dicere poterant: *λήψονται μὲν πρότεροι τὰ ὅπλα ἐκεῖνοι, θήσομεν δὲ ἡμεῖς ὕϛεροι.*

Pag. 1527. *τοῦτο γὰρ ὑπὸ τοῦ* Μαρκίου *παρηγγέλ*ΛΕ*το.* Sententia postulat *imperatum erat*, non *imperabatur*, igitur *παρήγγ*ΕΛ*το.* Nihil hoc mendo frequentius in libris nostris.

Bis perinepte participium interpolatum est pag. 1528 et 1529. in verbis *ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις [μαχησόμενοι]*, et *ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις [μαχησόμενον].* Sexcenties tamen scioli apud Dionysium legerant *ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις* pro *manum conserere cum hoste.*

Pag. 1531. πολεμιςὴν ἄνδρα — τῆς πόλεως ἀπήλασαν. Supplenda praepositio est: (ἐκ) τῆς πόλεως, aut τῆς πόλεως ἐξήλασαν scribendum.

Pag. 1534. καὶ οὐδὲν αὐτῶν ἜΤΙ δεῖν ἐδόκει. Sententia manifesto est *nihil deesse*, omnia parata esse, non *nihil amplius opus esse*. Itaque emendandum: οὐδὲν αὐτῶν ἘΝδεῖν ἐδόκει.

Pag. 1536. τόν τε σῖτον ἐπὶ ταῖς ἅλωσιν ἔτι κείμενον — ἀναιρεῖται. Legendum: τόν τε σῖτον (τὸν) ἘΝ ταῖς ἅλωσιν ἔτι κείμενον.

Pag. 1539. ὅσα — κόσμος ταῖς Οὐολούσκων πόλεσιν ἔμελλε ΓΕΝέσθαι. Pro soloeco ἔμελλε γενέσθαι ex Dionysii consuetudine reponendum ἔμελλεΝ ἜΣεσθαι.

Pag. 1543. τὰς πύλας ἀνοίξαντες οἱ ἔνδον ἀπαντῶσιν ἈΝΤΙ-προτείνοντες ἱκετηρίας. Nescio unde inepta praepositio irrepserit, sed nulla est dubitatio quin προτείνοντες sit verum. vid. ad pag. 1520.

Pag 1547. οὐ μὴν ἑάλω γε τὸ τεῖχος ἈΠΟ κράτΟΥΣ τῇ πρώτῃ ἐφόδῳ. *Vi pugnando* et apud reliquos omnes et apud Dionysium constanter dicitur κατὰ κράτος, ut κατὰ τὸ καρτερόν, non ἀπὸ κράτους neque ἀπὸ τοῦ καρτεροῦ.

Pag. 1549 sq. μαθοῦσι δὲ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ — ἐνέπεσε φόβος ὡς αὐτίκα τοῖς τείχεσι ΤΟΥ πολέμΟΥ προσάξοντος. Vera lectio nullo negotio elici potest ex loco vicino pag. 1565. εἰ τολμήσεις προσάγειν τοῖς τείχεσι τὸν πόλεμον.

Pag. 1550. ἀποΣτρέψαι τῆς πόλεως τὸν παρόντα φόβον. Sine controversia reponendum ἀποΤρέψαι, quod est in ea re perpetuum, unde ἀποτρόπαιοι appellantur *Dii averruncatores malorum.* Sed scribae τρέψαι et ςρέψαι apud omnes perpetuo miscent.

Pag. 1554. ἡ βουλὴ — πολλὰς ἐποιεῖτο δεήσεις ΠΕΡΙ σοῦ. Leg. ῩΠΕΡ σοῦ.

Pag. 1554. πᾶσι μὲν τοῖς δημόταις δόξαν, ὅλῃ δὲ τῇ βουλῇ *φανέν*. Vitiose solet Dionysius ἐφάνη ponere pro ἔδοξεν. Nunc utrumque coniunxit.

Pag. 1555. τοὺς δὲ δὴ τάφους τῶν προγόνων τί παθὼν [ὑπ' αὐτῶν] ἀνασκάπτεις; Ad τί παθών nihil huiuscemodi addi potest. Significat enim: *quae te intemperiae agitant?*

Pag. 1556. πόλεις ἐκ βάθρων ἀναςήσας. Similiter dicitur pag. 1582. ἐκ βάθρων ὅλην ἀναςῆσαι τὴν πόλιν. Alio verbo utitur pag. 1654. πᾶσαν τὴν πόλιν ἀνελεῖν ἐκ βάθρων. et pag. 1503. ἡ πόλις ὀλίγου ἐδέησεν ἐκ βάθρων ἀναιρεθῆναι. et pag. 1892. πολλὰς ἤδη πόλεις — ἐκ βάθρων ἀνέτρεψεν. Veteres ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι multo rectius dicebant, namque βάθρα in his non *subsellia* sunt sed θεμέλια *fundamenta*.

Pag. 1561. μέμνησο ἀκριβῶς ὅτι Οὐολούσκων ςρατιὰν ἐπάγῃ, οὓς ἡμεῖς οἵδε [οἱ νῦν ὄντες] ἐν πολλαῖς ἐνικῶμεν μάχαις. Difficile est sine risu legere additamentum οἱ νῦν ὄντες, non enim opus videtur esse lectorem admoneri Minucium, qui haec diceret, caeterosque legatos nondum esse mortuos. Sed non facile talia quantumvis absurda extirpantur. Periclem enim apud Thucydidem II. 36. dixisse: τὰ δὲ πλείω αὐτῆς αὐτοὶ ἡμεῖς οἵδε — ἐπηυξήσαμεν, quis est qui mihi concedat? Nemo hercle. Reliquis placet ἡμεῖς οἵδε οἱ νῦν ἔτι ὄντες. In Odyssea A. 76.

ἀλλ' ἄγεθ' ἡμεῖς οἵδε περιφραζώμεθα πάντες
νόςον ὅπως ἔλθῃσι.

peccari non potuit.

Pag. 1562. δεινὴ γὰρ ἡ ἀνάγκη καὶ ὁ περὶ τῶν ἐσχάτων κίνδυνος [ἱκανὸς] θάρσος ἐνθεῖναί τινι καὶ μὴ προϋπάρχον φύσει. Molestum et ineptum ἱκανός furcis expellendum.

Pag. 1563. δι' αἰτίας ΜΕΝ ἔσῃ παρὰ τοῖς ὑποδεξαμένοις ΣΕΑΥΤΟΝ. Vides σεαυτόν esse soloecum et voculae μέν nihil respondere. Lacuna est quam optime Chisianus liber explevit: — παρὰ τοῖς ὑποδεξαμένοις (μέμψῃ ΔΕ καὶ αὐτὸς) σεαυτόν, quae cur Editor non receperit miror.

Pag. 1564. *ἆρά γε μικρὰ καὶ οὐκ ἄξια λόγου ταῦτ' εἶναί σοι δοκεῖ καὶ* ΔΕΟΝ *αὐτῶν ὑπεριδεῖν ἢ κακῶν συμπάντων ἔσχατα* [*παθεῖν*]; Scribendum est *δεῖν* et *παθεῖν* resecandum. Coniuncta sunt enim *ἆρά γέ σοι δοκεῖ δεῖν αὐτῶν ὑπεριδεῖν*; et *ἆρά γε μικρὰ ταῦτά σοι δοκεῖ ἢ κακῶν συμπάντων ἔσχατα*;

Pag. 1565. *καὶ τούτων οὐχ οἱ δρῶντες ἀλλ' ὁ τὴν ἀνάγκην αὐτοῖς ἐπι*ΤΙ*θεὶς αἴτιος ἔσῃ σύ.* Sententia arguit aoristum *ἐπιθείς* reponendum esse.

Pag. 1566. *ἀλλὰ καρπωσάμεν*ΟΙ *τινα ἕκας*ΟC *τούτων — ὠφέλειαν μισήσουσι τὴν αὐθάδειαν τοῦ τρόπου*, inepta scriptura est pro *καρπωσάμεν*ΟC. Aristophanes in *Pluto:*

δάκνουσι γὰρ καὶ φλῶσι τἀντικνήμια
*ἐνδεικνύμεν*ΟC *ἕκαςος εὔνοιάν τινα.*

Pag. 1567. *ἀπόδος ὀφείλημα τῇ γεννησαμένῃ σε.* Scribendum *τῇ γειναμένῃ*, ut Dionysius constanter *patriam* appellare solet, ut pag. 1555 *τῆς γειναμένης τε καὶ θρεψαμένης.* et pag. 1580. *τὴν γειναμένην.* et saepissime alibi.

Pag. 1569. *ἀνεδούμην ὑπὸ τοῦ ςρατηγοῦ ςεφάνοις πολίτην ὑπερασπίσας καὶ πολέμιον ἀποκτείνας.* Est notum illud de corona civica *H(ostem) O(ccidit) C(ivem) S(ervavit).*

Pag. 1571. *ὑπὸ τοῖς καλίςοις γενέσθαι τῶν πολιτῶν.* Non *ὑπό* in tali re sed *ἐπί* dici solere saepe ostendimus.

Pag. 1576. *ἐγὼ πολέμιος ἐγενόμην τούτοις* [*Οὐολούσκοις*] *καὶ πολλὰ ἠδίκησα αὐτοὺς ἐν τῷ πολέμῳ.* Puerile additamentum Kiessling deleri iussit. Sed non est satis; quia Coriolanus Volscorum exercitum haec dicens manu monstrat scribendum: *πολέμιος ἐγενόμην τουτοισί.*

Pag. 1577. *ἀνέςρεψεν ἀμφότερα ταῦτα ἡ τύχη.* Excidit literula, nam corrigendum *ἀν*Τ*έςρεψε* Δ' *ἀμφότερα.*

Pag. 1578. *τίς δ' οὐκ ἂν ἐπαινέσειέ με ἀκούσας ὅτι — ἀντὶ*

τοῦ μισεῖν μὲν τὰ μισοῦντα φιλεῖν δὲ τὰ φιλοῦντα τὴν ἐναντίαν γνώμην ἔσχον; Quia manifestum est et evidens Coriolanum *plane contrarium* dixisse Critici expuncto *οὐκ* opinantur *τίς δ' ἂν ἐπαινέσειέ με* verum esse. Sed nimis languidum id est et iners de eo qui tam stolide amicôs oderit et diligat inimicos. Credo dixisse Dionysium id quod in ea re assolet: *τίς δ' οὐκ ἂν ἐπ*ΙΤΙΜΗ*σειέ μοι*, quod quum quinque literulae periissent perverse admodum in *ἐπ*ΑΙΝΕ*σειέ μ*Ε conversum est.

In eodem loco duo emblemata inesse videntur in verbis: *ἀκούσας ὅτι τοὺς μὲν [φίλους] ὑφ' ὧν εὖ πάσχειν μοι προσῆκε πολεμίους εὑρών, τοὺς δ' [ἐχθροὺς] ὑφ' ὧν ἐχρῆν με ἀπολωλέναι φίλους.* Antiqua dicendi forma *τοὺς ὑφ' ὧν* tam saepe a librariis obliterata restituenda est, quo facto quam fiat acrior et animosior oratio facile senties.

Pag. 1579. *καὶ ὥσπερ ἐκ ταπεινοῦ μέγας διὰ τοὺς θεοὺς ἐγενόμην οὕτως αὖθις ἐκ μεγάλου ταπεινὸς γενήσομαι.* Herodotus VII. 14. *ὡς μέγας καὶ πολλὸς ἐγένεο ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ οὕτω καὶ ταπεινὸς ὀπίσω κατὰ τάχος ἔσεαι.*

Pag. 1579. *καὶ τἀμὰ παθήματα παιδεύματα γενήσεται τοῖς ἄλλοις.* Sumsit flosculum ab Herodoto I. 207. *τὰ δέ μοι παθήματα ἐόντα ἀχάριτα μαθήματα γεγόνεε.*

Pag. 1579. *εἰ γὰρ* ΑΥ *κατὰ τῆς πατρίδος οὐχ ὅσιον ἐγὼ πόλεμον ἐνεςησάμην.* Quid tandem sibi vult *αὖ* in hac sententiae conformatione? Nihil prorsus. Lege *εἰ γὰρ* ΔΗ.

Pag. 1582. *οὐκ ἐγὼ τούτου κύριος οὐδὲ πρὸς ἐμὲ περὶ τούτων ἐςὶ λόγος.* Male abest articulus *Ὁ περὶ τούτων ἐςὶ λόγος.*

Felicissima est Hudsoni emendatio pag. 1585. 1. ubi in Urbinate est: *τὰ ἆθλα ἐπιδείκνυτε αὐτοῖς οὐκ εἰσ ἃ κατορθοῦσί τε καὶ μὴ τυχοῦσι γενόμενα.* Pro *οὐκ εἰσ ἃ* egregie correxit *οὐκ ἴσα.* Erat in vetusto libro ΟΥΚΕΙϹΑ, male pro *οὐκ ἴσα*, namque *ῖσα* priore longa Ionicum est. Sic igitur, ut Reiske alicubi ad Dionem Chrysostomum iocatur, *interdum vel caeca gallina granum reperit.*

Editur etiam nunc perperam *οὐκ ἴσα* et passim video vitiosos Codicum accentus ex veteribus editionibus a Kiesslingio intactos servari. Librarii veteres in una tantum re errare solent. Ponunt accentus suo loco (sic enim ipsi loquebantur) sed quae sit vocalium ancipitum quantitas nesciunt. Itaque *διατρίψαι, κεκηρύχθαι, δράσαι, λελῦσθαι, ἀναρρίψαι, ἐπικηρύξαι, περισπᾶσαι, τεθνᾶναι, συμμίξαι, ἀνελκῦσαι, κωλύον* dare solent, et *Ἀντιάται, Ἀρδεάται, ςίφος, ςεῖρα, κουριάτιν, Ὀλυμπιάσι* et *Ὀλυμπιᾶσι* (pro *Ὀλυμπίασι*) et sim., quae omnia Editor intacta reliquit.

Pag. 1585. *καὶ γονεῖς δούλους ἀντ' ἐλευθέρων ἐπὶ γήρως ὀδΟΥ γινομένους*. Legendum *ὀδΩΙ*. Manavit ab Homerico *ἐπὶ γήραος οὐδῷ*, unde Lycurgus in nobili loco, quem supra attulimus, *ἐπὶ γήρως ὀδῷ* sumsit isque Dionysio haec scribenti obversabatur.

Pag. 1586. *μέχρι παντὸς φιλοχωροῦντες [ἐν] τοῖς ἀλλοτρίοις*. Verbum *φιλοχωρεῖν* apud Dionysium sine praepositione cum dativo componitur, quamobrem nunc quoque *ἐν* eliminandum est. vide pag. 36. *φιλοχωρεῖν ὄρεσιν*. pag. 87*. *φιλοχωρῆσαι τῷ λόφῳ*. pag. 430. *φιλοχωρήσετε τοῖς πατρίοις ἐφεςίοις*. pag. 997. *φιλοχωρεῖν ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις*, sed emendate pag. 1614. *φιλοχωρεῖν τοῖς ἀλλοτρίοις*. Itaque vehementer suspectum est quod legitur pag. 2184. *ἐὰν φιλοχωρῶσιν [ἐπὶ] τῇ παρανόμῳ δυναςείᾳ*.

Pag. 1586. *σήν τε χάριν καὶ τῶν ἄλλων ὑμῶν [ἕνεκα] τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς χώρας ἀπάξω*. Non intellexit sciolus *τῶν ἄλλων ὑμῶν* ex *χάριν* pendere; itaque inutile *ἕνεκα* de suo addidit.

Pag. 1587. *ἐπιβαλὼν δὲ τῇ καλουμένῃ Λογγόλῃ*. Libri *λογγάδι*, in quo latet *ΛογγόΛΑΙ*, namque habent haec nomina, ut supra ostendimus, A longum *τῆς Ἄλβας, Ἀντέμνας, Λογγόλας*, ut *Γέλα, Γέλας, Γέλᾳ*.

Pag. 1594. *αἱ δὲ γυναῖκες — καταλείπουσαι τῆς οἴκοι μονῆς τὸ εὐπρεπὲς ἔθεον ἐπὶ τὰ τεμένη τῶν θεῶν*, legendum *καταλιποῦσαι*.

Pag. 1595. *οὐχ ὅπλων, ἔφησεν ἡ Οὐαλερία, καὶ χειρῶν δεομέΝΗ*. Imo vero *δεόμεΘΑ*.

Post pauca lege: *δεομένων ἁπασῶν φανερΟΝ ποιεῖν ἥτις ἐςὶν ἡ ἐπικουρία*, pro *φανεράν*.

Pag. 1596. *καὶ αὐταὶ καὶ τὰ νήπια ταῦτα*. et pag. 1597. *ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν ἀντιβολοῦσαι καὶ τῶν δυςήνων παιδίων τούτων*. Corrige *ταυτί* et *τουτωνί*, ut recte legitur in vicinia: *παραλαβοῦσα — τὰς ἱκέτιδας ἡμᾶς φερούσας τὰ νήπια ταυτί*. Ostendebant enim haec dicentes infantulos, quos in sinu gerebant. Similiter pag. 1628. leg. *τουτῳὶ τῷ ῥύπῳ* et *ἐν τοῖς τρύχεσι τουτοισί*.

Pag. 1598. *καλὸς ὁ κίνδυνος — κλέος ἀρετῆς ἀθάνατον [ἐγγόνοις] τοῖς ἐσομένοις καταλιπεῖν*. Absurdum *ἐγγόνοις* omittit Urbinas et miror quo pacto id Editor retinuerit.

Pag. 1598. *σπεῦσον, ὦ Οὐετουρία, βουλὴν γὰρ ἢ χρόνον ὁ κίνδυνος ὀξὺς ὢν οὐκ ἐπιδέχεται*. Mirifica est oppositio et aperte mendosa *βουλὴν ἢ χρόνον*. Emenda: *βουλὴν γὰρ χρόΝΙΟΝ ὁ κίνδυνος — οὐκ ἐπιδέχεται*, quod optime cum *σπεῦσον* congruit.

Pag. 1603. *τίνας ἐρῶ πρῶτον ἡ μήτηρ ἐγὼ πρὸς αὐτὸν λόγους καὶ τίνα δέησιν ποιήσομαι; λέγετε καὶ διδάσκετέ με. φείσεσθαι παρακαλῶ τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν; — τίνα ψυχὴν λαβοῦσα ἀξιώσω τὸν υἱὸν τὰ μὲν ἀπολέσαντα φιλεῖν, τὰ δὲ σώσαντα ἀδικεῖν*; pag. 1575. *τί φήσω; — ἢ τίνι βοηθείᾳ χρήσομαι*; pag. 2167. *δημάρχους ποίους ἐπικαλέσομαι*; Veteres duce natura in tali re coniunctivis utebantur, *τίνας* ΕΙΠΩ *λόγους* et *τίνα δέησιν ποιήσΩμαι*; ut in omni dubitatione et rei incertae et ancipitis deliberatione coniunctivus habet locum: *ποῖ φύγω; ποῖ τράπωμαι; τί ποιῶμεν; τί πάθω*; et avarus apud Menandrum:

τάλαντον ἡ προίξ. μὴ λάβω;

et sic omnes constanter. Dionysius contra sequiorum exemplo *futurum* in ea re ponit admodum negligenter, *τίνα δέησιν ποιήσομαι; διδάσκετέ με*. et pag. 868. *ἔπειτα ἐγὼ* (*Brutus ait*) *τῶν ἐμῶν οὐ φεισάμενος τέκνων σοῦ φείσομαι, Κολλατῖνε*; et sic multis aliis locis.

Quoniam igitur de ea dicendi forma satis constat, apparet sequens *παρακαλῶ* in verbis: *φείσεσθαι παρακαλῶ τῶν ἑαυτοῦ*

πολιτῶν; *futurum* esse, unde liquido colligimus Dionysium Atticis futuris contractis esse usum καλῶ, καλοῦμαι, παρακαλῶ, προσκαλοῦμαι, τελῶ, ἐπιτελῶ, διατελῶ, sed eas omnes praeterquam in hoc unico loco a librariis esse ad suam συνήθειαν refictas. Nunc felici casu evasit semel antiqua forma quia non intellexerant παρακαλῶ non minus esse futurum quam ἐρῶ et ποιήσομαι.

In eodem loco editur: ὑφ' ὧν ἐκ τῆς πατρίδος ἐξελήλαται καὶ ταῦτα μηδὲν ἀδικῶν. In libris est καὶ μηδὲν ἀδικῶν et ταῦτα Reiske addidit de suo. Perperam; debebat enim καί expungere. Non enim exprobrat Romanis quod filium patria expulissent (poterat enim merito plecti), sed ὅτι μηδὲν ἀδικῶν ἐξελήλαται.

Pag. 1605. (*Consules*) περὶ τῆς ἐξόδου τῶν γυναικῶν εἰ συγχωρητέον αὐταῖς γνωμηδὸν ἐπυνθάνοντο. Monstrum vocabuli est γνωμηδόν *in sententiae modum*, quod plane sensu caret. Testem habet Eustathium ad Iliad. N. 204. componentem σφαιρηδόν, πυργηδόν et λυκηδόν et hunc ipsum locum afferentem. Non habebat igitur libros meliores quam nostri sunt et solet perinepte vitiosis lectionibus decipi. Verum esse arbitror γνώμΑC ΔΙεπυνθάνοντο.

Deinde expuncta copula lege: πολλοὶ μὲν οὖν ἐλέγοντο [καὶ] παρὰ πολλῶν λόγοι.

Pag. 1606. ἄνδρα — πάσης ἀδίκου καὶ ἀνοσίου πράξεως καθαρὸν καὶ ἀμίαντον 'ΕCΧΗκότα βίον. Suspicor Dionysium scripsisse ἐΖηκότα βίον, ut solent sequiores ἔζηκα pro βεβίωκα dicere et ζῆν βίον in tali re usitatum est.

Pag. 1607. ζεύγη τε ὀρικὰ καὶ ἁμάξας καὶ τἄλλα Φορεῖα ὡς πλεῖστα παρασκευασάμενοι. Mire dicitur *et reliquae* LECTICAE. Legendum Πορεῖα *et reliqua* VEHICULA. Photius Πορεῖα: τὰ εἰς πορείαν χρήσιμα ex Platone.

Pag. 1612. ἐὰν ἡ πόλις ἡμῶν 'ΥΠΟ τοῖς πολεμίοις γένηται. Quae urbs capta *venit in hostium potestatem* dicitur 'ЄΠΙ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι.

Pag. 1612. *ἔχομεν γὰρ αὐταῖς μαρτυρεῖν — συνεχῶς τε παραγενομέναις πρὸς ἡμᾶς καὶ παραμυθουμέναις ταῖς συμφοραῖς ἡμῶν καὶ συναλγούσαις.* Delevit Editor *πρὸς ἡμᾶς καὶ παραμυθουμέναις*, quia Urbinas ea verba omittit. Sed quia omitti non possunt satis est *καί* transponere in hunc modum: *παραμυθουμέναις καὶ ταῖς συμφοραῖς ἡμῶν συναλγούσαις.*

Pag. 1614. *ἐὰν δὲ — πᾶν ὁτιοῦν πάσχειν ὑπομένωσι φυλάττοντες τὸ αὔθαδες, ἐκείνους αἰτιᾶCΘΕ τῶν καταληψομένων κακῶν,* ΟΥ *Μάρκιον, — οὐδὲ ἄλλων ἀνθρώπων οὐδένα.* Dionysius dederat *αἰτιάCΕσθε.* Cur, inquies, imperativo uti non potuit? Quia sequitur *οὐ, οὐδὲ — οὐδένα*, non *μή.* Et est futurum *αἰτιάσομαι* in tali oratione usitatum. Aristophanes *Nub.* 1433.

πρὸς ταῦτα μὴ τύπτ', εἰ δὲ μὴ σαυτόν ποτ' αἰτιάσει.

Plato *Theaet.* pag. 168. *a.* *ἂν μὲν γὰρ οὕτω ποιῇς ἑαυτοὺς αἰτιάσονται τῆς αὐτῶν ταραχῆς καὶ ἀπορίας.* et saepius alibi.

Praeterea scribe *οὐδὲ* (*τῶν*) *ἄλλων ἀνθρώπων οὐδένα.*

Pag. 1618. *καὶ τἆλλα ὅσα — παιδεύματα εὕρηται λόγων, οὓς ὑμεῖς οἱ τὰ πολιτικὰ πράττοντες μάλιστα* (*σπουδάζετε*). Certum est excidisse verbum, sed quod Sintenis supplevit *σπουδάζετε* non est idoneum: dicebant enim *περὶ οὓς σπουδάζετε.* Itaque suspicor *οὓς — μάλιστα* (*ἀσκεῖτε*) olim scriptum fuisse.

Pag. 1621. *σπάνιοι δή τινές εἰσιν, οἷς οὐκ ἀντέπνευσε — φθόνος — ἀδίκΩC.* Donec reperiatur quid sit *ἀντιπνεῖν ἀδίκως*, interea existimabimus *ἄδικΟC* esse verum, quod diserte in Urbinate scriptum est.

Pag. 1630. *οὐ γὰρ ἀνέξΕΤΑΙ Οὐετουρία τὴν δεινὴν καὶ ἀνήκεστον ὕβριν — ὑβρισθεῖσα τὸν ἐλάχιστον βιῶναι χρόνον, ἀλλ' ἐν τοῖς ἁπάντων — ὄμμασιν ἐμαυτὴν διαχρήσΟΜΑΙ.* Intelligisne *ἀνέξΟΜΑΙ* verum esse? Similes in tali re errores complures indicavimus in *Nov. Lectt.* pag. 197 sqq.

Pag. 1632. *ἀναλόμενος ἐκ τοῦ δίφρου* de more vitiose scribitur pro *ἀναλάμενος.*

Pag. 1636. τὰς ΠΕΡΙ τῆς πόλεως λιτάς. imo vero ʽΥΠΕΡ. Homerico vocabulo λιτάς melius abstinuisset quum lingua popularis plura perinde bona suppeditaret.

Pag. 1640. 17. ὁσίῳ πόλεως νόμῳ γυναῖκες γαμεταὶ δεδώκατέ με. Vertit Latina verba RITE ME MATRONAE DEDICASTIS. Sed δεδώκατε non est *dedicastis*. Scripserat, opinor, ʽΙΕΡώκατε.

Pag. 1642. πάντα — δωρησάμενος τοῖς ϛρατιώταις, ἑαυτῷ δ' οὐδ' ὁτιοῦν ὑπολΕΙπόμενος. Leg. ὑπολΙπόμενος.

Pag. 1643. ἐπειδὴ τοῦ μύσους ἡγεμόνας ἔλαβε τοὺς πλεῖϛον ἐν τῷ ἔθνει δυναμένους. Alias res agebat Reiske quum Codicum scripturam μίσους in μύσους converti iussit. Iuventus Coriolanum oderat et nacta principes ei *infestissimos* ἔργον ἔδρασεν ἀνόσιον.

Pag. 1648. χώματι ὑψηλῷ διὰ πολυχειρίΑΝ ἐργασθέντι μνῆμα ἐπίσημον ἐργασάμενοι. Ipsa rei natura postulat διὰ πολυχειρίΑΣ, ut aliis locis apud Dionysium emendate legitur, ut pag. 1657. διὰ πολυχειρίας παρασκευάσασθαι. et pag. 772. διὰ πολυχειρίας.

Pag. 1650. τὸ γὰρ πρᾳὺ — οὐκ ἐνῆν αὐτοῦ τοῖς τρόποις οὐδὲ τὸ θεραπευτικὸν τῶν πέλας ἔν τε ἀσπασμοῖς καὶ προσαγορεύσΕΙ. In plurali numero dixerat προσαγορεύσΕΣΙ quod natura rei suggerit et Dionysii usus, (pag. 2144. κατά τ' ἀσπασμοὺς καὶ προσαγορεύσεις) et diserte in Chisiano scriptum est.

Praeterea πρᾷον scribendum pro πρᾳύ quod non est Graecum. *Non erat in Coriolani natura* (inquit) ἡ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ἐπικοσμοῦσα χάρις ἀλλ' ἀεὶ πικρὸς καὶ χαλεπὸς ἦν. Xenophon de Clearcho *Anab.* II. 6. 12. τὸ γὰρ ἐπίχαρι οὐκ εἶχεν ἀλλ' ἀεὶ χαλεπὸς καὶ ὠμὸς ἦν.

Pag. 1651. τοῖς γὰρ δημόταις εἴκειν τὰ μέτρια δέον καὶ ἐφιέναι τι ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ τὰ πρῶτα φέρεσθαι παρ' αὐτοῖς οὐκ ἐβουλήθη. Deest aliquid ad sententiae integritatem. Supplendum arbitror: καὶ (οὕτω *his artibus*) τὰ πρῶτα φέρεσθαι.

Pag. 1652. *εἰ δὲ ἄφθαρτοι — αἱ ψυχαὶ — μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν σωμάτων* 'ЄΝ*διαμένουσιν*. Sic libri; Editor *ἔτι διαμένουσιν* substituit. Verum esse arbitror 'ЄΠΙ*διαμένουσιν*.

Pag. 1653. de Coriolano scribit: *ἐτῶν δὲ μετὰ τὸ πάθος ὁμοῦ τι πεντακοσίων ἤδη διαγεγονότων οὐ γέγονεν ἐξίτηλος ἡ τοῦ ἀνδρὸς μνήμη ἀλλ' ᾄ δ ε τ α ι καὶ ὑμνεῖται πρὸς πάντων ὡς εὐσεβὴς καὶ δίκαιος ἀνήρ.* Quem Cato in *Originibus* dixit „*morem apud maiores hunc epularum fuisse ut deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes*," (Cicero *Tusc. Quaest* IV. 2.) eum non plane fuisse intermissum sed cantilenas quasdam convivales et populares in clarorum virorum laudes, easque perveteres ut

ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω.

per ora populi volitasse hic Dionysii locus luculenter demonstrat. De eadem re scribit Cicero in *Bruto* § 75. *utinam exstarent illa carmina, quae multis saeculis ante suam aetatem in epulis esse cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus in Originibus scriptum reliquit Cato.* Si diligenter Cicero quaesivisset non *carmina*, sed *cantilenas* apud popellum, credo, reperisset.

Pag. 1654. *οὐ μὴν ἔδρασάν γε οὔτε μεῖζον οὔτε ἔλαττον*, adde *οὐδέν*, quod numquam Dionysius in hac locutione omittit, veluti pag. 2118. *ἄλλο δὲ οὐδὲν — οὔτε μεῖζον οὔτ' ἔλαττον.*

Pag. 1657. *ἔλαβον ἀποκρίσεις ὅτι συνθήκας μὲν οὔ φασιν αὐτοῖς εἶναι πρὸς Ῥωμαίους κοινῇ γενομένας οὐδέποτε, τὰς δὲ πρὸς βασιλέα Ταρκύνιον ὁμολογίας [αἰτιῶνται] λελύσθαι.* Supervacaneum et molestum *αἰτιῶνται* mala manus addidit. Miratus Graeculus notam compositionem, ex qua *φασίν* ad *λελύσθαι* ex praecedenti *οὔ φασιν* cogitatione supplendum, inseruit verbum plane a loci sententia abhorrens. cf. Valcken. ad Herod. VII. 104.

Pag. 1661. *τὰ σ η μ ε ῖ α τῶν λόχων — παρὰ τῶν σημειοφόρων ἁρπάζων εἰς μέσους ἐρρίπτει τοὺς πολεμίους ἵνα τὸ δέος αὐτοὺς τῆς ἐννόμου τιμωρίας εἰ μὴ ἀνασώσαιντο τὰς σ η μ α ί α ς ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι ἀναγκάσῃ. Signa* manipulorum a Dionysio pro-

miscue appellantur *τὰ σημεῖα* aut *αἱ σημαῖαι*. Tertiam formam barbaram scribae finxerunt *αἱ σημεῖαι*, quae saepius correcta hic illic tamen haesit. Pag. 1829. *τὰς σημαίας ἁρπάσαντες τῶν σφετέρων ἔρριψαν εἰς τοὺς πολεμίους.* et post pauca: *τοὺς μὴ ἀνασώσαντας τὰ σημεῖα ὑπὸ τῶν ϛρατηγῶν δεῖ σὺν αἰσχύνῃ ἀποθανεῖν.*

Mendose igitur editur pag. 1881. *προεμένων τὰς σημΕΙας.* et pag. 2026. *τὰς ἱερὰς σημΕΙας.*

Pag. 1668. *πονουμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων.* *Laborare* Dionysio est ut reliquis omnibus *πονεῖν*, non *πονεῖσθαι*. Lux aliqua affulget ex loco vicino pag. 1669. *ὑπὸ κόπου — καταπονηθείς.* Eodem modo nunc quoque *καταπονουμένων* dedisse videtur et sigla praepositionis neglecta intercidisse.

Pag. 1671. *οὐ μὴν ἔμεινάν γε ἐν τοῖς ἐγνωσμένοις χώρας ἀγαθῆς κειρομένης, ἣν οὐ ῥᾳδίως ἀνακτήσΑσθαι ἔτι ἤλπισαν, οἴκτῳ ἐπαχθέντες.* Usitata omnibus forma est *οὐ μὴν* *ἘΝέμεινάν γε τοῖς ἐγνωσμένοις*, ut *πίϛει, ὅρκῳ, σπονδαῖς ἐμμένειν* constanter dicitur. Deinde scribe *ἀνακτήσΕσθαι*. Kiessling. *ἀναλήψεσθαι* malebat, sed non dubitabant quin agrum esset *recuperaturi*. *Ἀνακτᾶσθαι* est *reficere, recreare, in pristinum statum restituere* aut *hominem aegrum* aut *agrum vastatum* aut similia.

Pag. 1671. *πρεσβείας ἀπέϛειλαν — δεησόμενοι.* Haec quidem forma vitiosa est. Kiessling. dubitanter *δεησομένΑC* coniecit. Melius est *πρέσβΕΙC — δεησομένΟΥC*. Dicebant enim aut *ἔπεμψαν πρέσβεις δεόμενοι* aut *δεησομένους* sive *οἵτινες δεήσονται*.

Pag. 1672. *τῶν δὲ πρεσβευτῶν ποιήσειν τὰ δυνατὰ καὶ μέτρια [λεγόντων].* Omissum in libris *λεγόντων* de coniectura suppletum est, sed displicet *praesens* tempus. Fortasse legendum: *τῶν δὲ πρέσβεων εἰπόντων.*

Pag. 1674. *δόξαν αὐθαδείας — τοῦτο τὸ ἔργον αὐτῷ πρῶτον [φθόνον] ἤνεγκεν.* Editor „*φθόνον abesse malim.*" Facile credo namque additum pervertit omnia.

Pag. 1675. τὸ ἐν πολλοῖς εὐτυχεῖν — λανθάνει ἐπιθυμιῶν ἀρχηγὸν ἐκβαινουσῶν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Arenam sine calce vides. Expedita erunt omnia et apte composita ubi emendaveris ἀρχὴ ὂν pro ἀρχηγόν.

Pag. 1676. excidit aliquid et male divisa verba sunt. Legendum arbitror Λατίνους τε γὰρ ἠξίου — συμπεριλαμβάνειν καὶ — Ἕρνικας (καὶ οὕτως) οἰκεῖα ἑαυτῷ παρασκευάσαι τὰ ἔθνη. Ταῦτα (δὴ) διανοηθεὶς κτέ.

Pag. 1676. ἀποδέδωκε — λόγον. Perfectum h. l. absurdum est. Recte Sintenis ἀπέδωκε, quod statim in textum recipi debuerat. Nota et frequens in libris confusio est inter ἔδωκα et δέδωκα cum compositis omnibus.

Pag. 1677. τρίτον δὲ καταστὰς ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀρχήν. *Iterum*, *tertium* Consul constanter dicitur ΤΟ δεύτερον, ΤΟ τρίτον. cf. pag. 1670.

Pag. 1679. ἠγριωμένοι τε καὶ τὰ ἜCΧΑτα κατ' ἀλλήλων ὀνείδη λέγοντες. Male Sylburg τὰ αἴσχιστα reponere volebat. *asperrima* erant convicia, non *turpissima*. Xenophon *Memor.* II. 2. 9. οἴει χαλεπώτερον εἶναί σοι ἀκούειν ὧν αὐτὴ λέγει ἢ τοῖς ὑποκριταῖς ὅταν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἀλλήλους τὰ ἔσχατα λέγωσιν;

Pag. 1680. τάχα μὲν [καὶ] διὰ τὸ — τάχα δὲ καὶ διὰ τὸν φθόνον. Molestum prius καί resecandum est.

Pag. 1680. ἃ διὰ πολλῶν ἐκτήσαντο ποΛΕΜων, imo vero πόΝων, *multis* LABORIBUS *quaesita*, non *bellis*. Non est haec infrequens, ut supra vidimus, apud Dionysium confusio. Recte sequitur Λατίνους τοὺς μὴ παραγενομένους τοῖς πολέμοις.

Pag. 1682. κρεῖττον — μικρὰ λαβοῦσιν ʼΟΜΟΙως ἔχειν ἢ πολλὰ ἐλπίσασιν ἁπάντων ἀποτυχεῖν. Quod conieceram ΒΕΒΑΙως ἔχειν a Reiskio occupatum nunc video. Poterat, credo, recipi, namque ὁμοίως ἔχειν nihil est. Similiter dixit pag. 2261. ὧν οὐδὲν ὑμῖν ἔξεστι βεβαίως ἔχειν.

Pag. 1683. *ἐπισημήναντος δὲ τοῦ πλήθους ὡς τὰ κράτιςα ὑποθεμένῳ*. Leg. *ἐπισημηναμένου*. *Plaudere* enim *ἐπισημαίνεσθαι* dicitur, non *ἐπισημαίνειν*. Idem mendum Reiske sustulit pag. 1522. *μεγάλῃ βοῇ πάντες ἐπεσημήνανΤΟ*, ubi in libris est *ἐπεσήμηναν*.

Pag. 1685. scribendum *ἡ χάρις — ὑπάρΞει* pro *ὑπάρχει*. et *ἄνδρας — ἑλέσθαΙ Ι (δέκα) οἵτινες κτέ*. Saepe in sqq. hi *decemviri* nominantur. Vides cur numeri nota interciderit. Cf. pag. 1692, 1694, 1706, 1740.

Pag. 1685. *τάδε συνεβούλευσεν· ἄνδρας — ἑλέσθαι δέκα —, τὴν δὲ ὁρισθεῖσαν ὑπ' ἐκείνων γῆν — τὴν μὲν ἀπεμποληθῆναι* [*παρῄνει*] *— τὴν δὲ πενταετῆ μισθοῦν χρόνον*. Tenemus interpolatorem. Sine controversia *ἀπεμποληθῆναι* et *μισθοῦν* pendent ex *τάδε συνεβούλευσεν*, sed multis aliis interpositis credidit nescio quis orationem sic esse fulciendam.

Vide etiam quam parum aptum verbum sit in tali re *παραινεῖν*. *Admonuit* ut ager publicus partim venderetur, partim in quinquennium locaretur.

Praeterea activa forma reponenda est *ἀπεμπολῆσαι*, ut recte sequitur *μισθοῦν*.

Pag. 1687. leg. *διδάσκωμεν* pro *διδάσκομεν*, et *γῄδιον* pro *γήδιον*.

Pag. 1688. *ταύτην εἰσηγησαμένου τὴν γνώμην Ἀππίου καὶ σφόδρα δόξαντος εὐδοκιμεῖν*. Inepta et ridicula haec oratio est. Legendum *δόξαντος εὖ* ΛЄΓ*ειν*. Lacuna erat ЄΥ * * * ЄΙΝ male expleta. Quid tritius est quam *δοκεῖν*, *πάνυ δοκεῖν*, *σφόδρα δοκεῖν εὖ λέγειν*? Demosthenes pag. 5.7. *ἐκ τούτου συμβαίνει τὸν μὲν οἷς ἂν ἁμάρτητε ἐπιτιμῶντα εὐδοκιμεῖν καὶ δοκεῖν εὖ λέγειν*.

Pag. 1689. *ὀργῆς παρέξει δικαίας προφάσ*ЄΙϹ. Legendum *πρόφασ*ΙΝ.

Pag. 1690 *οὐ μὴν ἀποχρῆν γε οἴομαι τούτων ἑκάτερον ἐν τῷ ψηφίσματι γραφ*ЄΝ. Putidum et affectatum dicendi genus *καὶ*

οὐ πρὸς Διονυσίου. Adde literulam ut fiat *ἐν τῷ ψηφίσματι γράΦΕΙΝ.* Sic omnes loquimur.

Pag. 1693. *οὔτε γὰρ ὀλίγων τηλικαῦτα πράγματα δεῖται χρόνων.* Corrigendum *ὀλίγΟΥ — χρόνΟΥ.* Non aliter enim in tali re dicitur quam *πολὺς χρόνος, οὐ πολὺς χρόνος, ὀλίγος χρόνος, βραχὺς χρόνος* et sim. in quibus pluralis *χρόνοι* esset perabsurdum.

Pag. 1697. *μιᾶς γὰρ καταλειπομένης τρίτης μερίδος.* Rectissime Chisianus *τριτημορίδος*, quod reponendum. In divisione praedae Dionysius iterum ostendit se non esse *ἀριθμεῖν δεινόν.*

Pag. 1700. *ἧκεν ἐπὶ τὴν βουλὴν ἔπειτα κελεύσας 'ΕΞελθεῖν τὸν υἱὸν μηνυτής τε καὶ κατήγορος αὐτοῦ ἐγένετο.* Si esset *ἐξελθεῖν* in omnibus libris *ἐλθεῖν* emendandum fuisset. Nunc in omnibus est *ἐλθεῖν* et humani quid passus est Editor *ἐξελθεῖν* reponens. Non est Romani moris si quem accusare vellent eum *discedere iubere.*

Post pauca in libris est: *τὸ ἀπαραίτητον τῆς τῶν πατέρων ὀργῆς εἰς τοὺς ἀδικοῦντας.* Sylburg *ἀδικοῦντας υἱούς* supplevit. Verum vidit ille quidem sed emendationem loci tamen non perfecit. In libris antiquis pro *υἱός* scribitur ΥC (ut pro *θεός* ΘC et pro *κύριος* KC) et in accusativo plurali ΥΟΥC pro *υἱούς.* Iam tu vides *εἰς υἱοὺς ἀδικοῦντας* emendari oportere. Articulo enim in talibus locus non est.

Pag. 1704. *εἰς ταπεινότατον πτῶμα κατήχθησαν.* Legendum *κατηΝΕχθησαν*, *delapsi sunt.*

Pag. 1705. *πολλὴν ἄνοιαν ἑαυτῶν — κατηγόρουν,* vitiose dixit pro *κατεγίγνωσκον.*

Pag. 1711. *ὅσοι πολεμιστὴν καὶ κακόπαθΟΝ αἱροῦνται βίον.* Fieri non potest ut sit Graeca forma *κακόπαθος.* Ut *ἀπαθής, εὐπαθής, δυσπαθής, αἰνοπαθής, μετριοπαθής* et alia sexcenta, sic *κακοπαθής, κακοπάθεια, κακοπαθεῖν* dicebant. Videtur in faece

Graecorum *κακόπαθος* esse natum et paucos quosdam veterum locos infecisse.

Pag. 1718. *ἀκούοντες παρά τε κατασκόπων καὶ τῶν ἐκ τοῦ χάρακος ἀποδιδρασκόντων.* Subridens repones *ἀποδεδρακότων.* Non infrequens haec confusio est.

Pag. 1718. *τόν τε χάρακα περιέςΗσαν καὶ τὰ περιςαυρώματα διασπᾶν ἐπεχείρουν.* Requiro plusquamperfectum de more cum imperfecto coniunctum, *περιέςΑσαν — ἐπεχείρουν.*

Pag. 1721. *Ῥωμαῖοι δὲ ὡς ἐν ἀσφαλεῖ τέως ὄντες ἤδη κατέβαινον.* Editor: *„vel τέως vel ἤδη delendum esse censuit Reiske".* Non est difficilis vel incerta optio; *τέως* est delendum. Ponitur enim *τέως* ubi duo tempora inter se opponuntur.

Pag. 1728. *τοῖς μὲν οὖν Ῥωμαίοις τὸ ἀπαναλούμενον τῆς ςρατιᾶς οὐδεμία ποθὲν ἐπιοῦσα ἐξεπλήρου.* Sic libri. Kiessling. *ποθὲν* in *οἴκοθεν* mutavit. Sintenis *ἐπικουρία* post *ἐπιοῦσα* addidit. Equidem expuncto *ἐπιοῦσα* probaverim: *οὐδεμία οἴκοθεν ἐπικουρία ἐξεπλήρου.* Si enim participium addere Dionysius voluisset, non *ἐπιοῦσα* dixisset sed *ἐπελθοῦσα.* Praeterea *perfectum* pro *praesenti* requiro *ἀπαναλΩμένον* pro *ἀπαναλούμενον.*

Pag. 1734. *Γάϊον Ἰούλιον — ἐκ τῶν Φιλοδημοτικῶν*, monstrum hoc verbi est conflatum ex *Φιλόδημος* et *δημοτικός* propter dittographiam coniunctis. Scripserim *ἐκ τῶν δημοτικῶν.*

Pag. 1737. *οὐ μακρὰν τῆς πόλεως.* Male receptum ex Urbinate *οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως.*

AD LIBRUM NONUM.

Pag. 1738. *διαφορᾶς γενομένης τῷ δήμῳ πρὸς τὴν βουλὴν — γνωσιμαχήσαντες [πρὸς ἀλλήλους ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος] τέλος συνέπεισαν ἀλλήλους ἀφ' ἑκάςης μερίδος ὕπατον αἱρεθῆναι.* Quis credat teretes Dionysii aures hanc scabritiem orationis ferre potuisse? Omnia recte procedent ubi resectis verbis male repetitis

emendaveris ἀφ' ἑκαΤЄΡΑC ΤΗC μερίδος ὕπατον αἱρεθῆναι. Deleto demum inepto emblemate γνωσιμαχήσαντες intelligi potest, nam nunc significat idem quod ubique.

Pag. 1742. τοὺς κατέχοντας τῆς χώρας τὴν δημοσίαν Recte AB. τὴν χώραν τὴν δημοσίαν.

Pag. 1746. ἠναγκάσθη πᾶσι δοῦναι τὸ παράγγελμα τῆς ἐξόδου. Dicitur ἐξιέναι et ἔξοδος de iis qui ad *bellum proficiscuntur* aut *hostes aggrediuntur*; sed seditiosi milites *domum redire* postulabant, unde ἀφόδου verum esse intelligitur.

Pag. 1754. πλησίον τοῦ χάρακος ἱςάμενοι γυναῖκάς τε ἀπεκάλουν ἅπαντας καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν τοῖς δειλοτάτοις τῶν ζῴων [ἐοικέναι λέγοντες] ἐκάκιζον. Factum hoc loco est quod saepe alibi, ut corruptelam interpolatio sequeretur. Ex natura loci suspicor pro ἐκάκιζον olim ЄΙΚΑζον scriptum fuisse additamque interpretationem ἐοικέναι ἔλεγον leviter mutatam in textum irrepsisse. Κακίζειν enim est iratorum, εἰκάζειν deridentis et subsannantis. Frequens est et rei et verbi apud Graecos mentio. In Platonis *Symposio* pag. 215. *b.* Alcibiades de Socrate dicit: Φημὶ ἐοικέναι αὐτὸν τῷ Σατύρῳ τῷ Μαρσύᾳ. et post pauca pag. 216. *c.* ἀκούσατε ὡς ὅμοιός ἐςιν οἷς ἐγὼ ᾔκασα αὐτόν. Lepide hoc genus irrisionis, quale sit ostendit Xenophon in *Sympos.* VI. 9. σὺ αὐτὸν μὴ εἴκαζε ἵνα μὴ καὶ σὺ λοιδορουμένῳ ἐοίκῃς. κτέ. et omnium lepidissime Comici. Aristophanes *Avib.* 804.

οἶσθ' ᾧ μάλις' ἔοικας ἐπτερωμένος;
εἰς εὐτέλειαν χηνὶ συγγεγραμμένῳ.
B. σὺ δὲ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.
A. ταυτὶ μὲν ᾐκάσμεσθα κατὰ τὸν Αἰσχύλον·
τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς.

et in *Vespis.* 1308.

εἶτ' αὐτὸν ὡς εἶδ' ᾔκασεν Λυσίςρατος.
ἔοικας, ὦ πρεσβῦτα, νεοπλούτῳ τρυγὶ
κλητῆρί τ' εἰς ἀχυρμὸν ἀποδεδρακότι.
ὁ δ' ἀνακραγὼν ἀντῄκασ' αὐτὸν πάρνοπι
τὰ θρῖα τοῦ τρίβωνος ἀποβεβληκότι.

Strattis apud Athen.; pag. 467. *e.*

οἶσθ' ᾧ προσέοικεν, ὦ Κρέων, τὸ βρέγμα σου;
ἐγῷδα· δίνῳ περὶ κάτω τετραμμένῳ.

Sic igitur hostes deridentes Romanorum duces *τοῖς δειλοτάτοις αὐτοὺς τῶν ζῴων* ЄΙ*καζον*.

Desideratur vocabulum sententiae necessarium pag. 1756. in verbis: *ἀναγκάζειν ἀγαθοὺς γενέσθαι τοὺς ἑκουσίως εἶναι μὴ βουλομένους*. Supple (*ἄνδρας*) *ἀγαθοὺς γενέσθαι*, quod de virtute bellica et fortiter pugnantibus perpetuum est, unde *ἀνδραγαθία* et *ἀνδραγαθεῖν* et *ἀνδραγάθημα* nata sunt. Vidimus supra *ἄνδρας* in hac locutione male in Codd. abesse.

Pag. 1758. *πολλὴ χάρις ὑμῖν τῆς ἐπὶ τὰ κράτιστα ὁρμῆς* ЄΙΤ' *ὑπ' ἀρετῆς γίγνεται*. Revocanda scriptura librorum: *εἴ γε ὑπ' ἀρετῆς γίγνεται*, nam quo magis militum animos incendat de eorum virtute dubitare videtur.

Pag. 1762. *μενόντων μὲν ἀνδρῶν καὶ μαχομένων ὀλίγον τὸ ἀπολλύμενόν ἐςιν*. Male tentat Reiske *ἀνδρῶν* aut *ἀνδρείως* aut *ἀνδρωδῶς* substituens. Obversabatur enim Dionysio *τὸ Ὁμηρικόν·*

αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται.

Pag. 1764. *τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμ*Ο*πίλους καλοῦσιν*. Imo vero *πριμ*Ι*πίλους*.

Pag. 1764. *ὅσοι διεγνώκατε εἰς ἴσον* (*ἴσον*) *καταςῆσαι τὰ ἔργα τοῖς λόγοις οὐκ ἂν ἁμαρτ*ΑΝ*οιτε τὸ αὐτὸ ποιοῦντες ἐμοί*. Legendum: *οὐκ ἂν ἁμάρτοιτε*, ut passim omnes loquuntur. Saepissime confunduntur *ἁμαρτάνειν* et *ἁμαρτεῖν*.

Post pauca scribe: *οἱ μὲν ἵπποις χαλινοὺς ἐνέβα*ΛΛ*ον* (non *ἐνέβαλον*) *οἱ δὲ ξίφη καὶ λόγχας ἔθηγον*.

Pag. 1769. *εἰ μὲν οὖν — διὰ φυλακῆς εἶχον τὸν χάρακα τάς τε ἀποσκευὰς τῶν Ῥωμαίων κατέσχον καὶ αὐτοὺς αἰσχρῶς ἀπελθεῖν ἠνάγκαζον*. Recte Stephanus *ἔσχον* correxit pro *εἶχον*. Praeterea legendum *κατέσχον ἂν* et *ἠνάγκα*CAN pro *ἠνάγκαζον*.

Pag. 1771. *ἀνοίξαντες τὰς πύλας ἐπὶ τὸν ἑαυτῶν* 'ΑΝ*εσώζοντο*

χάρακα. Sensit Kiessling. verbo *ἀνασώζεσθαι* hic locum non esse. Ergo *'ΑΠεσώζοντο* coniecit. *Salvum et incolumem aliquo pervenire* Graece dicitur *ΔΙΑσωθῆναι*. Ergo *ΔΙεσώζοντο* verum est.

Pag. 1779. *τοῦ κοινοῦ ταμιείου διὰ τὰς συνεχεῖς ϛρατείας ἐξαναλΟΥμένου καὶ τῶν ἰδίων βίων ἀπειρηκότων ταῖς εἰσφοραῖς.* Requiritur perfectum *ἐξαναλΩμένου exhausto aerario.*

Pag. 1780. *ὡς οὐκ ἂν ἑκουσίων γέ τινων προκΕΙμένων ἁπάντων.* Nihil significat h. l. *προκειμένων*, sed facile est Dionysii manum ex aliis locis elicere veluti pag. 1784. *ὡς σφῶν προκΑΘΗμένων Τυρρηνίας ὅλης.*

Itaque *προκΑΘΗμένων ἁπάντων* reponendum. Noto usu *προκαθῆσθαι* est *praesidere*, *praesidio esse*, *tutari*, ut apud Tacitum *Annal.* IV. 5. *Italiam utroque mari duae classes Misenum apud et Ravennam* — praesidebant. *τῆς 'Ιταλίας δύο ναυτικὰ προὐκάθητο.*

Pag. 1781. *τὰ πρὸς τὴν ἄλλην 'ΕΣτραμμένα Τυρρηνίαν.* Legendum *ΤΕτραμμένα*. Saepissime sic in Codd. peccatur, ut supra notavimus.

Pag. 1782. *οὐδὲν γὰρ οὔτ' εἰς τὸ δημόσιον ἀπήνεγκεν οὔτε τοῖς ϛρατευομένοις ἰδιώταις ἀπένειμεν.* Quis umquam vidit vel audivit *ϛρατευομένους ἰδιώτας*? Vetus est dittographia *ϛρατευομένοις* (ιώταις), unde *τοῖς ϛρατιώταις ἀπένειμεν* emendari oportet. Praeterea scribe *ἀΝήνεγκεν.*

Pag. 1783. *ἀπηγγΕΛΗ 'Ρωμαίοις ὅτι Οὐολοῦσκοι καὶ Αἰκανοὶ συνθήκας πεποίηνται.* Verbi *ἀγγέλλειν* cum compositis duplex forma aoristi secundi *barbara* in Codd. circumfertur, *ἤγγελον* et *ἠγγέλην*. Nemo umquam Graecorum his formis usus est; omnes constanter *ἤγγειλα* et *ἠγγέλθην* dicebant. Et *ἤγγελον* quidem apud Dionysium non comparet; *ἀπηγγέλη* vitiose scribitur et h. l. et pag. 1796. *ὡς δ' ἀπηγγέλη τοῖς Φαβίοις.* Kiesslingius probam esse formam ratus reponere volebat pag. 1109. *τεταπεινωμένα 'ΗΓΓΕΛΗ* pro *ἦν*, sed re diligenter considerata comperiet *ἀπηγγέλην* esse barbarum et undique expellendum.

Nullum est verbum Graecum, cuius in forma activa simul primus et secundus aoristus in usu sit. Sero nati Graeculi promiscue dicebant ἔλιπον — ἔλειψα, ἤγαγον — ἦξα, ἥμαρτον — ἡμάρτησα et sim.

In passiva forma ubi aoristum secundum in usu esse constat τραφῆναι, ϛαλῆναι, ταφῆναι caett. videbis solos poëtas tragicos grandiloquos et vulgaria vitantes θαφθῆναι, θρεφθῆναι καλῶς, ϛαλθῆναι et sim. dicere. Qui utuntur sermone pedestri et populari lingua servant omnes legem quam diximus.

Pag. 1784. ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο τρισσὰς ἐκπέμψΕΙΝ ϛρατιάς. Verbum ψηφίζομαι et omnia verba *statuendi* et *decernendi* futurum respuunt. Legendum ἐκπέμψΑΙ.

Manifestum est putidum emblema pag. 1785. ἠναγκάσθη — μηκέτι χωρεῖν ὁμόσε τοῖς πολεμίοις, ἀλλ' ἐν τῷ χάρακι ὑπομένων ἀκροβολισμοῖς καὶ ψιλῶν συμπλοκαῖς διαφέρειν [ἔγνω] τὸν πόλεμον. quod ostendisse satis est. Et χωρεῖν et διαφέρειν pendent ex verbo ἠναγκάσθη.

Pag. 1787. ἀβροδίαιτον γὰρ δὴ καὶ πολυτελὲς τὸ τῶν Τυρρηνῶν ἔθνος ἦν οἴκοι τε καὶ ἐπὶ ϛρατοπέδΟΥ Ὑπεραγάμενον ἔξω τῶν ἀναγκαίων πλούτου τε καὶ τέχνης ἔργα παντοῖα. Vera scriptura est ΠΕΡΙαγΟμενον — πλούτου τε καὶ τέχνης ἔργα παντοῖα. Proprium in tali re verbum est περιάγεσθαι. Xenophon *Memorab.* I. 7. 2. σκευήν τε καλὴν κέκτηνται καὶ ἀκολούθους πολλοὺς περιάγονται. *Cyrop.* II. 2. 28. περιάγΕΙC τοῦτο τὸ μειράκιον, ubi περιάγΕΙ scribendum. vid. *Mnemos.* 1875. pag. 386. Apud Demosthenem editur pag. 958. 15. καὶ ταῦτα γυναῖκ' ἔχων ποιεῖς καὶ τρεῖς παῖδας ἀκολούθους περιάγΕΙC καὶ ζῇς ἀσελγῶς, ubi περιάγΕΙ verum est. Addam lepidissimum fragmentum Epinici apud Athen. pag. 497. *a.*, ut paullo emendatius reddam. Legitur in unico Codice: ἔϛι δ' ἐλέφας. ἐλέφαντας περιάγει ῥυτὸν χωροῦντα δύο χόας ὃν οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι ἐγὼ τοῦτο πέπωκα πολλάκις. οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ. quae hunc in modum redintegranda esse arbitror:

ἔϛι δ' ἐλέφας. B. (τί φής;) ἐλέφαντα περιάγΕΙ;
A. ῥυτὸν (μὲν οὖν) χωροῦν δύο χόας. (B. Ἡράκλεις!)

(βυτὸν τοσοῦτ)ον οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι
A. *(καὶ μὴν) ἐγὼ τοῦτ' ἐκπέπωκα πολλάκις.*
B. *οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις οὐδὲ σύ.*
ubi male nescio quis apud Meinekium *περιάγ*ΕΙC reponebat.

Recte Dionysius ipse Libr. XIX. pag. 249. Kiessl. *ἵνα λαμπρὰς παρατιθῶνται τραπέζας καὶ πολλοὺς θεράποντας περιάγωνται.*

Pag. 1789. *ἡ δὲ βουλὴ τῆς πρεσβείας ἀκούσασα καὶ τὰ τοῦ ὑπάτου γράμματα Δεξαμένη*, imo vero *'ΑΝΑΛεξαμένη* *lectis* Consulis literis, idem quod *ἀναγνοῦσα*. Et *ἀναλέγεσθαι* et *ἐπιλέγεσθαι* (quod est eo sensu frequens apud Herodotum) Dionysius ponit pro *ἀναγιγνώσκειν*. pag. 229. *ἐμοὶ — Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων συχνὰς ἀναλεξαμένῳ γραφάς*. pag. 1921. *πέμπει — γράμματα εἰς τὴν Ῥώμην. ταῦτα ἐπιλεξάμενος ὁ συνύπατος — τοὺς βουλευτὰς συνεκάλει.* Interest tamen aliquid inter haec et *ἀναγιγνώσκειν*, quod est de scripto recitare, ut omnes audiant; *ἐπιλέγεσθαι* et *ἀναλέγεσθαι* contra de eo dicuntur qui tacitus sibi legit aut librum aut epistolam. pag. 424. *δίδωσι τῶν παρόντων τινὶ ἀναγνῶναι τὰς ἐπιϛολάς*. et post pauca: *ἀναγνωσθεισῶν δὲ τῶν ἐπιϛολῶν*. Sic et tribuni plebis novam legem populo recitantes *ἀναγιγνώσκειν τὸν νόμον* dicuntur, ut pag. 1352. *ἔχων τὸν νόμον ἤδη γεγραμμένον ἀνεγίγνωσκεν.*

Pag. 1789. *δόγμα ἐξήνεγκε διδόναι τὴν εἰρήνην. — ἐφ' οἷς δὲ δικαίοις αὕτη γένη*ΤΑΙ *τὸν ὕπατον καταϛήσασθαι.* Soloecum est *γένηται*. Semper Dionysius in tali re futurum ponit: itaque *γενή*CΕΤΑΙ corrigendum, ut pag. 1673. *ἐφ' οἷς δὲ γενήσονται αἱ συνθῆκαι Κάσσιόν τὸν ὕπατον γνῶναι*, et passim in re simili.

Pag. 1803. *τῶν τριῶν ἀδελφῶν* — 'ΕΓ*καταλειφθῆναι πείθομαι Μάρκ*ΩΙ *παιδίον*. Satis perspicuum est sic emendari oportere: ʽΕΝ *καλαλειφθῆναι Μάρκ*ΟΥ *παιδίον*.

Pag. 1806. *οὐδὲ τότε ἀπαναϛῆ*Ν*αι τὴν ϛρατιὰν ὁ Μενήνιος ὑπέμεινεν.* Dubium non est quin *ἀπαναϛῆ*C*αι* sit rescribendum. Obloquitur Sylburg, qui non meminerat *ὑπέμεινεν* non esse *passus est*, (ut *ἐπέτρεψε, συνεχώρησεν* et sim.) sed *sustinuit, impetrare a se potuit*, ut verbo transitivo, unde *τὴν ϛρατιάν* pendeat, addito opus sit.

Pag. 1807. *οὐδὲ γὰρ* 'ΑΠΟ*σκευάσασθαι δύναμιν ἔσχον οἱ φεύγοντες.* Ratio rei et perpetuus Dionysii usus 'ΑΝΑ*σκευάσασθαι* postulant.

Pag. 1818. Menenius Agrippa multatus est duobus millibus aeris (gravis), *ὃ πρὸς μὲν τοὺς νῦν ἐξεταζόμενον βίους γέλωτος ἂν ἄξιον φανείη, τοῖς δὲ τότε ἀνθρώποις — μάλιστα δ' ἐκείνῳ τῷ ἀνδρὶ πενίαν κληρονομήσαντι παρὰ τοῦ πατρὸς* 'ΑΦΥΕC *ἦν καὶ βαρύ.* Pro *ἀφυές* in Urbinate legitur *ἀφ' ἧσ* sine sensu. '*Αφυές* quoque sensu vacuum est. Multo melior est altera Casauboni coniectura: *ὑ π ε ρ φ υ ὲ ς ἦν καὶ βαρύ.*

Pag. 1820. *ὑπό τε ἀθυμίας καὶ σίτου* 'Ε*ποχῆς μαρανθεὶς ἀπέστη τοῦ βίου.* Quia *inedia* vitam finivit vera lectio est *σίτου* 'Α*ποχῆς.* Participium *μαρανθείς* melius omisisset.

Pag. 1823. *δόξαιμι γὰρ σὺν δίκῃ πάσχειν ὅ τι ἄν μου καταγνῶτε.* Leg. *δόξαιμι γὰρ* ἊΝ.

Post pauca: *ὑμεῖς ἐν ἐλάττονι αἰτίᾳ ἔσεσθε — ἐν ᾧ* [*καὶ*] *εἴ τι ἀδικῶ ὑμᾶς ἄδηλόν ἐστιν ἔτι ταῖς ὀργαῖς χαρισάμενοι.* Sensu vacuum et sententiae inimicum *καί* delendum.

Pag. 1824. *ἐν ἐλπίδι ἦσαν τοῦ καταλύειν ἡμῶν τὴν ἀρχήν.* Et *ἤλπιζον* et quod idem est *ἐν ἐλπίδι ἦσαν* postulat futurum *καταλύCειν.*

Pag. 1827. *τοῦτον δὴ τὸν σκοπὸν προελόντες αὐτοὶ ἐξετάζετε τὴν ἐμὴν τύχην.* Sensu vacuum est *σκοπὸν προελεῖν.* Olim scriptum fuisse suspicor: *τὸν σκοπὸν προΘΕντες*, ut apud Polybium VII. 8. in fine: *Γέλων σκοπὸν προέθηκε κάλλιστον ἐν τῷ ζῆν τὸ πειθαρχεῖν τῷ γεννήσαντι.*

Pag. 1828. *ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν αἰσθήσ*ΕCΙ *καὶ πάθεσι καταλαμβανόμεθα, ταῦτα δὲ μαντείαις καὶ δόξαις εἰκάζομεν.* Vera lectio est in Urbinate *αἰσθήσ*ΕΙ.

Pag. 1829. *στρατηγεῖν πολέμους.* Dedimus supra huius locutionis exempla, ubi in libris erat mendosa lectio *πολέμ*ΟΥ

Στρατηγεῖν. Legitur etiam pag. 1699. ϛρατηγῆσαι πολέμους δεινότατος. Sed pag. 910. pro ϛρατηγῆσαι τὸν ἄνδρα διανοούμενος recte Sylburg et Stephanus καταϛρατηγῆσαι reposuerunt.

Pag. 1831. ἔϛαι δὲ μετὰ παρρησίας ὁ λόγος· ἄλλως γὰρ οὔτ' ἂν ἐγὼ δυναίμην λέγειν οὔθ' ὑμῖν ἀκούειν συμφέρει. Demosthenes pag. 95. in fine: λέξω δὲ μετὰ παρρησίας· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δυναίμην.

Pag. 1832. αἱ ἑκούσιοι δωρεαὶ τοῖς τε προΘεμένοις ἡδίους — καὶ τοῖς λαμβάνουσι βεβαιότεραι. Legendum: τοῖς τε προΙεμένοις.

Pag. 1832. οὐδὲ τὸν ἐλάχιϛον χρόνον ἐν ἡσυχίᾳ καὶ γαλήνῃ διαΚΕΙΣΘΑΙ τὴν πόλιν ἐᾶτε. Non est Graecum ἐν ἡσυχίᾳ διακεῖσθαι pro ἡσυχίαν ἔχειν vel ἄγειν. Emendandum videtur quod est in ea re consuetum dicere: ἐν ἡσυχίᾳ καὶ γαλήνῃ διάΓΕΙΝ.

Pag. 1832. εἰ μὲν ἅπαντα τὰ βουλεύματα τοῦ συνεδρίου καλὰ καὶ συμφέροντα ἡγεῖσθε εἶναι, τί οὐχὶ καὶ τοῦτο ἓν ἐξ αὐτῶν ὑπολαμβάνετε [εἶναι]; Vel auris admonet prorsus inutile εἶναι resecari oportere.

Pag. 1833. ὅσον μὲν ἐπὶ τῇ τούτων ἀφροσύνῃ τε καὶ ἀπειρίᾳ πολλάκις ἂν ὑμῖν τόδε τὸ σκάφος ἀνετράπη. νῦν δ' ἡ τὰ τούτων σφάλματα ἐπανορθοῦσα καὶ ἐν ὀρθῇ (ΠΛΕΙΝ) παρέχουσα ὑμῖν τῇ πόλει ἡ βουλή ἐϛιν. Admirabili acumine Reiske sensit πλεῖν esse addendum. Haud scio an meminerit Dionysium haec sumsisse ex Sophoclis *Antigone* vs. 190.

ἥδ' ἐϛὶν ἡ σώζουσα καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.

Etiam alio loco eadem comparatione Sophoclea usus est pag. 285. πόλιν ἅπασαν — ὀρθήν τε πλεῖν εἰκὸς ὅταν οἱ τῶν ἰδιωτῶν εὐϛαθῶσι βίοι καὶ χειμῶνα πολὺν ἄγειν ὅταν κακῶς ἔχῃ ἑκάϛοις τὰ ἴδια. Nobilem Sophoclis ῥῆσιν admirabilem in modum Demosthenes pag. 418. sqq. in rem suam convertit, ubi in Aeschinem hoc torquet pag. 419. in fine: τούτων οὐδὲν ἐσκέψατο οὐδ' ὅπως ὀρθὴ πλεύσεται προείδετο ἀλλ' ἀνέτρεψε καὶ κατέδυσεν, quem ipsum locum Dionysio illa scribenti ob oculos fuisse probabile est.

Pag. 1834. *οὐ μόνον ἀναίτιον αὐτὸν ἀπέφαινεν ἀλλὰ καὶ ὡς κράτιςον ἀνδρΩΝ τὰ πολέμια καὶ ςρατηγΩΝ Φρονιμώτατον ἐπαινεῖσθαι — ἠξίου.* In alia re et alio sensu dicitur *κράτιςος ἀνδρῶν, ἄριςος, βέλτιςος ἀνδρῶν.* Hic requiritur *κράτιςον ἄνδρ*A et *ςρατηγ*ON *Φρονιμώτχτον.*

Pag. 1836. *οὐκ ἐκ τοῦ Φανεροῦ ποιησάμενος τὴν ἔξοδον ἀλλ' ὡς μάλιςα λήσ*ΕCΘΑΙ *αὐτοὺς ἔμελλεν.* Imprudens delabitur ad consuetudinem vulgi, nam *λήσειν* dicere debuerat.

Pag. 1838. *ἀναγκαῖον δ' ἦν ἐκ τοῦ καρτεροῦ τοῖς πολεμίοις συμΦέρεσθαι.* Quemadmodum *κατὰ κράτος* non *ἀπὸ κράτους* dicitur, sic et *κατὰ τὸ καρτερόν* (poëtae *πρὸς τὸ καρτερόν*) non *ἀπὸ τοῦ καρτεροῦ*, sed facillime *ἀπό* et *κατά* propter notum 'compendium inter se confunduntur. pag. 1847. *κατὰ τὸ καρτερὸν ἐνιςαμένους.* pag. 590. *μόνος ἀντεῖπε κατὰ τὸ καρτερόν.* pag. 2207. *κατὰ τὸ καρτερὸν ἀπεμάχετο.* Itaque nunc quoque dixerat: ΚΑΤΑ *τὸ καρτερὸν συμΦέρεσθαι.*

Pag. 1842. *ὡς δὲ — τὰς τροΦὰς ἀπαναλώκεσαν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης [τοῦ λιμοῦ] βιασθέντες ἐξῆλθον.* Necesse est *δυοῖν θάτερον* aut *ὑπὸ τῆς ἀνάγκης* dicere aut *ὑπὸ τοῦ λιμοῦ*, namque utrumque componi non potest. Equidem *τοῦ λιμοῦ* expunxerim, quod etiam Kiesslingio placere nunc video.

Pag. 1844. *ἦν ἐνίκα ςάδιον Δάντης Ἀργεῖος.* Leg. *Δάνδης.* vid. Rutgers ad Iulii Africani *Ὀλυμπιάδων ἀναγραΦήν* pag. 39.

Pag. 1848. *ὁ δαίμων ἐκοίμ*Η*σε τὴν ςρατιάν.* *Κοιμᾶν* poëtarum est, caeteri *κοιμίζειν* et *κατακοιμίζειν* dicere solent. Quamobrem *ἐκοίμ*Ι*σε* corrigendum.

Pag. 1850. *περιειςήκει ἡ περὶ τῆς κληρουχίας ςάσις εἰς ἑτέρ*ΑΝ *μείζονα διὰ τὸν ὑπὲρ τοῦ κόσμου τῆς πολιτείας ἀγῶνα.* Tenue indicium magnam loci labem patefaciet. In libris est *ἕτερ*ΟΝ, et Editor *ἑτέραν* reponens vitii sedem non animadvertit. Expunge *διὰ τόν* et omnia erunt perspicua et plana: *εἰς ἕτερον μείζονα ὑπὲρ τοῦ κόσμου τῆς πολιτείας ἀγῶνα.*

Continuo sequitur: *οἱ μέν γε πατρίκιοι — τὸν ἐπιβαλεῖν τοῖς ὑπηρέταις τολμήσαντα κατὰ κρημνοῦ βάλλειν ἠξίουν.* Quod conieceram occupavit Reiske *τὸν ἐπιβαλεῖν (τὰς χεῖρας) τολμήσαντα.* Saepe *pulsare* dicitur *τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν, ἐμβάλλειν, ἐπιφέρειν* et *προσφέρειν.*

Χεῖρας ἐπιφέρειν legitur pag. 1398. *χεῖρας ἐπήνεγκεν.* et pag. 1893. *δημάρχῳ χεῖρας ἐπήνεγκεν. Χειρῶν ἐπιβολαί* est pag. 2018. 2079. 1684. et pag. 1389. *ὠθισμοί τε καὶ χειρῶν ἐπιβολαί.*

Articulus, ut vides, non additur: quamobrem suspicor Dionysium nunc quoque scripsisse: *τὸν (χεῖρας) ἐπιβαλεῖν τοῖς ὑπηρέταις τολμήσαντα.*

Pag. 1854. *ἣν οἱ Ῥωμαῖοι κυριάτην καλοῦσιν.* imo vero *κουριᾶτιν.*

Pag. 1856. *καὶ* ΚΑΤΑ*θορυβοῦντες τοὺς ἀπολογουμένους.* Sic Kiessling. edidit pro librorum scriptura *καὶ θορυβοῦντες*, quod non erat loco movendum. Nempe sequiores dicebant *θορυβεῖν τινά*, ut *ϛασιάζειν τὴν πόλιν.* pag. 1934. *ἐθορύβησαν μὲν οὖν ἱκανῶς τὴν πόλιν.*

Pag. 1857. locum perturbatum sic componendum esse existimo: *οὔτε λιτανεῖαι θεῶν — τότε προσωφέλουν οὔ*ΤΕ *τέχνη οὔτε ἄλλο τι τῶν δοκούντων κουφίζειν τὴν νόσον.*

Pag. 1861. *τοῖς ὑπάτοις φροντὶς εἰσῄει καὶ λογισμὸς ὅπως ἂν — τὸ ϛασιάζον ἐξαιρεθῇ.* Soloeca oratio est pro *ἐξαιρεθείη.*

Post pauca in verbis: *εἰ δέ τινες ἐναντιωθήσονται σφίσι (πρὸς* om. Urbinas a pr. m.) *τὰ ὅπλα*, supra ostendimus verum esse *ἐναντί*Α *θήσονται σφίσι τὰ ὅπλα.*

Pag. 1863. *πρῶτος αἰτησάμενος [τὸν] λόγον.* Quis ferre potest articulum additum verbis *αἰτεῖσθαι λόγον, μεταδιδόναι λόγου, λόγου τυχεῖν* et sim.? Recte contra qui dicendi finem fecit dicitur *τὸν λόγον τινὶ παραδοῦναι*, ut pag. 1834. *παρέδωκε τὸν λόγον τοῖς συναγορεύειν βουλομένοις.*

Pag. 1863. *συγγνοὺς ἂν ὁ δῆμος* [*ὡς*] *οὔτε δίκαια οὔτε ὅσια ἀξιῶν ἔλυσε τὸν νόμον.* Additum *ὡς* compositionem verborum vitiat. Graecum est *ὁ δῆμος συνέγνω* (*συνῆκεν*, *ἔμαθεν*, *ᾔσθετο*) *ἀξιῶν*, non *ὡς ἀξιῶν*.

Pag. 1864. *τὰ ὅπλα* ΠΕΡΙ *τῆς γειναμένης αὐτοὺς γῆς ἀναλαμβάνοντες*, *pro patria*, ut opinor; ʽΥΠΕΡ non ΠΕΡΙ similiterque pag. 1868. rescribendum *ἀγωνιοῦμαι ʽΥπὲρ τῆς ἀριςοκρατίας*.

Pag. 1864. *πόλιν ἔρημον εἶναι τὸ καθ' ἑαυτοὺς μέρος ἀφέντες.* Plane idem mendum supra ad pag. 1202 sustulimus. *Εἶναι* transferendum est post *καθ' ἑαυτούς*, quoniam *ἔρημον ἀφιέναι* Graecum est, non *ἔρημον εἶναι ἀφιέναι.* Praeter locos supra laudatos vide pag. 1891. *τὸ κατὰ τούτους εἶναι μέρος.* et pag. 2062. *τὸ μὲν ἐφ' ὑμῖν εἶναι μέρος.*

Praeterea scribe *ἡγεμόνας δ'* 'ΕΓ*καταλιπόντες* pro *δὲ καταλιπόντες.*

Pag. 1867. *εἰ — ἥδε ἡ ἀρχὴ μεθ' ὁμονοίας εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν — πολλῶν ἂν ἡμῖν ἐγΙνετο καὶ μεγάλων ἀγαθῶν αἰτία.* Ne sit soloeca oratio scribendum *ἐγ*Ε*νετο.*

Pag. 1868. *ἐκ δὲ τῶν δημάρχων — ἀνίςαται.* Non infrequenti errore ΕΙΣ (*εἰς*) in ΕΚ mutatum est.

Pag. 1873. *ἥδε ἡ ἀρχὴ, ἥν σε ὁ νόμος* 'ΕΚ*τρέπεσθαι καὶ εἴκειν ἀναγκάζει.* Non *de via decedere* et *vitare* postulat oratoris sententia, sed 'ΕΝ*τρέπεσθαι revereri*, ut pag. 1623. *οὐδὲ τοὺς πεμφθέντας ὑπὸ τῆς βουλῆς — φίλους καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐνετράπης*, et saepius alibi.

Pag. 1873. *παρεὶς δὲ καὶ αὐτὸς ἅπασαν εἰρωνείαν ἔργου* ᾿ΑΡ*ξομαι.* Ex perpetua Dionysii consuetudine *ἔργου* ῞Ε*ξομαι* est restituendum. pag. 1507. *σοῦ σπουδάζοντος ἔργου ἔχεσθαι.* pag. 1523. *πάντες ἔργου εἴχοντο.* pag. 1526. *ἔργου ἐχώμεθα.* pag. 1545. *ἔργου εἴχετο.* pag. 1786. *ἔργου εἴχετο.* pag. 1940. *ἵν' εὐθὺς ἔργου ἔχωνται.* Hoc quoque ab Herodoto sumsisse videtur.

Pag. 1876. ἐπειδὴ οὐκ ἐξ ἐπιβουλῆς — εἰς αὐτὰ κατέστησαν ἀλλ' ὑπΕΡ τῆς εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίας. Nihil certius quam Sylburgii emendatio ὑπό pro ὑπέρ.

Post pauca in verbis: ἐπειδὴ ὁ ὕπατος ["Αππιος] οὐκ ἐᾷ tolle puerile emblema.

Pag. 1884. ὃ πάντες (ἂν addendum) ὁμολογήσειαν ἰσχυρὸν εἶναι. In sqq. editur turpi sed frequenti errore καλῶς τεΤράφθαι pro τεΘράφθαι.

Pag. 1887. τὸ γὰρ ἔθος τὸ συνεισπορευόμενον ἅμα τούτῳ καὶ διαμένΟΝ ἐν τῇ πόλει καὶ μέχρι παντὸς ὀλέθριον ἔσται. Impeditam hanc verborum compositionem expedies scribendo: καὶ διαμενεῖ ἐν τῇ πόλει καὶ — ὀλέθριον ἔσται.

Pag. 1888. ἐβουλόμην μὲν ἂν καὶ θεοῖς εὐξάμην ἵνα ἧττον ἦσαν [οἱ] ἐπίσκηνοι λυπηροὶ τῇ πόλει. Delendus est articulus. 'Επίσκηνος Dionysio est idem quod ἐπίσταθμος, quo nomine proprie appellantur milites qui in sociorum et amicorum urbe *utuntur oppidanorum hospitiis* sive peregrini milites *per hospitia dispersi*. Hinc ἐπισταθμεύω et ἐπισταθμεία appellatur et ἀνεπιστάθμευτος dicitur civitas, quae huius molestiae vacationem impetravit apud Polybium XV. 24. εἶναι Θασίους ἀφρουρήτους ἀφορολογήτους ἀνεπισταθμεύτους, id est non coactos Romanos milites hospitiis excipere. Hinc facile intelligitur quam odioso nomine dicantur ἐπίσκηνοι sive ἐπίσταθμοι, qui urbe Roma non domo, sed hospito uterentur, hospites in urbe et molesti hospites, non cives. Eodem sensu ponitur ἐπίσκηνος pag. 1160. ὁ ἐπίκλητος οὑτοσὶ καὶ ἐπίσκηνος ὄχλος.

Pag. 1894. εἰπὼν ὡς διπλασίως ἂν ΑΙΔΕΣθείη ταῦτα ὑπὲρ αὐτοῦ ποιοῦντας ἑτέρους ὁρῶν ἃ μηδ' αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ πράττειν πρέποντα ἡγεῖται. Nullum hic locum habet αἰδώς et αἰδεῖσθαι, sed clamat sententia ὡς διπλασίως ἂν 'ΑΧΘεσθείη reponi oportere.

Pag. 1901. ἠνείχοντο γῆς τε αὐτοῖς 'ΕΚτεμνομένης καὶ οἰκιῶν ἐμπιμπραμένων. Ridiculum verbum est in depopulatione agrorum ἐκτέμνειν. Et caeteri omnes et Dionysius constanter eo

sensu *τέμνειν* dicere solent. pag. 1575. *χώραν ὑμῶν τέτμηκα καὶ λείαν ἀπελήλακα.* pag. 1899. *ἡ γῆ αὐτῶν ἡ πολλὴ ἐτμήθη.* et sic constanter apud Thucydidem et reliquos veteres.

Pag. 1906. *ἵνα μὴ καταρραχθῶσι πρὸς ἄναντες χωρίον βιαζόμενοι.* Legendum *καταραχθῶσι.* Verbum est *κατ - αράσσω*, ut *ἀπ - αράσσω*, sed librariorum indocta natio litera *ρ* geminata *καταρράσσειν* scribere solet. Copiose id supra demonstravimus.

Pag. 1914. Senatus *τοὺς εἰρηνοδίκας ἐψηφίσατο πέμπειν καταγγέΛΛοντας Αἰκανοῖς τὸν πόλεμον.* Certum est *καταγγελοῦντας* unice verum est. Mittere qui de pace agant Graece constantissime dicitur *πέμπειν οἵτινες διαλέξονται* aut *τοὺς διαλεξομένους* aut *πρέσβεις διαλεξομένους*, sed in his omnibus *futurum* est necessarium.

Post pauca scribendum: *ἐὰν μὴ — δίκας τοῖς ἠδικημένοις ὑπόσχωCIN* pro *ὑπόσχωνται.* Constanter enim omnes dicebant *δίκας* (vel *δίκην*) *ὑποσχεῖν*, sed *ὑποσχέσθαι* in ea re nemo ponit.

Pag. 1922. *ἡμέρα δὲ ἤδη διεπέφωσκε.* Nihili forma est et Graecis inaudita *διεπέφωσκε.* Ex Herodoto, ubi bis legitur III. 86. et IX. 45. *ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφωσκούσῃ* (alii libri *διαφαυσκούσῃ*) Dionysius sumsit: *ἡμέρα δὲ ἤδη διέφωσκε.*

Pag. 1923. sq. *ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ — ὑπὸ λήματός τε καὶ προθυμίας φερόμενος, ἄχρι τῆς παρεμβολῆς τῶν πολεμίων ἤλασεν.* Nihil est *φερόμενος ὑπὸ λήματος*, sed male divisa verba sunt et *φερόμενος* cum *ἤλασε* coniungendum. Ut enim *φέρων* cum verbis activis componitur significans ardorem et impetum et alacritatem animi et motus rapiditatem, sic cum verbis passivis et neutris *φερόμενος* coniungitur. Herodotus VIII. 91. *φερόμενοι ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Αἰγινήτας.* IX. 102. *φερόμενοι ἐσέπεσον ἀλέες ἐς τοὺς Πέρσας.* Dionysius iterum pag. 1540. *φερόμενοι — συρράττουσι τοῖς κατὰ μέτωπον.*

Pag. 1930. *εἰς τὴν πόλιν ἀπῆραν οὐχ ἅπαντα πεπραΧότες ὋCA ἐβούλοντο.* *Πεπραχότες*, id est *διαπεπραγμένοι*, a loci sententia abhorret. Apparet sensus verborum ex sqq. *οὐ μὲν δὴ*

οὐδὲ Ῥωμαῖοι πάντα εὐτυχηκότες ἀνέςρεψαν. Itaque emendandum est: *ἅπαντα πεπραΓότες* ΟΙΑ (vel *ὡς*) *ἐβούλοντο*. De *fortuna qua quis utitur πεπραγέναι* dicitur, ut Plato Comicus dixit de Hyperbolo:

καίτοι πέπραγε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν ςιγμάτων ἀνάξια.

Solent autem scribae et scioli *πεπραγέναι*, quod plane in desuetudinem abierat, in *πεπραχέναι* convertere, quod solum noverant.

Pag. 1931. *ὧν ἐλάχιςος ἦν* [*ὁ*] *λόγος*. Vitiose abundat articulus, quem nemo in talibus addit, *ὧν πολὺς ἦν λόγος*, *ὧν οὐδεὶς ἦν λόγος*, et sim.

Pag. 1932. *καλὸν ἡγησάμενοι καιρὸν Αἰκανοὶ — καταλῦσαι τὴν ἀρχήν*. Periit vocabulum, quod nullo modo abesse potest: *ἡγησάμενοι καιρὸν* (*ἔχειν*) *Αἰκανοί*.

Pag. 1935. *οὔτε χελώνας χωςρίδας εἰδότων κατασκευάζειν τῶν τότε ἀνθρώπων οὔτε τὰς καλουμένας ἑλεπόλεις* [*μηχανάς*]. Mala manus adlevit *μηχανάς*, namque *ἑλεπόλεις* post Demetrii *τοῦ πολιορκητοῦ* tempora appellantur ab omnibus, ut apud Athenaeum pag. 415. *a*. *οὐ δυναμένων τῶν ςρατιωτῶν τὴν ἑλέπολιν προσαγαγεῖν τοῖς τείχεσιν*. Plutarchus in *Demetrio* cap. 40. *προσῆγε τὴν λεγομένην ἑλέπολιν πολυπόνως καὶ κατὰ μικρὸν ὑπὸ βρίθους καὶ μεγέθους μοχλευομένην ὡς μόλις ἐν δυσὶ μησὶ δύο ςαδίους* (240 passus) *προελθεῖν*. et alibi passim.

Pag. 1937. *κατεγράφον*ΤΟ *τὰς δυνάμεις*. Milites *scribere* vel *conscribere καταγράφειν* dicitur certo et perpetuo omnium usu, non *καταγράφεσθαι*. Scribendum igitur *κατέγραφ*ΟΝ *τὰς δυνάμεις*.

Pag. 1938. *πρὸς ταῦτα βουλευομένοις τοῖς Ῥωμαίων ὑπάτοις ἐδόκει κράτις*Α *εἶναι ταῖς πόλεσιν αὐτῶν πρῶτον ἐπιχειρεῖν*. Nemo umquam in tali re aliter dixit quam *κράτις*ΟΝ *εἶναι*.

AD LIBRUM DECIMUM.

Pag. 1982. ὅτι πολιτειῶν κρατίϛη τοῖς ἐλευθέροις ἐϛὶν ἰσηγορία. Desideratur articulus: ἐϛὶΝ Ἡ ἰσηγορία.

Pag. 1985. οὗ δὲ ἄπειροί τε καὶ ἀνήκοοι ἔτι ἦσαν καὶ ἐφ᾽ ᾧ [δὲ] μάλιϛ᾽ ἐταράχθησαν τοιόνδε ἦν. Expunge δέ male ab Editore ex uno Codice insertum. Nempe καὶ — δέ ita ponitur ubi καί significat *etiam*.

Pag. 1988. οἱ δὲ δήμαρχοι σφᾶς μὲν αὐτοὺς οὐδὲν ἔλεγον ἀξιοῦν οὔτε ἄδικον οὔτε ἀσύμφορον ΕΥνομίαν εἰσάγειν βουλομένους καὶ ἰσηγορίαν. Verum est, ut res ipsa docet, ἸΣΟνομίαν εἰσάγειν. pag. 1982. οὔπω γὰρ τότε ἦν οὔτ᾽ ἰσονομία παρὰ Ῥωμαίοις οὔτ᾽ ἰσηγορία. Tribuni plebis non *bonas leges* postulabant, sed *aequabilitatem iuris*. cf. pag. 2026. συγχωρήσειν τοῖς δημάρχοις προθεῖναι τῷ πλήθει τὴν περὶ τοῦ νόμου διάγνωσιν, ὃν εἰσέφερον ὑπὲρ τῆς ἸΣΟνομίας. et pag. 2069. προθήσειν νόμον τὸν ὑπὲρ τῆς ἰσοτιμίας.

Pag. 1988. τοὺς δὲ ὑπάτους καὶ τοὺς πατρικίους αἰτίους ἜΣεσθαι τῆς ϛάσεως ἔλεγον ἀνομίαν αὔξοντας καὶ πλεονεξίαν. Quia de *veteribus* Consulum et patriciorum iniuriis queruntur, intelligitur αἰτίους ΓΕΝέσθαι verum esse.

Pag. 1988. τῶν κατὰ τὴν πόλιν οὔτε δημοσίΩΝ οὔτε ἰδίΩΝ οὐδὲν ἐτελεῖτο. Scribendum quod in tali re assolet: οὔτε δημοσίᾳ οὔτε ἰδίᾳ.

Pag. 1990. λέγοντες ὡς οὐκ ἐπιτρέπουσιν αὐτοῖς νόμους εἰσηγεῖσθαι. Recte Chisianus servavit ἐπιτρέΨουσιν.

Pag. 1990. συνθήκας γὰρ εἶναι κοινὰς πόλεων τοὺς νόμους. Sumtum est ex oratione Hyperidis κατὰ τοῦ Ἀριϛογείτονος (inter Demosthenicas) pag. 774. πᾶς ἐϛὶ νόμος — πόλεως συνθήκη κοινή, quod Papinianus vertit: *Lex est — communis reip. sponsio*. vid. *Miscell. Crit.* pag. 568.

Sunt etiam alii ex eadem oratione loci, quos in rem suam

Dionysius convertit, quorum duos indicare iuvat. Dionysius pag. 1415. *μοσχευομένη κατὰ τοῦ δήμου τυραννὶς καθ' ὅλης τῆς πόλεως μοσχεύεται*, sumsit verbum *μοσχεύειν* eo sensu ex Hyperide pag. 785. 4. et pag. 2201. *κἂν τὰ κράτιςα ὑποθῶμαι διακενῆς ἐρραψῳδηκὼς ἔσομαι*. ex Hyperide pag. 770. 13. *μάτην ἐρραψῳδηκότας ἡμᾶς ἔσεσθαι*.

Pag. 1991. *ποίΑC δὲ ὑμεῖς — νόμων εἰσφορᾶς — ἐξουσίαν ἔχετε;* Rectissime in aliis libris scriptum est *ποίΑΝ*. Animose dicitur de more *ποίαν* (sive *τίνα*) *ἐξουσίαν ἔχετε;* pro *οὐδεμίαν*. *Quod vobis ius est legum ferendarum?* id est *nullum vobis ius est.*

Pag. 1993. *οἱ πατρίκιοι τίμιον αὐτὸν ἐπὶ τούτοις εἶχον*. Non infrequenti errore *ἔχειν* et *ἄγειν* inter se confunduntur. Legendum *τίμιον ἦγον*, et post pauca *παρέξειν τὸ ἀσφαλὲς ὑπισχνούμενοι* pro *παρασχεῖν*.

Τίμιον ἄγειν τινὰ in honore habere aliquem et alibi legitur et apud Thucydidem VIII. 81. *τιμιώτερον αὐτὸν ἄγοιεν*.

Pag. 1995. *χάριν εἰδέναι* ΠΕΡΙ *ὧν ἅπαντας εὖ ποιῶν ἐν τοῖς πολέμοις διετέλεσεν*. Necessarium est ʽΥΠΕΡ *ὧν*.

Pag. 1997. *ἐγὼ μάλιςα ἐβουλόμην ἄν*. Graeca compositio est: *ἐγὼ μάλις' ἂν ἐβουλόμην*, trahunt enim *μάλιςα*, *ἥκιςα* et similia omnia voculam *ἄν* ad sese.

Eadem ratio est in *οὐκ ἄν*, *τίς ἄν*, *πῶς ἄν*, *γὰρ ἄν*, *τίς γὰρ ἄν*, *πῶς γὰρ ἄν*, *τίς οὐκ ἄν*, quae non facile dirimuntur.

Pag. 1998. *κωλυθεὶς δὲ τούτου τυχεῖν διὰ πενίαν καὶ ἀσθένειαν καὶ τὸ τῶν πολλῶν εἷς εἶναι*. Demosthenes in *Midiana* pag. 545. *καὶ ταῦτα πέπονθεν — παρὰ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἐρημίαν καὶ τὸ τῶν πολλῶν εἷς εἶναι*.

Pag. 1998. *ἀνας άντες τῆς ἐχομένης νυκτὸς ᾠχόμεθα*. Ridiculum est in hoc argumento *sequenti nocte*. Repone *ἀρχομένης τῆς νυκτός*.

Pag. 1998. *ἀδελφὸς ἦν μοι Λεύκιος, ὃν ἐγὼ πάντων ἀνθρώπων*

μᾶλλον ἠγάπησα. Pro *μᾶλλον* et natura rei et dicendi consuetudo postulant *μάλιςα*, ut pag. 1993. *πάντων δὴ μάλιςα αὐτὸν ἀνθρώπων ἐμίσουν.*

Post pauca pag. 1999. *τὸν μὲν ἀδελφόν μου* [*Λεύκιον*] *νεκρόν*, dele insulsi hominis puerile additamentum.

Pag. 1998. *ὕβριζον εἰς ἡμᾶς οἷα μεθύοντες ἂν νέοι καὶ αὐθάδεις* [*ὅσ' ἂν*] *εἰς ταπεινοὺς καὶ πένητας ὑβρίσειαν.* Recte Editor *ὅσ' ἂν* expunxit, sed unde natum sit non perspexit. Erat *οἷα μεθύοντες νέοι*: adscripta est correctio in margine *οἷ' ἄν*. Legendum est: *οἷ' ἂν μεθύοντες νέοι καὶ αὐθάδεις.* Necessarium *ἄν* corrector alius importuno loco inseruit. Non possunt enim *ὅς ἄν*, *ὅ τι ἄν*, *οἷ' ἄν*, *ὅσ' ἄν* interposito alio vocabulo dirimi, quam *μέν*, *δέ*, *γάρ* et sim.

Pag. 2002. *ὁ δὲ πατὴρ — ἑαυτῷ χωρίον ἓν μικρὸν ὑπολΕΙπόμενος — ταλαίπωρον ἔζη βίον.* Legendum: *ὑπολΙπόμενος.*

Pag. 2008. *τότ' ἤδη — ἡγοῦνται διαπράξΑσθαι παρ' ὑμῶν κτέ.* Scripserat *διαπράξΕσθαι.*

Pag. 2013. *ἢ ΤΑ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ δεδιότα ἢ τῶν ἐμῶν τινός.* Molestum *τά* nullo modo tolerari potest. Emenda: *ἤτοι ὑπὲρ ἐμαυτοῦ*, ut solent *ἤτοι — ἤ* in tali re componi, ut in illo:

ἤτοι τέθνηκεν ἢ διδάσκει γράμματα.
ἤτοι τοιαύτην δεῖ γαμεῖν ἢ μὴ γαμεῖν.

Dionysius pag. 2239. *ἤτοι μεγάλων κακῶν ἄρξει Ῥωμαίοις ὁ θάνατος οὑμὸς ἢ μεγάλων ἀγαθῶν.*

Pag. 2017. *τίς δ' ὁ τὰ γράμματα κομίσας ὑμῖν ἀνήρ ἐςι; τί οὐ ΚΑΤάγετε αὐτὸν εἰς μέσον;* Quid tandem est in huiusmodi negotio *κατάγειν*? Simplicissime corrigendum: *τί οὐΚ Ἄγετε αὐτὸν εἰς μέσον;*

Pag. 2018. *τὰ γὰρ πράγματα αὐτὰ βοᾷ.* Demosthenes pag. 366. 22. *ἡ γὰρ ἀλήθεια καὶ τὰ πεπραγμένα αὐτὰ βοᾷ*, unde certa emendatione restituitur locus Dionysii *de eloquentia Demosthenis* Tom. VI. pag. 1121. Reisk. *ταῦτα — οὐ ΚΑΤΑβοᾷ* [*καὶ διδάσκει* del.] *πῶς αὐτὰ δεῖ λέγεσθαι;*

Notus est versiculus Aristophanis:

τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐϛιν, αὐτὸ γὰρ βοᾷ.

et lepidissime dixit Comicus nescio quis in Bekkeri *Anecdotis* pag. 465. 8. *αὐτΟC βοᾷς* (stulte editur *αὐτοβοᾶς*) *ὅμοιος ὢν τῷδε: Ἀττικῶς πάνυ συμπέπλεκται. σημαίνει δὲ οἷον αὐτὸς σεαυτῷ μαρτυρεῖς κεκραγὼς ὅμοιος εἶναι τῷδε.*

Pag. 2018. *τοιοῦτον φύλακα τῆς ἀριϛοκρατίας Ἁρπαζόμενον ὑπ' αὐτῶν περιείδετε.* Solemnis in libris confusio est inter ἈΝ*αρπάζειν per vim opprimere*, et *ἁρπάζειν corripere*, sed facile dignoscitur quid sit ubique verum, ut h. l. manifestum est ἈΝ*αρπαζόμενον* requiri. Saepius haec supra vidimus inter se perturbata et a Sylburgio Reiskioque veram scripturam restitutam; unus et alter locus corrigendus superest, veluti libr. XII. pag. 176. Kiessl. *βοηθεῖτέ μοι* CΥΝ*αρπαζομένῳ ὑπὸ τῶν δυνατῶν*, ubi vera lectio liquido colligitur ex loco vicino pag. 178. ἈΝ*ηρπασμένου ὑπὸ τῶν δυνατῶν.*

Simillimus nostro locus est pag. 2127. *πολλοὺς ἤδη τὸν ὑπὲρ ὑμῶν ἀγῶνα ἀραμένους* (sic leg. pro *αἱρουμένους*) *περιείδετε ἀναρπασθέντας ὑπὸ τοῦ δήμου.*

Pag. 2018. *οὐκέτι μετριάζουσιν — ἀλλ' ἀθρόους ἤδη περιβαλόντες τοὺς ἀγαθοὺς ἕλκουσιν ἐκ τῆς πόλεως.* Quis umquam in tali re vidit verbum *ἕλκειν* positum? *trahere* aliquem ex civitate pro *expellere?* Fuerat olim, ut suspicor, *ἐλ*ΑΥΝ*ουσιν*, nam perinde bene *ἐλαύνειν* et *ἐξελαύνειν* et *ἐκβάλλειν* dicuntur pro *expellere, eiicere, exigere* in exsilium.

Pag. 2020. *οἱ μὲν οὖν ἐπιεικέϛεροι — κενὸν ὑπώπτευον εἶναι τὸν φόβον, οἱ δ' εὐηθέϛεροι πιϛεύον*ΤЄC *ταῖς φήμαις* [*ἀληθῆ*]. Arena sine calce. Corrigendum est: *οἱ δ' εὐηθέϛεροι* Ἐ*πίϛευον ταῖς φήμαις* expuncto *ἀληθῆ.*

Pag. 2020. *τοῦ μὲν ἐξετάζειν* Τ*ἀληθὲς* [*ἢ ψεῦδος*] *οὐκ εἶχον πρόνοιαν.* Mendosa haec oratio est. Poterat dici *εἴτ' ἀληθὲς ἦν εἴτε ψεῦδος*, sed simplicissimum est deleto *τὸ ψεῦδος* retinere *τοῦ μὲν ἐξετάζειν τἀληθὲς οὐκ εἶχον πρόνοιαν.*

Pag. 2025. *ὁ δ' ἕτερος τῶν ὑπάτων — εἶξαί τε συνεβούλευε τῷ καιρῷ καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἔξωθεν πολεμίους τὰ βίαια ἀντιτάττειν, πρὸς δὲ τὰς πολιτικὰς* ΔΙΑΤΡΙΒΑC *τὰ μέτρια καὶ εὐγνώμονα.* Sine controversia mendosum est *διατριβὰς*, sed nihil proficimus duplici Reiskii coniectura aut *διαφορὰς* aut *παρατριβὰς* reponentis. Vera lectio colligi potest ex pag. 2302. *διὰ τὰς πολιτικὰς* "ЄΡΙΔΑC — *ἰσχυρὰ τὰ τῶν ἐχθρῶν ποιῆσαι πράγματα ἢ τοὺς ἔξωθεν ἐπιφερομένους ἀποτρίψασθαι βουλομένῃ κακῶς τὸν οἰκεῖον — διαλύσασθαι πόλεμον.* Unde intelligitur sic esse legendum: *πρὸς μὲν τοὺς ἔξωθεν πολέμ*ΟΥC *τὰ βίαια ἀντιτάττειν, πρὸς δὲ τὰς πολιτικὰς* "ЄΡΙΔΑC *τὰ μέτρια καὶ εὐγνώμονα.*

Pag. 2022. *ἡ δὲ θαρρεῖν τε αὐτὸν* 'Є*παγομένη καὶ πλανῶσα ἐλπίς.* *Fiduciam addere* Graece dicitur *θαρρεῖν* '*Υπάγεσθαι*, quamobrem '*Υπαγομένη* restituendum.

Pag. 2026. *τῇ δ' ἑξῆς ἡμέρᾳ* — 'ЄΠΙ *τὰς ἱερὰς ἐτάττοντο σημείας.* Leg. 'ΥΠΟ *τὰς ἱερὰς — σημ*ΑΙ*ας.* Dicitur enim *εἶναι ὑπὸ σημαίαις* (pag. 1778) sed *τάττειν* et *καταγράφειν ὑπὸ τὰς σημαίας.*

Pag. 2029. *οὐ μὴν ἔκαμνόν γε οἱ προσβάλλοντες τοῖς ἐρύμασιν ἀλλὰ διεκαρτέρουν ἀναγκοφ*ΟΡ*οῦντες τὰ δεινά.* Solebant olim et alii et Schaeferus si quod novum vocabulum ex communi analogia formatum reperissent id „*obiter addere Lexicis.*" Equidem contra malim complura vocabula e Lexicis eiicere, quae scribarum dormitantium errore nata in unico loco comparent. In horum numero est verbum *ἀναγκοφορεῖν*, quod numquam in rerum natura fuit. Scripserat Dionysius *ἀναγκοφ*ΑΓ*οῦντες τὰ δεινὰ* imitatus celebratum locum Theopompi apud Longinum *περὶ ὕψους* cap. 31. *τὸ τοῦ Θεοπόμπου ἐκεῖνο — διὰ τὸ ἀνάλογον ἔμοιγε σημαντικώτατα ἔχειν δοκεῖ ὅπερ ὁ Καικίλιος οὐκ οἶδ' ὅπως καταμέμφεται „Δεινὸς ὢν (φησὶν) ὁ Φίλιππος ἀναγκοφαγῆσαι πράγματα."* Dionysio quoque haec *significanter admodum* dicta esse videbantur, quamobrem in simili argumento idem ei dicere placuit. '*Αναγκοφαγεῖν* enim dicitur *qui molestias et aerumnas victus necessitate constanti animo tolerat* idque ipsum Dionysii sententia requirit.

Pag. 2030. ἐπικαταρραγεὶς αὐτῷ πέτρος ὑπερμεγέθης. Scribendum ἐπικαταΡαγείς, nam verbo ἐπικαταράττειν in eo argumento Dionysius ponere solet. ut pag. 2028.

Pag. 2030. τέλος λαβόντος τοῦ λῃστρικοῦ πολέμου τὴν πολιτικὴν πάλιν ἀνερρίπΤΟΥΝ οἱ δήμαρχοι στάσιν. Verum vidit Sylburg. ἀνερρίπΙΖΟΝ reponens. Portus plumbeus in Graecis *„vulgatam lectionem non sollicitandam esse"* censuit. Editor caecum ducem secutus est. Ἀναρριπίζειν τὴν στάσιν saepius apud Dionysium legitur, ut pag. 1347. εἰ μὴ παύσονται τὴν στάσιν ἀναρριπίζοντες. et pag. 1694. ἀναρριπιζομένην στάσιν et aliis locis.

Praedicans Dionysius illa tempora *quum imperatores ab aratro peterentur* in describenda Cincinnati paupertate omnem modum excessit, ut pag. 2033. ubi Dictatorem inducit dicentem: κινδυνεύσομεν οὐχ ἕξειν ΠΟΘΕΝ διατραφῶμεν, usitatius multo est Ὁπόθεν. Ineptius etiam pag. 2052. Cincinnatus ita queritur: ἀπολεῖται ἄρα καὶ τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ καρπὸς διὰ τὰς ἐμὰς ἀσχολίας καὶ π ε ι ν ή σ ο μ ε ν ἅ π α ν τ ε ς κ α κ ῶ ς. *hoc vero est*, ut Sempronius Asellio loquitur, *fabulas pueris narrare, non historiam scribere.*

Pag. 2033. Cincinnatus μικρὸν ἐπισχὼν καὶ ΔΙΑδακρύσας τοσοῦτον εἶπεν. Eximendum obiter est e Lexicis verbum nihili Διαδακρύω vitio natum. Erat ΚΑΙΔΑΚΡΥСΑС καὶ δακρύσας et frequenti scribarum errore inutilis et vitiosa praepositio e vicinis adhaesit.

Pag. 2033. flebiliter queritur Dionysius Romanos ab optimis artibus maiorum degenerasse πλὴν πάνυ ὀλίγων δι' οὓς ἕστηκεν ἔτι τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα καὶ ΤΟ σώζΕΙΝ τὴν πρὸς ἐκείνους τοὺς ἄνδρας ὁμοιότητα. Mendum est in his manifestum. Simplicissimum est corrigere: καὶ σώζΕΙ τὴν — ὁμοιότητα.

Pag. 2034. ὀμωμόκασιν — ἀκολουθήσειν τοῖς ὑπάτοις ἐφ' οὓς ἂν ΚΑΛῶνται πολέμους. Miror novum et inauditum καλεῖσθαι in ea re positum. Omnium usu teritur in hoc negotio formula militaris: ἀκολουθεῖν ἐφ' οὓς ἂν ἩΓῶνται πολεμΙους.

Non iniuria Reiskio suspecta sunt verba pag. 2038. ἔφθασαν ὠσάμενοι διὰ τῶν πυλῶν οἱ ἔνδον, sed non placet quod coniecit διὰ τῶν ἐναντίων πυλῶν. nihil enim huiuscemodi me umquam memini legere. Malim δι' ΑΛΛΩΝ πυλῶν, ut *alia porta* ex urbe erupisse dicantur.

Pag. 2040. κατὰ σπουδὴν ἐξῄεσαν ὑπολΕΙπόμενοι φυλακὴν τῇ πόλει. Scribendum ὑπολΙπόμενοι.

Pag. 2048. οὐδείς ἐςιν ὑμῖν πρὸς ἐμὲ περὶ τούτων λόγος ἀλλὰ πρὸς ταύτην λαλεῖτε τὴν φηγόν· δείξας αὐτοῖς τινα πλησίον πεφυκυῖαν. Veram orationis formam reperit Reiske: „ἀλλὰ πρὸς ταύτην λαλεῖτε." φηγὸν δείξας αὐτοῖς τινα πλησίον πεφυκυῖαν, nisi quod una literula addita πρὸς ταυτηνΙ λαλεῖτε scriptum oportuit. Cf. pag. 225. λέγει δείξας τοὺς οἰωνούς — τούσδε γὰρ δήπου αὐτὸς ὁρᾷς. nam τούσδε et τουτουσί plane idem est. et pag. 501. πάντες ἀπολεῖσθε ὑπὸ τουτωνί· δείξας τοὺς ἔχοντας τὰ ξίφη.

Pag. 2048. τοὺς φητιάλεις — ἔπεμψαν μαρτυρούμενοι (leg. μαρτυρόμενοι) θεούς τε καὶ δαίμονας ὅτι μὴ δυνηθέντες τῶν δικαίων τυχεῖν ὅσιον ἀναγκασθήσονται πόλεμον ἐκφέρειν. Supplendum ὅσιον (καὶ δίκαιον) — πόλεμον ex Fetialium formula IUSTUM PIUMQUE DUELLUM. cf. pag. 1507. ὅπως ἂν — δόξαιμεν ὅσιον καὶ δίκαιον ἐπιφέρειν τὸν πόλεμον.

Pag. 1052. ἱππάρχην ἀποδείξας Λεύκιον Ταρκύνιον ἄνδρα τῶν ἠμελημένων μὲν διὰ πενίαν, τὰ δὲ πολέμια γενναίΩΝ. Imo vero γενναῖΟΝ. Perspicuum est unde vulgatae vitium sit ortum. Nempe ex Editoris errore, quem vicina τῶν ἠμελημένων deceperunt. Codices omnes recte γενναῖον. cf. pag. 1763. οὐ μὴν τῶν ἀπερριμμένων τις ἀλλὰ τῶν ἐπαινουμένων δι' ἀρετὴν καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμΟΣ.

Pag. 2057. (Cincinnatus) ἀπῆλθε πάλιν εἰς τὸ μικρὸν ἐκεῖνο χωρίον καὶ τὸν αὐτουργὸν α ὐ τ ο ῦ ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ μετείληφε βίον. Mendosum est αὐτοῦ. Legendum esse suspicor: τὸν αὐτουργὸν α ὖ θ ι ς — βίον. Deinde mendosum est *perfectum* μετείληφε,

quasi Cincinnatus quum haec scriberentur esset superstes. Revocanda scriptura librorum omnium *μετειλήφει*, ut sunt sequiores ad usum plusquamperfecti *εὐεπίφοροι*, ubi Veteres imperfecto utebantur.

Pag. 2060. *οἱ ὕπατοι τὴν βουλὴν συνήγαγον ὡς περὶ τῶν ὅλων ἔσχατον τοῦτο βουλευόμενοι*. Putidus error pro *βουλευСόμενοι*.

Pag. 2062. *καλόν, ὦ Οὐεργίνιε, καὶ θαυμαςὸν ἔργον ἐξειργάσασθε διασπάσαντες ἀπὸ τῆς βουλῆς τὸν δῆμον*. Periit necessaria vocula, quam nemo Graecorum in huiuscemodi ironica derisione omittit: *καλόν* ΓЄ, *ὦ Οὐεργίνιε, κτέ*. pag. 1578. *καλήν* ΓЄ *δόξαν οἴσει μοι παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γνωσθεῖσα ἡ παλιμπροδοσία*.

Pag. 2063. *εἴ τις ἄρα θεὸς ἐπισκοπεῖ τοὺς καλοὺς καὶ δικαίους ἀγῶνας καὶ ἡ τὴν πόλιν τήνδε αὔξουσα τύχη* [*εἰ*] *μήπω προλέλοιπεν αὐτήν*. Male repetitum *εἰ* verborum compositio respuit, et optime Chisianus liber omittit.

Pag. 2063. *τὸν ἁπάντων κράτιςον θάνατον αἱρησόμεθα* ΠЄΡΙ *τῆς πατρίδος*, *pro patria* id est ʽΥΠЄΡ *τῆς πατρίδος*.

In sqq. *ὑμεῖς δὲ αὐτοῦ μένοντες οἰκουρεῖτε ἅμα ταῖς γυναιξίν*. Flosculum decerpsit ex Herodoto VII. 11. *καί τοι ταύτην τὴν ἀτιμίην προστίθημι — αὐτοῦ μένειν ἅμα τῇσι γυναιξί*.

Oblitus sum supra indicare Herodoti locum, unde vulgata apud Dionysium lectio emendari debet. Itaque id nunc paucis exponam. Editur apud Dionysium pag. 474. *ἱκετεύω δὲ ὑμᾶς ἀπόρρητα ποιήσασθαι εἰ μή με διεργάσεσθε*. Comparato loco Herodoti IX. 45. *παραθήκην ὑμῖν τὰ ἔπεα τάδε τίθεμαι ἀπόρρητα ποιεύμενος πρὸς μηδένα λέγειν ἄλλον ἢ Παυσανίην μή με καὶ διαφθείρητε*, emergit vera lectio: — *ποιήσασθαι ἵνα μή με διεργάσησθε*.

Pag. 2064. *ὑμῖν δὲ τοῖς ἐγκαταλείπουσι καὶ προδιδοῦσι τὸ κοινὸν ἥξει δίκη τιμωρὸς οὐ μεμπτὴ παρὰ θεῶν*. Scribendum: *ἐγκαταλιποῦσι καὶ προδοῦσι τὸ κοινόν*. *post* perpetrata facinora vindicta venit.

Pag. 2065. *οὐ γὰρ* ἬΔΗ *βαρβάροις μέν τισι* — *Ῥωμαίοις δ'*

ἄρα κτέ. In hac notissima verborum compositione ponitur *οὐ γὰρ* ΔΗ vel *οὐ γὰρ δήπου*, quorum illud restituendum.

Pag. 2065. *πρὸς ταῦτα [ὁρῶντες] ἐκκλησιάζετε καὶ νόμους εἰσφέρετε καινούς.* Non probavi Kiesslingio *ὁρῶντες* insiticium esse et resecandum. Re iterum diligenter considerata non muto sententiam. cf. pag. 1920. *πρὸς ταῦτα ἐψηφίσατο ἡ βουλή.* et pag. 1938. *πρὸς ταῦτα βουλευομένοις ἐδόκει κτέ.* Imprimis in oratione iracunda et truculenta habet locum. Consul Horatius minatus caedes et incendia statim addit: *πρὸς ταῦτα ἐκκλησιάζετε καὶ νόμους εἰσφέρετε καινούς.* Euripides in *Medea*:

πρὸς ταῦτα καὶ λέαιναν εἰ βούλει κάλει.

Pag. 2066. *οὐκ αἰσχύνεσθε — οὐδὲ κατὰ γῆς δύεσθε.* Meminerat loci Xenophontei in *Anabasi* VII. 7. 11. *ἐγὼ μὲν κατὰ τῆς γῆς καταδύομαι ὑπὸ τῆς αἰσχύνης.* cf. *Cyrop.* VI. 1. 35.

Pag. 2067. *πρόθυμοι δ' ἐν παντὶ καιρῷ περὶ ὑμᾶς γεγονότες Ἠξιοῦμεν μετρίας παρ' ὑμῶν τυχεῖν χάριτος. — εἰ δὲ προσίςαται τοῦθ' ὑμῖν — οὐκέτι φιλονικοῦμεν*: scripserat *ἀξιοῦμεν*, non *ἠξιοῦμεν*, nondum enim a petendo destiterant ut sqq. ostendunt: *εἰ δὲ προσίςαται — καὶ οὐκ ἀξιοῦτε.*

Pag. 2068. *παρελθὼν καὶ τὰ δίκαια τοῦ δήμου πρὸς τὴν βουλὴν ἅπαντα* ЄIСЄN*εγκάμενος.* Dignissima quae reciperetur erat Reiskii emendatio: *ἅπαντα εἰς ἓν συνενεγκάμενος.*

Pag. 2070. C. Claudius asseverat tribunos plebei *καὶ τὸν περὶ τῆς κληρουχίας αὖθις προθήσειν* ΛΟΓΟΝ *καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ἰσο*ΤΙ*μίας.* Certum est *προθήσειν* ΝΟΜΟΝ restitui oportere. Ne dubites compara pag. 2085. *προθήσειν γὰρ αὖθις τόν τε περὶ τῆς κληρουχίας* ΝΟΜΟΝ — *καὶ τὸν περὶ τῆς* 'ΙΣΟΝΟ*μίας, ὃν οἱ πρὸ αὐτῶν δήμαρχοι προθέντες οὐκ ἐπεψήφισαν.* Simul apparet pro *ἰσοτιμίας ἰσο*ΝΟ*μίας* verum esse.

Pag. 2073. *τοῖς δ' ἄρα πᾶσιν ἦν ταῦτα κατ' ἀρχὰς δεδογμένα μήτ' εἰσηγήσασθαί τινα καινὸν πολίτευμα μηδὲν ἐφ' ἑαυτῷ ἐπιβαλόμενον.* Ultima verba intelligi non possunt. In Urbinate es *ἐφ' ἑαυτῷ βαλόμενον*, in Chisiano *ἐφ' ἑαυτῷ βουλόμενον.* Lu

affulgebit ex Herodoto, qui saepius *ἐπ' ἑωυτοῦ βάλλεσθαι* dixit de eo qui re non cum aliis communicata suo ipsius tantum consilio utitur, veluti III. 71. *μάλιστα μέν νυν ὠφείλετε ἐπ' ὑμέων αὐτῶν βαλλόμενοι ποιέειν ταῦτα· ἐπεί τε δὲ ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε κτέ.* et III. 155. *εἰ μέν τοι ὑπερετίθεα* (*si tecum communicassem*) *τὰ ἔμελλον ποιήσειν οὐκ ἄν με περιεῖδες· νῦν δ' ἐπ' ἐμεωυτοῦ βαλόμενος ἔπρηξα.* et IV. 160. *ἐπ' ἑωυτῶν βαλόμενοι* (*proprio consilio*) *ἔκτισαν τὴν πόλιν.* et V. 73. Non est autem elegans neque rectum Atticis Ionica miscere, sed Dionysio, ut vidimus, saepe ita facere placuit et nunc scripsit: *μήτε εἰσηγήσασθαί τινα μηδὲν ἐφ' ἑαυτΟΥ βαλόμενον.*

Pag. 2077. *πόλεμοί τινες — ἀνέστησαν, οἳ κακὸν μὲν οὐδὲν διαθεῖναι τὴν πόλιν ἠδυνήθησαν, οὐ μικρΑΝ δὲ ὠφέλΕΙΑΝ τὸ στασιάζον ἀνελόντες ἐξ αὐτῆς.* Fieri non potest ut *μικρὰν ὠφέλειαν* ex *διαθεῖναι* pendeat. Emendandum est: *οὐ μικρΑ δ' ὠφέλΗCΑΝ τὸ στασιάζον ἀνελόντες.* Usitatissimum est *μικρά* vel *μεγάλα βλάπτειν* et *ὠφελεῖν.*

Pag. 2078. *εἴ τις ἔξωθεν 'ΕΠαναστάιη πόλεμος ἐλάμβανον.* Bellum ipsum *rebellare* non potest. Legendum *'Αναστάιη*, quo passim utitur Dionysius si qua seditio (*στάσις*), aut contentio (*ἔρις*) aut bellum *exoritur*, ut pag. 1984. *μεγάλη — ἀναστήσεται τῇ πόλει συμφορά.* et paullo ante pag. 2077. *πόλεμοί τινες — ἀνέστησαν.*

Pag. 2078. *τοῦτο μὲν ὀρθῶς* ΕΙΔΟΤΕC *ὅτι δεῖ περισπάσαι τὸν ὄχλον ἐπὶ τοὺς ἔξω πολέμους.* Sexcenties inter sese misceri videbis *εἰδώς — ἰδών* et *εἰδότες — ἰδόντες.* Hoc loco unice verum est *ὀρθῶς* 'ΙΔΟΝΤΕC. Quare? dixerit aliquis. Quia *εὖ οἶδα, καλῶς, ἀκριβῶς, σαφῶς οἶδα* dicunt omnes, non *ὀρθῶς.* Contra *ὀρθῶς ἰδεῖν* frequens est, ut Latine *recte oculis uti*, ut apud Horatium

interdum populus rectum videt, *est ubi peccat.*

Demosthenes pag. 67. *εἶδε τοῦτο ὀρθῶς* (*Philippus*) *ὅτι τῇ ἡμετέρᾳ πόλει — οὐδὲν ἂν ἐνδείξαιτο τοιοῦτον.*

Pag. 2080. *ἐδέοντο μὴ αὐτοὺς τὰ ΑΙσχιστα πεπονθότας 'Υπερι-*

δεῖν. Duo menda pervulgata vides: τὰ αἴσχιϛα pro τὰ Ἔσχατα et Ὑπεριδεῖν pro Περιϊδεῖν.

Pag. 2081. διδάσκοντες ὅτι τῆς [γε] ὕβρεως οἱ δήμαρχοι ἄρξειαν. Furcillis expellendum est ineptum γε.

Pag. 2083. τὰ συγκεχωρημένα τοῖς νόμοις — οἳ κελεύουσι νηποινὶ τεθνάναι τοὺς ὑβρίσαντας τὰ τῶν δημάρχων σώματα. Supple ὑβρίσαντας (εἰς) τὰ — σώματα. Non aliter enim Dionysius in ea re scribit quam προπηλακίζειν, παρανομεῖν, ὑβρίζειν et ἐξυβρίζειν εἰς τὰ σώματα.

Pag. 2087. τὰ σημεῖα διέσωσα τῆς σπείρας. Urbinas τῇ σπείρᾳ, quod verum est et recipiendum.

Pag. 2088. συνέβη — τὸν ἀετὸν ‘ΥΠΟ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι. Legendum ’ΕΠΙ τοῖς πολεμίοις *in hostium potestatem*. Quid intersit inter ἐπί τινι γενέσθαι et ὑπό τινι diligenter ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 214.

Pag. 2093. οὐ γάρ ἐϛιν αὐτῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ἡ λαμπρότης ἀλλ’ ἐν τοῖς λόγοις οὐδὲ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τὸ δυνάμενον ἀλλὰ κατὰ τῶν φίλων. Quia manifesto dicit *contra* suos non *contra* AMICOS, scripserat κατὰ τῶν φιλΙων. Multis aliis locis sic est peccatum.

Pag. 2095. τριακοϛὸν ἔτος τοῦτο Urbinas, alii τοῦτο δή, in quo latere existimo τοδί, quod est in huiusmodi sententia usitatum.

Pag. 2095. ἐῶ τἆλλα· ἀλλ’ οἱ νῦν ἄρχοντες ὑμῶν, ὅτι τοῖς κατισχυομένοις τῶν δημοτικῶν ἠξίουν βοηθεῖν, οὓς ὑμεῖς ἱεροὺς καὶ ἀσύλους ἐποιήσατε τῷ νόμῳ, τί οὐ πεπόνθασι τῶν δεινῶν; οὐχὶ τυπτόμενοι καὶ λακτιζόμενοι καὶ πᾶσαν αἰκίαν ὑπομείναντες ἀπηλάθησαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς; καὶ ὑμεῖς ταῦτα πάσχοντες ἀνέχεσθε καὶ οὐ ζητεῖτε ὅπως παρ’ αὐτῶν λήψεσθε δίκας. Multis nominibus vitiosa et aegra haec sunt. Loco mota sunt verba ὅτι τοῖς κατισχυομένοις τῶν δημοτικῶν ἠξίουν βοηθεῖν, quibus transpositis post τί οὐ πεπόνθασι τῶν δεινῶν; optime coalescunt nunc

male divulsa: *οἱ νῦν ἄρχοντες ὑμῶν, οὓς ὑμεῖς ἱεροὺς καὶ ἀσύλοὺς ἐποιήσατε τῷ νόμῳ.*

In sqq. sententia constaret si legeretur *καὶ ὑμεῖς ταῦτα πάσχοντ*AC (*δρῶντες*) *ἀνέχεσθε*, et *ὅπως παρὰ τῶν* (*ταῦτα τολμώντων*) *λήψεσθε δίκας.*

Pag. 2096. *ὑμεῖς δὲ — παρακλήσεως μὲν εἰς τοῦτο τὸ ἔργον οὐ δεῖσθε· καὶ γὰρ ἤρξατε αὐτ*OT *καὶ οὐχ ὑποκατακλίνεσθε*, pro languido et inutili *αὐτοῦ* dixerat *αὐτ*OI.

Pag. 2097. *τοὺς μηδὲν ἴσως καὶ δικαίως τοῖς πολλοῖς φρονοῦντας.* Corrige *μηδὲν ἴσ*ON *καὶ δίκαι*ON. *Φρονεῖν* enim eo sensu habet semper *adiectivum μέγα, μικρόν, μέγιϛον φρονεῖν.* Notus est versiculus:

οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐϛυκὼς ἀνήρ.

Pag. 2099. *ὑπομένειν ἑώλους καὶ καθημαξευμένας ἀντιλογίας.* Melius scribitur *κα*T*ημαξευμένας*, ut apud ipsum Dionysium Tom. VI. pag. 836. *κοινὰ καὶ κατημαξευμένα τοῖς πρὸ αὐτοῦ.*

Pag. 2099. *ἐκείνοις* (*tribunis plebei*) *μὲν ὑπεχώρουν, — τοῦ δ' ἄλλου δήμου τοὺς ἑπομένους αὐτοῖς* [*καὶ τὸ κατ' ἄλλα καὶ ἄλλα μέρη τῆς ἀγορᾶς ὑπὸ θορύβου καὶ ἀταξίας κινούμενον ἐπ' αὐτοὺς*] *οὐ παρίεσαν.* Verba inclusa ut spuria delere volebat Editor, quia in duobus optimis non leguntur. Nihil vidi quod esset minus quam haec verba alieno additamento simile. Non semel factum est ut lacuna in optimis libris ex deterioribus sarciretur. Peperit lacunam *τὸ ὁμοιόπτωτον*, ut fieri solet, ATTOIC — ATTOTC.

Pag. 2100. *ἑταιρίαις μεγά*ΛΑ *δυνάμενοι*, quia nemo umquam ita locutus est *μέγ*A *δυνάμενοι* reponendum.

Pag. 2101. *ἔδοξε δ' οὖν αὐτοῖς τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος τῶν πατρικίων ἐᾶσαι, — τίμημα δὲ* [*ἐφάνη*] *ταῖς δίκαις ὁρίσαι κτἑ.* Addidit *ἐφάνη* nescio quis qui non intellexerat *ὁρίσαι*, ut omnes qui praecedunt infinitivi, pendere ex *ἔδοξε δ' οὖν αὐτοῖς.*

Pag. 2105. *ἦν δέ τι μέρος — πάντα κίνδυνον ἕτοιμον ὑπομένειν.* Duas partes easque maiores iam commemoraverat; itaque *ἦν δὲ* (*καί*) *τι μέρος* addidit.

Pag. 2106. *ἐν ταῖς ἑαυτῶν 'Επέμενον ἀμφότεροι παρεμβολαῖς.* Non aliter quam *'Υπέμενον* in tali re dici solet.

Pag. 2110. *ἀντὶ τῶν ὅπλων ἀκόνα πάλιν τοὺς λόγους, οἷς χρήσῃ κατὰ* [*τοῦ φθόνου*] *τῶν πατρικίων.* Tum demum haec verba plane intelligi poterunt ubi *τοῦ φθόνου* nescio unde natum expunxeris.

Pag. 2111. *δυοῖν πρόκειταί μοι θάτερον ἢ ζῶντα διειργάσθαι καὶ τὸ μηδὲν * ἀποδοῦναι δόξαν αἰσχίστην ἐνεγκάμενον δειλίας.* Aperte mendosum est *ἀποδοῦναι.* Videtur scriba in loco lacero aut maculato dedisse verbum quodlibet sententiae securus. Sententia postulat *διειργάσθαι καὶ τὸ μηδὲν* ἜΤΙ ЄΙΝΑΙ. Herodotus VIII. 106. *ὅτι με ἀντ' ἀνδρὸς ἐποίησας τὸ μηδὲν εἶναι.*

Post pauca sequitur: *ἐπειδὴ κἀγώ* ΤΙC *ἔδοξα εἶναι τῶν ἀξιούντων ἐλεύθερα φρονεῖν.* Pro *τις* requiritur ЄΙC (*εἷς*). Nota et perfrequens haec in libris confusio est.

Pag. 2112. *ὁ δὲ Σίκκιος ἑτέραν ἀποσραφεὶς οὐχ ἦν ὁ 'Ρωμίλιος ὑπελάμβανεν.* Nihil est *ἑτέραν ὁδὸν ἀποσρέφομαι*, sed *ἀποτραπέσθαι* in ea re Veteres dicebant, sequiores *ἀποτραπῆναι*, quamobrem *ἑτέραν ἀπο*ΤΡΑΠ*είς* emendandum.

Pag. 2113. *ἐγὼ δ' ὑμᾶς ἄξω καὶ ἄδηλον τοῖς ἐχθροῖς ὁδόν.* Reiske *καί* aut deletum aut in *κατ'* conversum volebat. Melius transpones: *ἄξω ἄδηλον καὶ τοῖς ἐχθροῖς.*

Pag. 2114. *τὰ πρὸς τοὺς μαχομένους 'ЄCτραμμένα μέρη.* Nunc quoque rescribendum ΤЄ*τραμμένα.*

Pag. 2115. in libris est: *ἀπλήςως εἶχον ἀσπασμῶν τε τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῶν ἄλλων φιλοφρονήσεων* [*ἡδονάς*]. De Reiskii coniectura Kiessling. edidit: *καὶ τῆς ἐκ τῶν — ἡδονῆς.* Multo praestat *ἡδονάς* delere.

Pag. 2120. τῇ πρώτῃ τῆς ἀρχῆς ἡμέρᾳ θύσας CΩτήρια κατὰ τὸν νόμον. Ut θύειν σωτήρια in tali re est absurdum, ita certa et evidens est Reiskii emendatio θύσας ЄΙCΙτήρια. Demosthenes pag. 400: ἡ βουλὴ εἰσιτήρια ἔθυσε, συνειςιάθη, σπονδῶν ἱερῶν ἐκοινώνησεν, οἱ ϛρατηγοί, σχεδὸν ὡς εἰπεῖν αἱ ἀρχαὶ πᾶσαι. Saepe etiam Romani dicuntur τὰ εἰσιτήρια θύειν. vid. Fabricium ad Dionem Cassium LXXIII. 13. pag. 1236.

Pag. 2122. — εἰπεῖν ὅτι — οὐκ ἂν ἀπολειφθείη τοῦ πατρὸς τοσῷδε μᾶλλον ὅσῳ γε ἀποθανούμενος ΟΙχεται. Pater nondum erat profectus quum haec agerentur: itaque ἀποθανούμενος ʺЄΡχεται verum est et ita Dionysius optimorum exemplo solet dicere. pag. 407. περὶ ὧν ἔρχομαι λέξων. pag. 531. ἃς ἔρχομαι λέξων. pag. 220. τὰ δὲ κατὰ τὴν κτίσιν — νῦν ἔρχομαί (vitiose alii ἄρχομαι) διηγησόμενος. Antiphanes in Stobaei *Floril.* LIII. 9.

τίς δ' οὐχὶ θανατᾷ μισθοφόρος, ὦ φιλτάτη,
ὃς ἕνεκα τοῦ ζῆν ἔρχετ' ἀποθανούμενος;

ubi θανατᾷ pro θανάτου olim restituimus.

Continuo sequitur pag. 2122. ἀλλὰ συνεξιὼν ἐπαμυνεῖΤΑΙ ὅσα δύναται καὶ τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ κοινωνὸς ἔςαι τύχης. Statim admonitus mihi dabis a Dionysio scriptum esse: ἐπαμυνεῖ ΤЄ — καὶ τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ κοινωνὸς ἔςαι τύχης. Ἐπαμύνειν inde ab Homero omnes dicebant pro *opem ferre*, sed ἐπαμύνεσθαι nihil est. pag. 2010. ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν — μὴ περιιδεῖν ὠμὰ — παθόντας ἡμᾶς — ἀλλ' ἐπαμῦναί τε καὶ συναγανακτῆσαι.

Pag. 2123. διπλασίως [ʺЄΤΙ] 'ЄΠερρώσθησαν. Viden' unde ineptum ἔτι originem duxerit?

Pag. 2124. νόμον ἐκύρωσαν ʺΙΝΑ ταῖς ἀρχαῖς ἐξῇ πάσαις τοὺς ἀκοσμοῦντας — ζημιοῦν. Latina haec dicendi forma est pro Graeca: νόμον ταῖς ἀρχαῖς ἐξεῖναι πάσαις.

De *multa suprema* agens Dionysius pag. 2124. scribit: μέγιϛον ἀποδείξαντες ὅρον ζημίας δύο βόας καὶ τριάκοντα πρόβατα. Fieri non posse arbitror ut Dionysius in re omnibus nota sic erraverit. Existimo βόας et πρόβατα locum inter se mutare debere.

Pag. 2127. Romilius ad patricios ita dicit: *πολλοὺς ἤδη τὸν ὑπὲρ ὑμῶν ἀγῶνα αἱρουμένους περιείδετε ἀναρπασθέντας ὑπὸ τοῦ δήμου τοῖς ἀναγκαίοις εἴξαντες.* Duo in his manifesta vitia insunt: *αἱρουμένους* pro *ἀραμένους* et *τοῖς ἀναγκαίοις* pro *ταῖς ἀνάγκαις.*

Sequitur: *ἐβουλόμην δ' ἂν μάλιςα — ἐπειδὴ δέ.* Supplendum: *μάλιςα (μέν)*, ut semper omnes in huiuscemodi partitione loqui solent.

Pag. 2129. *οἳ κἂν εἰ μηδὲν ἄλλο τήν γέ τοι δόξαν τῆς ἀξιώσεως ἔχουσιν εὐπρεπῆ.* Ut Graecum colorem habeat oratio corrigendum: *οἳ εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο.*

Pag. 2130. *ἀποδώσειν ἔφη τὴν καταδίκην. ἱερὰν γὰρ ἤδη τῶν θεῶν εἶναι καὶ οὔτε δίκαια οὔτε ὅσια ποιεῖν ἀποςερῶν τοὺς θεοὺς ἃ δίδωσιν αὐτοῖς ὁ νόμος.* Clamat loci sententia emendandum esse *ὅσια* (ἌΝ) *ποιεῖν neque se — pie* FACTURUM.

Pag. 2132. *οἱ μὲν* 'ΑΠ' *ὀλιγωρίας τοῦ καλοῦ — πολλοὺς — τῶν ἀπογενομένων εἰς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλλον.* Corrigendum 'Υπ' *ὀλιγωρίας.*

Post pauca legitur: *πρὸς τὰς ἀκτὰς καὶ τὰς ᾐόνας ἐκκυμαινομένων* ΓΑΡ *τῶν σωμάτων.* Non potest *γάρ* tam procul ab initio sententiae collocari. Transpone: *ἐκκυμαινομένων γὰρ τῶν σωμάτων πρὸς τὰς ἀκτὰς κτἑ.*

Pag. 2137. *οὐκ ἔχοντες ὅ τι πράττ*ΟΥ*σιν ἕτερον*, imo vero *πράττ*Ω*σιν.*

Sequitur: *τὰ μὲν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δεόμενοι, τὰ δὲ κατὰ μόνας* ΣΥΝ*τυγχάνοντες.* Leg. 'ΕΝ*τυγχάνοντες conuenientes.*

Deinde expunge *πράγματα* in verbis: *εἰ τὰ τοῦ δήμου [πράγματα] ἕλοιντο.* et revoca scripturam librorum: *εἰσῆλθε γάρ τις τὸν Ἄππιον ἐπιθυμία ξέν*ΗΝ *ἀρχὴν περιβαλέσθαι* pro *ξένη νέαν ἀρχήν*, quod substituit Editor. Dixisset sic Dionysius *ξένη τις ἐπιθυμία* et nihil est in hac imperiosi hominis cupiditate quod mireris: *ἡ ἀρχή* ipsa erat *ξένη* et ante eum diem inaudita.

Pag. 2141. *οὖς ἔδει τοὐπιὸν ἄρχειν ἔτος.* Scrib. *οὖς ἔδει* ЄIC *τοὐπιόν*, *'in sequentem annum*, ut pag. 2134. *εἰς τοὐπιὸν ἔτος ὕπατοι ἀπεδείχθησαν*, atque ita passim.

Pag. 2143. *καὶ τοῦτ' ἐκ περινομῆς ἐγίγνετο [παραλλάξ].* Legendum *ἐκ περι*ΤΡΟΠ*ῆς*, et interpretatio *παραλλάξ* in margine reponenda. *Per vices* dicitur aut *ἐν περιτροπῇ* aut *ἐκ περιτροπῆς*, si quid *in orbem* (ut Livius de hac ipsa re scribit III. 36) *per omnes iret.* Herodotus III. 69. *ἐν περιτροπῇ αἱ γυναῖκες φοιτέουσι τοῖσι Πέρσῃσι*, quo spectat Photii glossa mutilata: (*ἐν*) *Περιτροπῇ*: *ἐν περιόδῳ.* *'Εκ περιτροπῆς* apud Dionysium in simili re legitur pag. 846. *γίγνεσθαι δὲ τῶν πελέκεων τὴν παράληψιν ἐκ περιτροπῆς ἕνα μῆνα κατέχοντος αὐτοὺς ἑκατέρου [παραλλάξ].* ubi idem emblema vides recte a Schnellio exemtum.

Pag. 2144. *ἐλέχθη — ὡς οὐδὲν ἔτι δεήσοι δήμου προςατῶν — μιᾶς διοικούσης ἅπαντα ἡγεμονίας σωφρόν*ΩC. Libri praeter Urbinatem *δήμου πρὸς τὰ τῶν*, sic enim homunciones ΔΗΜΟΥΠΡΟCΤΑΤΩΝ legerant. In fine revoca ex libris *ἡγεμονίας σώφρον*OC, quod Reiskius tentare non debuerat. Vel ipsa sedes arguit *σώφρονος* esse verum. Dixisset enim *μιᾶς ἡγεμονίας ἅπαντα σωφρόνως διοικούσης.*

Pag. 2151. ubi dixit Consules intra pomoerium fascibus secures non addere ita pergit: *πόλεμον δ' ἐξάγοντες ὑπερόριον ἢ τῶν ὑπηκόων πράγματα ἐπισκε*ΠΤ*όμενοι τότε καὶ τοὺς πελέκεις ταῖς ῥάβδοις προσελάμβανον.* Egregia optimi Codicis lectio inconsulto spreta est. Urbinas enim servat *ἐπισκε*Ψ*όμενοι*, quod ipsa rei natura suadebat. Nempe fasces cum securibus dicuntur habere legati *ad res sociorum inspiciendas* missi (vid. Drakenborch. ad Livium XLII. 5.) qui Graece non aliter quam *οἱ ἐπισκεψόμενοι τὰ τῶν ὑπηκόων πράγματα* appellari possunt.

Pag. 2154. *δι' οὐδὲν [ὡς] ἐμοὶ δοκεῖν ἕτερον ἢ τὸ μὴ συνελθεῖν εἰς ὁμόνοιαν τὰ ἔθνη.* Expungendum est *ὡς*. Herodoti et Thucydidis exemplo *ἐμοὶ δοκεῖν* dixerat.

AD LIBRUM UNDECIMUM.

Pag. 2160. *εἰς τὰς γαμετὰς αὐτῶν τὰς εὐμόρφους παρΗνόμουν καὶ [εἰς] θυγατέρας ἐπιγάμους καθύβριζον.* Barbarum est *παρΗνόμουν* pro *παρΕνόμουν* et *εἰς* expungendum. Dicitur enim *ὑβρίζειν εἴς τινα* sed *ἐνυβρίζειν τινί* et *καθυβρίζειν τινά* sine praepositione.

Pag. 2161. *ὑποδεχομένων αὐτοὺς* (Romanos ex Urbe migrantes) — *τῶν Ἑρνίκων διὰ τὴν ἔναγχος ΓΕΝομένην αὐτοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων ἰσοπολιτείαν.* Nihil certius est quam Sylburgii emendatio *ΔΕΔομένην*, quam sine mora receptam oportuit.

Pag. 2162. *ἀφορμὴν κρατίςην ὑπολαβόντες ἐκεῖνοι οἱ πολέμῳ κρατηθέντες ὑπ' αὐτῆς.* Pro *ἐκεῖνοι οἱ* Editor infelicem Casauboni coniecturam *Αἰκανοί* recepit. Hostes nominantur demum in sqq. *Σαβῖνοι* (*μέν* add.) — *Αἰκανοὶ δέ.* Vera lectio ab ipso quoque reperta est *ὑπολαβόντες* ΈΧΕΙΝ ΟΙ *πολέμῳ κρατηθέντες.*

Pag. 2162. *κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Σαβῖνοι — ἐν Ἠρήτῳ κατεςρατοπέδευσαν — Αἰκανοὶ ΔΕ — ἐν Ἀλγίδῳ [πόλει] τίθενται τὸν χάρακα.* Supplendum *Σαβῖνοι* (*μὲν*) et *πόλει* delendum. Utrumque enim apud Dionysium legitur *Ἄλγιδον πόλις* et *Ἄλγιδον ὄρος*, sed non in *urbe*, opinor, sed in *monte* castra posuerant.

Pag. 2163. *παρεῖχε δ' αὐτοῖς πολλὴν ἀπορίαν πρῶτον μὲν εἰ πάντας Ῥωμαίους ἐπὶ τὰ ὅπλα ἈΚτέον καὶ τοὺς ἈΠΕχθομένους τῇ πολιτείᾳ.* Primum scribe *ΚΛΗτέον* pro *ἈΚτέον*. *Καλεῖν ἐπὶ τὰ ὅπλα* in ea re solemne est et frequens, ut Latine *ad arma vocare.*

Deinde duabus literulis expunctis legendum: *τοὺς Ἀχθομένους τῇ πολιτείᾳ.* Lysias *κατ' Ἀγοράτου* pag. 120. 33. *Θέογνις καὶ Πείσων ἔλεγον — ὡς εἶέν τινες τῇ πολιτείᾳ ἀχθόμενοι.*

Pag. 2164. *τῆς δημαρχικῆς ἐξουσίας καταλελυμένης, ᾗ μόνῃ κατὰ νόμους ἐξῆν ἐναντιοῦσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν δυναCτῶν ἐπιταττομένοις.* *Δυναςαί* sunt *reguli*, et sic saepe legitur *βασιλεῖς τε καὶ δυναςαί*, qui quoniam Romae non erant restituendum est

ὑπὸ τῶν δυνΑτῶν, ut perpetuo appellat eos qui opibus plurimum in Urbe pollebant.

Pag. 2165. παραςησάμενοι τὸν κήρυκα τοὺς βουλεύCοντας ἐξ ὀνόματος καλεῖν ἐκέλευον. Legendum τοὺς βουλεύοντας id est *Senatores*. Βουλεύειν enim et apud Athenienses et apud sequiores semper idem significat *senatorem esse*, ita ut futurum τοὺς βουλεύσοντας plane absurdum fiat.

Pag. 2167. παριόντα δ' αὐτὸν ἔτι καταμαθὼν Ἄππιος καὶ καθ' ἑαυτΟΝ τι λέξειν ἐλπίσας, verum est καθ' ἑαυτΟΥ. *In se dicturum* aliquid non immerito opinabatur.

Pag. 2167. καίτοι τίνος ἔλαττον τοῦτο κακόν, ὅτι Οὐαλέριος ὢν [Ποτῖτος] ὡς εἷς τῶν ἐλαχίςων οὐκ ἔχω τὸ ἴσον; Primum scribendum ὅτΕ *quandoquidem*. Deinde insulsum Ποτῖτος expunge. Omnia sunt in Οὐαλέριος ὤν, ut M. Antonius apud Ciceronem dicit „*et Consul et Antonius*" In tali re dicere „*et M. Antonius*" vel Οὐαλέριος ὢν Ποτῖτος, stolida est arrogantia, non Φρόνημα. Ipsa collocatio verborum auget fraudis suspicionem. Dixisset enim Οὐαλέριος Ποτῖτος ὤν, non Οὐαλέριος ὢν Ποτῖτος.

Rectissime paullo ante dixerat: μή μ' ἀποςέρει λόγου βουλευτὴν ὄντα καὶ Οὐαλέριον καὶ περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως λέγειν βουλόμενον. et pag. 2170. ὑμεῖς Οὐαλερίου λόγον ἀΦελεῖσθε;

Pag. 2168. ὑμᾶς — ἅπαντας καλῶ· [καὶ] οὐκ ἀγνοΩ μὲν ὅτι διὰ κενῆς τοῦτο ποιῶ, Φανερὰν δὲ βουλόμΕΝΟϹ πᾶσι γενέσθαι τὴν συνωμοσίαν ὑμῶν. Editor βούλομΑΙ substituit. Retinendum est βουλόμενος, sed pro ἀγνοῶ reponendum ἀγνοῶν et praecedens καί delendum.

Pag. 2171. ἄξιοι γὰρ ἂν εἴημεν καὶ ταῦτα καὶ ἔτι χείρονα τούτων πάσχειν ἐΦ' ὑμΩΝ γενόμενοι. Nihil significat ἐΦ' ὑμῶν et corrigendum ἐΦ' ὑμΙΝ *in vestra potestate*, quo sensu Latine Consules dicuntur *in patrum potestate esse* aut *fore* se polliceri, id est ea facere aut ea se facturos promittere quae patribus placerent.

Est autem, ut nunc video, in omnibus libris ἐΦ' ὑμῖν, et Hudsonus ἐΦ' ὑμῶν correxit. Corrector!

Pag. 2173. *συντελέσαντες ὅσα κατὰ νοῦν ἔχομεν.* Apud Veteres *κατὰ νοῦν* et *κατὰ γνώμην* semper significat *ex animi sententia* et sexcenties *κατὰ νοῦν χωρεῖν* apud Dionysium dicitur pro *ex animi sententia cedere* aut *succedere.* *Κατὰ νοῦν ἔχειν* autem veteribus est inauditum. Dicebant *ἐν νῷ ἔχειν* ut Romani *in animo habere*, ut iam supra in simili loco notavimus.

Pag. 2176. *ἥξουσιν ὡς ὑμᾶς — τάς τε βλάβας *** θούμενοι καὶ περὶ διαλλαγῶν διαλεξόμενοι.* Olim fuisse suspicor *τάς τε βλάβας (ἐξακ)ούμενοι.* *Sarcire damnum* dici solet *τὴν βλάβην ἀκεῖσθαι* vel *ἐξακεῖσθαι*, et *futurum* est eiusdem formae atque *praesens* tempus ut *καλοῦμαι, γαμοῦμαι, τελοῦμαι.* Deleverunt has Atticas formas apud Dionysium scribae, sed veteres corruptelae fideliter intus servant probam et antiquam formam. cf. *Nov. Lectt.* pag. 63.

'Εξακεῖσθαι in simili argumento posuit pag. 205.

Pag. 2180. *οὐδὲ τῶν πατρικίων πολλοὶ τὰς κατ' ἄϛυ ποιοῦνται διατριβάς.* Aperte vitiosa est haec verborum dispositio pro: *πολλοὶ κατ' ἄϛυ ποιοῦνται τὰς διατριβάς*, id est *ἐν ἄϛει διατρίβουσιν*, *vivunt in Urbe.*

Pag. 2181. *καίτοι τίνος ἔλαττον οἴεσθ' εἶναι κακΟΥ πόλει;* Postulat Graeci sermonis ratio et perpetuus scriptorum usus ut pro *κακοῦ* restituatur *κακ*ON, ut paullo ante pag. 2167. *καίτοι τίνος ἔλαττον τοῦτο κακ*ON;

Iterum necessarium *μέν* excidit pag. 2184. *φυλαττομένας (μὲν) ἀνοσίους εἶναι νόμιζε — καταλυομένας δ' εὐσεβεῖς.*

Pag. 2185. (populus Romanus) *ἀντιπαρεξετάζων τὰ νῦν [ἀγαθὰ] τοῖς πάλαι [κακοῖς] ἐκεῖνα μὲν ἡγήσεται συγγνώμης ἄξια, ταῦτα δ' ἐπαίνων.* Numquam magis inepti correctores et interpolatores *ἐπ' αὐτοφώρῳ* tenentur quam ubi scriptoris sententiam non perspexerunt. Appius *olim* optime de rep. meritus *nunc* tristi servitute et iniqua dominatione cives opprimebat. Itaque *τὰ νῦν pessima* sunt et *optima τὰ πάλαι*, et intelligitur quam stulte erraverit qui de suo *τὰ νῦν [ἀγαθὰ] τοῖς πάλαι*

[κακοῖς] adiecerit. Expuncto utroque additamento reliqua optime procedunt: ἐκεῖνα μέν sunt τὰ κακά: ταῦτα δέ contra τἀγαθά.

Pag. 2186. φιλοτιμία κενὴ τὴν εἰκόνα τοῦ καλοῦ [τῆς δόξης] διώκουσα. Additum a mala manu τῆς δόξης sententiam loci prorsus pervertit.

Pag. 2189. ἀπήλασαν δέ με οἱ σοὶ παῖδες ἀπὸ τῶν οἰκείων οὐ σχολὴν ἄγειν σε λέγοντες. Coniuncta sunt ἀπήλασαν ἀπὸ τῶν οἰκείων, sed sine sensu. Quid sit verum ostendit locus in vicinia pag. 2192. τὴν οἰκίαν τὴν ἰδίαν ἀπέκλεισέ μοι, unde intelligitur rescribendum esse: ἀπήλασάν με ἀπὸ ΤΗC οἰκΙΑC.

Pag. 2189. καὶ βουλοίμην οὕτως τἀληθὲς ἔχειν. Optantis haec oratio est, perinepte, ut vides. Supple καὶ βουλοίμην (ἌΝ) οὕτως τἀληθὲς ἔχειν.

Similiter pag. 2192 legendum: οὐκέτι γὰρ (ἌΝ) αὐτὸν ὀρθοῖς ὄμμασι δυναίμην ὁρᾶν ἀνάξιον γεγονότα τῶν προγόνων.

Pag. 2190. ἀξιῶ σε μὴ [τοῖς] κακοῖς ἰᾶσθαι τὰ κακά. Certa loquendi lex articulum τοῖς expungi iubet: κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶσθαι, non τῷ κακῷ. Idem mendum tollendum ex Herodoto III. 53. μὴ [τῷ] κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ.

Pag. 2193. ἐβουλεύσαντο μηκέτι καθ' ἡλικίαν καὶ βουλῆς ἀξίωσιν συμβούλους καλεῖν. Verba βουλῆς ἀξίωσιν sensu carent. Itaque Kiessling. dubitanter τιμῆς ἀξίωσιν coniecit. Praestare arbitror ἀρετῆς ἀξίωσιν. Nihil aliud supererat quam ΚΑΙ****Η-CΑΞΙΩCΙΝ et supplevit nescio quis quod in buccam venit. cf. pag. 1143. οὐκέτι διακρίνοντος οὐδενὸς οὔτε ἡλικίαν οὔτε ἑταιρίαν οὔτ' ἀξίωσιν 'ΑΡΕΤΗC. et pag. 1592. διαφανέστατοι κατά τε οἴκους πατέρων καὶ 'ΑΡΕΤΗC οἰκείας ἀξίωσιν.

Pag. 2194. ταύτην ἔχοντες ἄνθρωποι τὴν ἡλικίαν ΟΙΑΝ ἔχουσιν οἱ πρὸ ἐμοῦ γνώμην ἀποφηνάμενοι. Editor οἵαν inseruit de suo, sed ἥν inserere debuerat.

Pag. 2195. ὁρῶντες μὲν ἀνάστατον τὴν χώραν ἡμῶν ὑπὸ τῶν

πολεμίων γενομένην, 'ΟΡΩΝΤΕC *δὲ ὅσον οὔπω καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν αὐτοὺς ἐλεύσεσθαι.* Mirifico errore *ὁρῶντες*, quod manifesto mendosum est, irrepsit pro *ἀκούοντες*.

Pag. 2197. *ἐπειδὴ κακῶς ἤρξαCΘΕ ἡμᾶς ποιεῖν οὐδὲν προπεπονθότες ὑφ' ἡμῶν.* Non est hic locus verbo *ἄρχεσθαι incipere*, sed *ἤρξαΘ' ἡμᾶς* emendandum. Multos de genere hoc errores apud Demosthenem aperuimus in *Miscell. Crit.* pag. 470. *Ἄρχειν* cum infinitivo iunctum apud Dionysium passim reperitur, ut pag. 1366. *ἀρχόντων παρασπονδεῖν*. pag. 1507. *ὅπως ἂν ἐκεῖνοι ἄρξειαν παρασπονδεῖν.*

Pag. 2198. *πάντ' ἐάσομεν* 'ΥΠΟ *τοῖς πολεμίοις τὰ ἐν τῇ χώρᾳ γενέσθαι.* *In hostium potestatem venire* non aliter dicitur quam 'ΕΠΙ *τοῖς πολεμίοις γενέσθαι.*

Pag. 2200. *ὡς δ' αἱ πλείους γνῶμ*ΑΙ ΔΙ*ηγορεύθησαν.* Dionysius, qui se linguam Latinam didicisse scribit, in multis Graecam dicendi consuetudinem ad Latinitatis usum accommodans corrupit. *Dicere sententiam* Graece sonat *ἀποφαίνεσθαι* (*ἀποδείκνυσθαι*) *τὴν γνώμην.* DIC, QUID CENSES? *ἀπόφηναι ὅ, τι σοι δοκεῖ.* Dionysius appellat multis locis *ἀγορεύειν τὴν γνώμην.* Idem nostro loco rescribendum: *γνῶμαι ἠγορεύθησαν*, nam *διαγορεύειν* ab hac re alienissimum est. ΔΙ adhaesit ex praecedenti *γνῶμ*ΑΙ.

Pag. 2201. *ἑτέραν γνώμην παρὰ τὰς εἰρημένας αὐτὸς ἀποφηνάμενος.* Ex hoc loco emendandum est quod legitur pag. 1416. *ἐπικυροῦντες δὲ τὰς* ΚΕΙ*μένας ὑπὸ τῶν ὑπατικῶν γνώμας*, imo vero *τὰς* ΕΙΡΗ*μένας*.

Pag. 2202—2203. *διδάξω πῶς ἂν — τὴν πάτριον ἀπολάβοιμεν ἀριστοκρατίαν — σοφίαν οὐδεμίαν ἀποδεικνύμενος ὑμῖν, τὰ δὲ πραχθέντα ὑφ' ὑμῶν αὐτῶν παραδείγματα φέρων.* Laborat loci sententia quia vocabulum necessarium periit. Supplendum enim: *σοφίαν οὐδε*ΜΙΑΝ 'ΙΔΙΑΝ *ἀποδεικνύμενος.* Simillimus est locus Herodoti VII. 10. *ἐγὼ δὲ οὐδεμιῇ σοφίῃ οἰκηίῃ αὐτὸς ταῦτα συμβάλλομαι.*

Pag. 2204. *τίνα βοήθειαν εὕρΕCΘΕ ὑμεῖς.* Manifesto dixit: *quod. auxilium* REPERISTIS? non IMPETRASTIS. Itaque *εὕρΕΘ' ὑμεῖς* a Dionysio scriptum fuerat.
Simillimum mendum supra notavimus ad pag. 2197.

Pag. 2209. *Οὐαλέριος δὲ καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνΟΥ 'Εςῶτες.* Non est Graeca locutio *ἑςάναι μετά τινος.* Quid sit emendandum liquido demonstrat locus in vicinia pag. 2217. *οἱ μετὰ τοῦ Οὐαλερίου ΣΥΝεςῶτες.*

Pag. 2210. *τῶν δ' ἧττον ψοφοδεῶν ἀφιςαμένων τῆς ὑπὲρ τῶν κοινῶν φροντίδος καὶ τὸν ἀπράγμονα βίον μεθαρμοττομένων.* Periit necessaria praepositio: *καὶ* (ΕΙΣ) *τὸν ἀπράγμονα βίον μεθαρμοττομένων.*

Pag. 2211. *ὅσοις δὲ οὔτε θεραπεύειν τὴν τῶν κρατούντων ἐξουσίαν βουλομένοις ἦν οὔτε μηδενὸς ἐπιςρέφεσθαι τῶν κοινῶν ΟΥΤ' ἐν ἀπράκτῳ ζῆν ἡσυχίᾳ καλὸν ἐδόκει.* Stulte ea distinguuntur quae sunt prorsus eadem, *nullam partem reip. capessere* et *vivere in otio*, sed facile est malo mederi. Legendum — *τῶν κοινῶν* ΚΑΙ *ἐν ἀπράκτῳ ζῆν ἡσυχίᾳ.* Scriba ex bipartita divisione alias res agens tripartitam fecit.

Pag. 2212. *λειποςρατίαν ἐπενεγκόντες.* Duo in eodem vocabulo menda sunt. Legendum *λΙποςράτιΟΝ*, ut *λιποτάξιον.*

Pag. 2215. *πολλὰς καὶ αὐτοὶ λαμβάνοντες* ΠΑΡΑ *τῶν πολεμίων πληγάς.* Veram lectionem *ὑπό* optimus Codex servavit.

Pag. 2216. redit idem mendum quod supra notavimus: *ὡς δ' ἀπηγγέλη ταῦτα* pro *ἀπηγγέλθη.* Editor iure *ἤγγελεν* ubi libri dabant damnavit; idem in *ἠγγέλη* et *ἀπηγγέλη* factum oportuit.

Pag. 2217. *τοὺς μὲν ἐπιφανεῖς ἀδήλως, ὧν δ' ἐλάττων* [*ὁ*] *λόγος ἦν καὶ ἀπὸ τοῦ φανεροῦ.* Expuncto articulo legendum 'ΕΚ *τοῦ φανεροῦ.* cf. pag. 2218. *τῶν μὲν οὖν ἄλλων — ἐλάττων λόγος ἦν.*

Pag. 2219. *πῶς ἐπανορθωθείη τὰ τῶν ϛρατηγῶν ἁμαρτήματα λέγειν παρεκάλουν.* Supplendum *πῶς* (*ἂν*) *ἐπανορθωθείη*. et post pauca: *ΦιλοΦρονουμένων αὐτὸν* (*καὶ*) *ἐκεῖ τῶν ἡγεμόνων*, ut Appius Romae fecerat.

Pag. 2220. *τὴν γοητείαν τῶν λόγων οὐ σ υ ν ε ι δ ὼ ς — ϛρατιωτικὸς ἀνὴρ καὶ τὸν τρόπον ἁπλοῦς.* Sententia non fert *συνειδώς*, sed *συνιδών* postulat. Insidiosam orationem militaris homo et ingenio simplex non *perspexerat.*

Pag. 2224. *ψηΦίζονται — ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν ἀνεύρεσιν τοῦ σώματος*, inepte dictum pro *ἐπὶ τὴν ζήτησιν*, sed vera lectio est in Laurentiano *ἐπὶ τὴν ἀνΑΙρεσιν τοῦ σώματος.*

Saepe vidi *Φίλος* et *Φίλιος* inepte confusa, sed nusquam ineptius quam pag. 2225. *τεκμήριον τοῦ μὴ πρὸς ἐχθρῶν ἀλλ' ὑπὸ ΦίλΩΝ τὸν ἄνδρα ἀπολωλέναι.* Imo vero *a suis*, non *ab amicis*, *ὑπὸ Φιλίων.*

Pag. 2226. legendum *τούς τ' ἄνδρας ἀπεκρύψαντο καὶ τὰς δίκας ἀνεβάλοντο*, pro *ἀνεβάλλοντο.* et post pauca: *πρὸς δὲ τὴν δεκαδαρχίαν ἠλλοτρίΩντο πάντες*, pro *ἠλλοτριοῦντο.*

Pag. 2227. *ἐν τοῖς πέντε τάγμασιν ἐτάχθη τοῖς ἐπ Αἰκανοὺς ϛρατευσΑμένοις.* scrib. *ϛρατευσΟμένοις.* deinde: *ἣν ἐνεγυήσατο Λεύκιος εἷς τῶν δεδημαρχηκότων*, pro *ἐνεγγύησατο* et *εἷς ἐκ*, quae est solita dittographia.

Pag. 2229. *διδούς τε πολλὰ καὶ ἔτι πλείονα τῶν δΕδομένων ὑπισχνούμενος.* Revocanda est librorum lectio *τῶν δΙδομένων*, *quae offerebantur*, quoniam omnia munera pudica virgo aspernata erat.

Pag. 2230. *ὁ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐνεγγυησάμενος τὴν κόρην.* Sic Kiessling. dedit pro scriptura librorum *ἐνεγγυημένος.* *Sardi venales*, ut aiunt, *alterum altero nequius.* Verum est *ἐΓΓΕγυημένος*, id est *ἐγγεγυημένην ἔχων.* Forma *ἐνεγγυᾶν*, quae est mera barbaries, ex Lexicis et ex omnibus scriptorum paullo

probatiorum locis sedulo expellenda. Pro ЄΓ et CΥΓ in libris antiquis ЄN et CΥN scribitur, ut pag. 1165. pro *συγκατακτησαμένους* in Urbinate est *οὖν κατακτησαμένους* ex CΥNKAT. natum. Sic h. l. 'ЄNΓЄ*γυημένος* in *ἐνεγγυημένος* est depravatum.

Pag. 2231. *ταύτην — συνήθη καὶ εἰσοδίαν οὖσαν.* praeterquam h. l. semel tantum *εἰσόδιος* legitur apud Antipatrum Stobaei *Floril.* 70. 13. (indicatum a Dindorfio ex Wyttenbachio): *ποικίλως ἐξητακέναι καὶ διὰ δούλων καὶ ἐλευθέρων τῶν τε ἔνδοθεν καὶ τῶν ἔξωθεν καὶ διὰ γειτόνων καὶ τῶν ἄλλων εἰσοδίων. Variis modis*, inquit, *in futurae uxoris ingenium et mores inquirendum: — et per vicinos et per caeteros qui crebro eius domum venire solent.* Eodem igitur sensu Dionysius *συνήθη καὶ εἰσοδίαν* dixit.

Pag. 2232. (*ὁ νόμος*) *οὐ τῶν ὑποβαλλομένων ἀλλὰ τῶν μητέρων εἶναι τὰ ἔκγονα δικαιοῖ.* Ridiculum est praesens *ὑποβαλλομένων* pro *aoristo.*

Pag. 2233. *ὁ πρὸς Αἰκανοὺς ἔστη πόλεμος.* Casaubonus *συνέστη*, sed solet Dionysius *ἀνέστη* dicere. Erat in libro antiquiore *αικαν εστη πολεμοσ* cum compendio syllabae *ους* ad *αικαν* et sic natus error.

Pag. 2238. locum totum sic scripserim: *μηκέτι τὴν ὀνειδιζομένην ὑμῖν ἀρνοῦ τυραννίδα ἀλλὰ τὸν ἐμὸν ἀποκόψας τράχηλον ταύτην τε ἄπαγε ὅποι σοι δοκεῖ καὶ τὰς ἄλλας παρθένους καὶ γυναῖκας.* In libris est *ἀπαγαγεῖν ὅπου*, quamobrem Sylburg probante Editore operosius correxerat: *τὸν ἐμὸν κέλευε ἀποκόψ*AI *τράχηλον ταύτην τε ἀπαγαγεῖν.* Sed neque *τε* pro *καί* in ea compositione recte ponitur et perspicuum est coniuncta esse *ταύτην τε καὶ τὰς ἄλλας.*

Pag. 2241. *ἀξιῶν αὐτὸν κατέχειν τὸν ἄνδρα ἐν ἐπιμελεῖ φυλακῇ μὴ λάθῃ πυθόμενος τὰ περὶ τὴν θυγατέρα* [*καὶ*] *διαδρὰς ἐκ ἐκ τοῦ χάρακος.* Interpolatum *καί* sententiam loci vitiat. Coniuncta sunt *μὴ λάθῃ διαδράς* et *πυθόμενος* est *ἐπειδὰν πύθηται.* Poterat enim *clam* ex castris evadere, sed de filiae casu *clam* certior fieri non poterat.

Pag. 2244. τεκοῦσαν μὲν γὰρ ἀνάγκην — τρέφειν ὅ τι ἂν ἡ φύσις ἐξενέγκῃ. Libri ἀνάγκῃ. Legendum ἀνάγκη ἮΝ. Redit enim ad orationem rectam. Si indirecta uti voluisset ἀνάγκην εἶναι dictum oportuit.

Quod post ἀνάγκην additur τῶν τέκνων δεομένην iure negat Kiessling. intelligi posse, sed THN τέκνων δεομένην satis est perspicuum.

Pag. 2248. ὁ πατὴρ ὁ Μάρκου Κλαυδίου τουδὶ τελευτῶν τὸν βίον ἠξίωσέ με τὸν υἱὸν αὐτοῦ νήπιον καταλειπόμενον ἐπιτροπεῦσαι. Libri παῖδα, quod Kiessling nescio qua de causa in νήπιον convertit. Quindecim annis ante Numitoria Virginiam pepererat (pag. 2233 et 2244), ut Appii cliens si νήπιος esset a patre relictus vix praetextatus esse desiisse videri debeat quum in servitutem Virginiam assereret. Sed hoc leve est prae turpissimo mendo, quo sequentia laborant. Indicium sibi tutelam agenti factum esse narrat filiam ex pupilli ancilla natam a Numitoria esse suppositam καὶ τὸ πρᾶγμα ἐξετάσας (inquit) ἔμαθον οὕτως ἔχον. Deinde ita pergit: ἐφάπτεσθαι μὲν οὖν ἐμαυτὸν OT προσῆκέ μοι, BЄΛTION δὲ ἡγησάμην τούτῳ τὴν ἐξουσίαν καταλιπεῖν ὁπότε (leg. ὅτε) γένοιτο ἀνήρ. Miror quo pacto Kiessling. foedissimum soloecismum ἐφάπτεσθαι ἐμαυτὸν οὐ προσῆκέ μοι concoquere potuerit, sed in libro optimo est ἐφάπτεσθαι μὲν οὖν ἐμαυτῷ οὐ προσήκει, unde vera scriptura exsculpenda est. Primum negatio delenda est: nam quem tandem alium quam tutorem oportebat pupillo cavere? et quod sequitur βέλτιον δὲ ἡγησάμην significat alterum illud iustum esse et licitum, sed nunc minus commodum aut utile. Nulla supererit difficultas ubi emendaveris: ἐφάπτεσθαι μὲν οὖν ἐμοὶ τῷ ἐπιτρόπῳ προσῆκε, βέλτιον δὲ ἡγησάμην τούτῳ τὴν ἐξουσίαν καταλιπεῖν. *Erat* (inquit) *meum* tutoris *officium, sed satius esse putavi huic eam facultatem relinquere.*

Pag. 2249. εἰς τὰς πολιτικὰς πράξεις ʼЄΓκυλισθείς. Sententia et verborum compositio postulant ʼЄKκυλισθείς, estque ea perfrequens in libris omnibus confusio. Xenophon in *Memorab.* I. 2. 22. τοὺς εἰς ἔρωτας ἐκκυλισθέντας, ubi Ruhnkenium vide: ibi quoque non deest varia lectio ʼЄΓκυλισθέντας. De forma

vetere *κυλίνδω* et novitia *κυλίω* supra diximus. Dionysius semper in eo verbo sequiorum *συνήθειαν* sequitur scribens *προκυλίομαι*, *προσκυλίομαι*, *κατακυλίω* et sim. omnia.

Pag. 2251. *ὑπολαβὼν αὐτὴν* (Virginiam pater) *ἐκλυομένην τε καὶ καταρρέουσαν καὶ κατέχων*. In libris est *καταρρέουσαν καὶ κατέχουσαν*. Pro *κατέχουσαν* Reiske *κατέχων* substituit non admodum feliciter. Insulse enim post *ὑπολαβὼν αὐτήν* additur *καὶ κατέχων*. Mera est *διττογραφία*: alii *καταρρέουσαν* alii *κατέχουσαν* legebant: deinde uti fit cum copula utrumque in textum irrepsit. Similiter de Coriolano matrem amplexo pag. 1610. *κατεῖχεν ἐκλελυμένην καὶ ῥέουσαν ἐπὶ τὴν γῆν*.

Pag. 2252. Virginius *ᾑμαγμένην ἔχων τὴν σφαγίδα καὶ* ΟΥΤΩC *ἀνάμεστος αἵματος γενόμενος — ἔθει διὰ τῆς πόλεως*. Veram lectionem aperiet Livius III. 50. *Virginius* — strictum *etiam telum tenens respersusque* IPSE *cruore*. Emendandum igitur *καὶ* ΑΥΤΟC *ἀνάμεστος αἵματος*. Eandem Livio gratiam statim referet Dionysius, cuius verba *ᾑμαγμένην ἔχων τὴν σφαγίδα* suadent ut Livio reddamus suum: CRUENTUM *etiam telum tenens*.

Pag. 2268. *ὁ νόμος ἀποκτείνειν ἔδωκε τοῖς ἡγεμόσιν ἐξουσίαν ἀπειθοῦντας — ἀκρίτ*ΩC, imo vero *ἀκρίτ*ΟΥC. Pervulgatum in libris hoc vitium est. cf. *Var. Lectt.* pag. 153.

Pag. 2276. *τὰς δὲ οὐσίας τῶν ἀνῃρημένων καὶ τῶν ἀποφυγόντων οἱ ταμίαι ἀνέλαβον εἰς τὸ δημόσιον*. In libris est *καὶ τῶν πο......ταμίαι*: *καὶ τῶν πολιτικῶν οι*: *καὶ τῶν πεφευγότων*, unde Kiessling. *καὶ τῶν ἀποφυγόντων* reposuit. Sed nemo umquam *ἀποφυγεῖν* dixit de iis qui *exsilii causa solum vertissent*. *Ἀποφυγεῖν* dicuntur aut *fuga elapsi* aut *iudicum sententiis absoluti*. Ne *πεφευγότων* quidem satisfacit quia *perfectum* in ea re est prorsus inusitatum. Exsules sunt *οἱ φεύγοντες*, *οἱ ἐκπεπτωκότες*, non *οἱ πεφευγότες*. Quid lateat quaerant alii.

Pag. 2283. *ἔδοξεν ἀγαπᾶν αὐτοὺς εἰ μὴ δώσουσι δίκας*. Sententia manifesta haec est: *satis eos habere* OPORTERE, vel *praeclare secum actum esse existimare* DEBERE *quod poenas non darent*. Itaque necessario supplendum: *ἔδοξε* (*δεῖν*) *ἀγαπᾶν αὐτούς*.

Pag. 2285. *πρὸς ταῦτα [ὁρῶντες] τὰ δίκαια καὶ [τὰ] εὔορκα ψηφίσασθε.* Cur *ὁρῶντες* existimem deleri oportere exposui ad pag. 2065. qua de causa repetitum *τά* sit expungendum in *Variis Lectt.* ostendi pag. 378 sqq.

Pag. 2286. *ὀμωμοκότες ὧν ἂν εὕρωσιν αὐτὴν οὖσαν τούτων ἐπικρίνειν.* Non hoc iuraverant, sed *ἐπικρινεῖν.*

Pag. 2288. *τὸν δῆμον ἐποιοῦνΤΟ κύριον τῆς διαγνώσεως.* Soloeca haec oratio est. Graeci omnes constanter et Dionysius, qui saepissime ea locutione utitur, dicebant *ποιεῖν τινὰ κύριον*, non *ποιεῖσθαι.* Itaque *ἐποίουν κύριον* corrigendum.

Pag. 2291. *ταύτην διαδεδεγμένος ἐκ προγόνων τὴν αἵρεσιν τῆς πολιτείας.* Certus et stabilis Dionysii usus postulat ut reponatur *τὴν* ΠΡΟ*αίρεσιν.*

Pag. 2292. *οὐκ ἀγνοῶ — ἡλίκων κρηπὶς καταβληθήσεται συμφορῶν ἅπασιν ἡμῖν.* Sumsit hanc dicendi pompam ex notissimo loco Euripidis:

ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους
ὀρθῶς, ἀνάγκη δυςυχεῖν τοὺς ἐκγόνους.

in *Hercule Fur.* vs. 1261.

Pag. 2292. *οὐ δυνάμενος τοσούτοις οὖσι μόνος ἀντιλέγειν εἴκω τοῖς βουλΕΥμασι τοῖς ὑμετέροις.* Revocandum ex libris omnibus *βουλήμασι.* *Cedo vestrae omnium voluntati*, inquit, non *consiliis.* Βουλήματα plurali numero Graeco more dicuntur, ut apud Platonem in *Legg.* pag. 802. *c.* *ἐξηγουμένους — τὰ τοῦ νομοθέτου βουλήματα*, id est *quid* in quaque re *lator legum voluerit.*

Pag. 2298. Consul pollicetur *πρώτους ἐπὶ τὴν ἐρώτησιν τῆς γνώμης κατάγειν οὐχὶ τοὺς πρεσβυτέρους — ἀλλ' ἐκ τῶν νεωτέρων τοὺς δοκοῦντας εἶναι φιλοδημοτάτους.* Quid sibi vult in tali re *κατάγειν*? Nihil prorsus. Repone *καλέσειν*, ut Dionysio dicere mos est.

Pag. 2300. *τοῖς γε δὴ βίον ἀνεπίληπτον ἐСΧηκόσι καὶ πράξεις*

ἀποδεδειγμένοις τῆς τιμῆς ταύτης ἀξίας. Scripsisse Dionysium arbitror ἐΖηκόσι (id est βεβιωκόσι) pro ἐCΧηκόσι.

Dicam de hac confusione alio loco.

Pag. 2302. δυοῖν ἀνάγκη θάτερον αὐτῇ (τῇ πόλει) συμπεσεῖν ἢ διὰ τὰς πολιτικὰς ἔριδας — ἰσχυρὰ τὰ τῶν ἐχθρῶν ποιῆσαι πράγματα ἢ τοὺς ἔξωθεν ἐπιφερομένους ἀποτρΕψασθαι βουλομένῃ κακῶς τὸν οἰκεῖον καὶ πολιτικὸν διαλύσασθαι πόλεμον. Vitiosum est ἀποτρέψασθαι. Una literula mutata corrigendum est ἀποτρΙψασθαι. Notum et frequens est eo sensu ἀποτρίβεσθαι. Polybius III. 8. ἀποτριψαμένους τὸν ἐπιφερόμενον πόλεμον. Dionysius pag. 525. τῶν δὲ Φιδηναίων — τὰς προσβολὰς γενναίως ἀποτριβομένων.

Praeterea emendandum τοὺς ἔξωθεν ἐπιφερομένους (πολέμους) ἀποτρίψασθαι et quod sequitur πόλεμον expungendum.

AD EXCERPTA LIBRORUM XII—XX.

Sequuntur *Excerpta*, quorum locos pauculos tractabo Kiesslingii Editionem secutus. Pag. 173. Kiessl. editur: τὴν πολιτικὴν εὔνοιαν ἧς οὐδὲ τὸν ἐξ ἄ ν θ ρ ω π ο ν πλοῦτον ἡγεῖσθαι τιμιώτερον. Certum est τὸν ἐξ ἀνθρώπων πλοῦτον Dionysium dixisse. Humani quid passus est Editor, qui ἐξ ἀνθρώπων in libris repertum παραδιώρθωσεν. Satis tamen notum ac frequens est dicendi genus, de quo vide Stallbaum. ad *Theaetetum* pag. 170. *e.* οἵ γέ μοι τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα παρέχουσιν. Apud veteres in malam partem accipi solet, ut apud Aeschinem noto loco pag. 9. 12. ἐμαςίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς. Graeculi contra *de qualibet re eximia et insigni* solent ponere: τὰ ἐξ ἀνθρώπων χρήματα, τὸ ἐξ ἀνθρώπων κάλλος, ἡ ἐξ ἀνθρώπων εὐδαιμονία, quae cum plurimis aliis attulit Dindorf. ad St. Thes. Eodem modo *ingentes* divitias Dionysius appellavit τὸν ἐξ ἀνθρώπων πλοῦτον.

Pag. 181. Ἀγρίππας Μενήνιος καὶ Πόπλιος Λουκρήτιος — χιλίαρχΟΙ τιμηθέντες. Legendum: χιλιαρχΙΑΙ τιμηθέντες. Usitatius est in ea re κοσμηθέντες.

Pag. 182. ἔνθα ἡ ἐλαχίςη χιὼν κατηνέχθη οὐκ ἐλάττων ἦν ἑπτὰ ποδῶν τὸ βάθος. Revocanda scriptura librorum κατενείφθη

propter I longum pro *κατενίφθη*. Rectissime enim dicitur *ἡ χιὼν καταν[ί]φεται.*

Pag. 186. haruspex Etruscus indignabundus ad Senatum Romanum ita dicit: *καλόν, ὦ Ῥωμαῖοι, δόγμα ἐξενηνόχατε.* Excidit particula, quae in ironica oratione numquam omittitur: *καλόν* ΓΕ, *ὦ Ῥωμαῖοι.*

Pag. 192. *Ἐπήκουσαν δὲ αὐτοῦ ταῖς εὐχαῖς οἱ θεοί.* Prima litera vitium concepit. Erat in libris de more in sententiae initio: * *πήκουσαν*, quod erat supplendum *ὑπήκουσαν*, nam solent Graeci omnes dicere aut *ὑπακούειν ταῖς εὐχαῖς* aut *τῶν εὐχῶν Ἐπακούειν*. cf. pag. 188. *ὡς ὑπακηκοότων αὐτοῦ ταῖς εὐχαῖς τῶν θεῶν.*

Pag. 202. *τὸ γὰρ Ἑλληνικὸν οὐκ ὀνόματι διαφέρειν τοῦ βαρβάρου ἠξίουν — μάλιστα δὲ τῷ μηδὲν τῶν ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν (πρὸς) ἀλλήλους παρανομεῖν.* Editor de suo *πρός* inseruit, sed *παρανομεῖν* suapte natura semper et ubique cum praepositione *εἰς* coniungitur. Praeterea corrige *τῶν* ΠΑΡΑ *τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν.*

Pag. 206. *περιολισθ*ΑΙ*νόντων ταῖς λαβαῖς τῶν δακτύλων.* Vitiosa forma est et serius nata pro *περιολισθ*Α*νόντων*. Nihil est hoc mendo in libris frequentius et raro tantum (etiam apud poëtas) *ὀλισθάνω* cum compositis intactum ex scribarum manibus elabitur.

Pag. 207. *ἐπεὶ οὐδεμία τούτοις σωτηρίας ἐλπὶς ὑπολείπεται ἐπρεσβεύοντο.* Leg. *ὑπελείπετο.* et post pauca *ὁ πρεσβευτής* pro *ὁ πρεσβύτατος.* Deinde ex libris revocandum: *βέβαι*ΟΙ (pro *βεβαίως*) *διὰ παντὸς ὑμῖν ἐσόμεθα φίλοι.*

Pag. 211. *τοσοῦτ*ΟΝ *δεήσουσι Καμπανοῖς τιμωροῦντες ἐφ ἡμᾶς* [*γε*] *στρατεύειν.* Scribe *τοσούτ*ΟΥ *δεήσουσι* et ineptissimum *γε* expunge. Similiter pag. 218. corrige *τοσούτ*ΟΥ *δέομεν ἀδικεῖν ὑμᾶς.*

Pag. 212. *ὁ δὲ ὕπατος — ἔκρινε μὴ λέξαι τὸ πρᾶγμα μηδ'*

εἰδέναι δοκεῖν. Aperte mendosum est λέξαι. Emenda μὴ 'ΕλέΓξαι τὸ πρᾶγμα. Perfrequens in libris haec confusio est.

Pag. 218. εἰ δὲ μὴ πᾶσιν ἔδοξεν ταῦτα ὑμῖν ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν γνώμης ἔπραττόν τινες. Sic Kiessling. constituit scripturam librorum: εἰ δὲ μὴ πᾶσι δόξατα ὑμῖν ἃ ἔπραττόν τινες ἀλλ' ἀπὸ κτέ. in qua hanc veram lectionem subesse existimo: εἰ δὲ μὴ πᾶσι δόξΑΝΤΑ ὑμῖν ἔπραττόν τινες κτέ. Scribebatur ΔΟΞᾹΤΑ, qua de causa sexcenties necessarium N periit, ut in με pro ΜΕ̄.

Pag. 219. κατὰ τοὺς ἱερούς τε καὶ πατριΚοὺς νόμους. Πατρικοὶ νόμοι sunt *leges paternae*, ut πατρικὸς φίλος, ξένος πατρικός. Rectissime igitur Stephanus πατρίους emendavit. Confundunt saepe sequiores contra usum Veterum πάτριος et πατρῷος. Sed in πατρικός nemo peccat. Nonnullis aliis quoque locis idem vitium tollendum est. Οἱ πάτριοι νόμοι et apud alios saepe commemorantur et apud Thucydidem.

Pag. 221. κεραυνοὶ δὲ κατήχθησαν. Recte infra: ὅταν ἐπὶ τὴν γῆν καταφέρηται, et κατηΝΕχθησαν unice verum est. Perpetuo in μετήχθην — μετηνέχθην, κατήχθην — κατηνέχθην librarii turbas dare solent.

Pag. 233. ἔνθ' ἂν εὕρῃ τὸν ἄρρενα ὑπὸ τῆς θηλείας ὠπυισμένον. Perfectum ὠπυισμένον et re absurdum est et forma barbarum. Et natura rei et dicendi usus docent ὀπυιόμενον esse verum. Oraculum legitur apud Diodorum Siculum VIII. 25. 2.

ἔνθ' εἴσω βάλλοντι τὸν ἄρσενα θῆλυς ὀπυίει.

Lacunam in sqq. ἰδὼν ἄμπελον * * * * non optime Maius explevit: ἰδὼν ἄμπελον (κατά τινος ἐρινεοῦ ὁμοίως κατακεχυμένην, θηλεῖαν μὲν τὴν ἄμπελον) ἄρρενα δέ κτέ.

Multo melius ex Diodoro Siculo l. l. suppleveris: ἰδὼν ἄμπελον (ἐρινεῷ περιπεπλεγμένην καὶ ἐννοήσας θήλειαν μὲν εἶναι τὴν ἄμπελον) ἄρρενα δὲ τὸν ἐρινεόν.

Mendosa sunt in eodem loco nomina propria 'Αρτιμήδης et Παλλάντιον, sed quid sit verum in re ignota non facile reperias.

Commemorat idem oraculum Heraclides ἐν ταῖς πολιτείαις § 100, sed mendosus et mutilus locus est neque ex eo quidquam proficimus.

Pag. 234. *καὶ πρὸς τὰς ἀναΤάσεις ἐτραχύνοντο.* Libri, ut solent, *ἀναςάσεις* a Sylburgio emendatum. Supra vidimus (ad pag. 1227.) *ἀνατάσεις* et *ἐπανατάσεως* corrupta in *ἀναςάσεις* et *ἐπαναςάσεως.* Eodem modo pag. 1478. libri exhibent: *ὥςε μηδὲν ἄρθρον ἄνευ καταCΤάσεως τῆς μεγίςης δύνασθαι κινεῖν,* ubi iterum Sylburg. verum vidit.

Pag. 235. *ἄνδρες Ταραντῖνοι, γελᾶτε· πολὺν γὰρ τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον κλαύσΕΤΕ.* Oblitus est Dionysius *κλαύσεσθε* esse dicendum.

Pag. 237. *Μέτων τις — παρῆν εἰς τὸ θέατρον ἐςεφανωμένος ὥσπερ ἐκ συμποσίου παιδίσκην ΠΕΡΙειληφὼς αὐλητρίδα κωμαςικὰ μέλη προσαυλοῦσαν.* Quo commodius puellula tibiis cantare possit repone ΠΑΡ*ειληφὼς* *secum adducta* pro *περιειληφὼς* *amplexus.*

Pag. 237. *Βασιλεὺς Ἠπειρωτῶν Πύρρος βασιλέως Αἰακίδου,* adde *υἱός,* quod quia scribebatur ΥC facile intercidere potuit.

Pag. 239. *εἰ δ' ἐκ παντὸς τρόπου πόλεμον αἱρεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς διέγνωκας.* Tralaticium mendum est pro *αἴρΕσθαι, suscipere* bellum.

Pag. 241. *τοὺς καλουμένους Σένωνας — ἡβηδὸν κατέσφαξεν.* Appellabantur penultima brevi *Σένονες,* quod arguitur vel nomine, quo nunc *civitas Senonum* in Gallia appellatur, *Sens.* Confirmant poëtae. Statius *Silv.* 5. 3. 198.

et Senonum furias Latiae sensere cohortes.

Vulgo tamen et apud alios et apud Polybium *Σήνωνες* aut *Σένωνες* scribitur.

Pag. 245. Fabricius ad Pyrrhum: *ἀφ' ὧν δύναμαι ποιεῖν εὖ τινὰς ταῦτα κοινὰ τοῖς δεομένοις παρέχων οὐκ ἂν ἡγησαίμην εἶναι* ΑΙΤΙΟΝ *ἐμαυτόν.* Quid est restituendum pro *αἴτιον*? Colliges ex his locis: pag. 244. *ἐμοὶ γὰρ οὐδεμία πώποτε κακοδαιμονίας αἴσθησις παρὰ τὸ μὴ πολλὰ κεκτῆσθαι γέγονεν.* et pag. 245. *ἐν τοῖς ἰδίοις τοσοῦτον ἀπέχω κακοδαιμονίας ὥς' ἐν ὀλίγοις πάνυ τῶν μακαρίων ἐμαυτὸν εἶναι δοκῶ.* Quid est igitur legendum? Nempe *οὐκ ἂν ἡγησαίμην* ἌΘΛΙΟΝ *ἐμαυτόν.*

Sequitur: *ταῦτα δ' ἐϛίν, ἃ σὺ κράτιϛα νομίζεις εἶναι καὶ πολλῶν χρημάτων αἰτεῖς* (libri *αἴτιος εἶ*) *πρίασθαι*. Infelix est Editoris coniectura *αἰτεῖς*. Emendaverim: *πολλῶν χρημάτων ἀξίοις πρίασθαι*. Notum est *αἴτιος* et *ἄξιος* sexcentis locis inter se confundi.

Insperato fortunae beneficio ex Athoo Codice prodiit descriptio pugnae ad Asculum ex Dionysii libro XX excerpta.

ἐκ τῆς Διονυσίου ἱϛορίας β̊ (βιβλίου) Κ (εἰκοϛοῦ) Πύρρου καὶ Ῥωμαίων ῡ ῡ (ὑπάτων) Ποπλίου Δεκίου καὶ Ποπλίου Σουλπικίου: — Descripsi Parisiis quam diligentissime totum locum ex ipso Codice, sed nihil magnopere repperi quod doctissimi Editoris oculos fugerit, nam quid attinet scire in Codice scribi *μεταυτὴν*, *μεταυτούς*, *ἐξαμπρακίας*, *ἐκτουτάρχντος*, *ἐξετοίμου*, *τῆς αὐνιτῶν θυρασαφορω Φαλαγγι* (*τῇ Σαυνιτῶν θυρεαφόρῳ φάλαγγι*), *κεϛροι μαχεροειδεῖς*, *σφενδονιται*, *ἐχώρουν ὁμοσαι* (*ὁμόσε*), *χαληνούς*, *περιδεινουν*, et similia omnia, cuiusmodi scripturae vitia in omnibus omnium Codicibus circumferuntur? Praestat pauculos quosdam errores nondum ab aliis animadversos eximere. Pag. 252. in Codice est, *αὐτὸς δὲ τὸ καλούμενον βασιλικὸν ἄγημα τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ὁμοῦ τε* (*τι*) *δισχιλίων περὶ αὐτὸν* (*αὑτὸν*) *ἔχων ἐκτὸς ἦν τάξεως· εἶναι τοῖς κάμνουσιν αἰεὶ* (*ἀεὶ*) *τῶν σφετέρων ἐξετοίμου παρεισιν* (sic). Pro *πάρεισιν* Dubnerus *ἐπάρκεσιν* substituit, in quo est aliquid boni, sed difficultatem loci minime sic expedivit. Deme ex ЄΙΝΑΙ primam et ultimam literulam et emicabit vera lectio haec: ἽΝΑ *τοῖς κάμνουσιν ἀεὶ τῶν σφετέρων ἐξ ἑτοίμου* ἘπαρΚЄCΗΙ.

Multa arguunt Athoum Codicem ex libro antiquo uncialibus literis scripto fluxisse. Erat: ΤΑΞЄΩCΙΝΑΤΟΙC et oculis paene cernimus quo pacto *εἶναι* sit natum.

Pag. 252. *καὶ Φερεντανούς*. dederat, credo, *Φρεντανούς*.

Pag. 252. *αὗται* (*αἱ ἅμαξαι*) *κεραίας εἶχον ἐπιβεβηκυίας ϛόμιξιν ὀρθοῖς πλαγίας*. Nihil est *ϛόμιξιν*. Coniiciunt *ϛάλιξιν* aut *ϛόρθυγξιν ὀρθαῖς*, quod non satisfacit. Conieci *κάμαξιν ὀρθαῖς*, ut apud Suidam est v. *Κάμαξ* ex incerto auctore: *οἱ δὲ*

βάρβαροι δρεπανηφόρῳ κάμακι τὸ σχοινίον, ᾧ εἴχετο ἡ ναῦς, διακόπτουσιν.

Sequitur: πολλαῖς δὲ αὐτῶν χεῖρες προσήρτηντο πυρφόροι ςυππία (leg. ςυππεῖα) πολλῇ πίττῃ λελιπασμένα περὶ αὐτὰς ἔχουσαι προεκκείμεναι τῶν ἁμαξῶν, ἃς ἔμελλον ἑςηκότες ἐπ' αὐτῶν τινὲς ὅτε πλησίον γένοιντο τῶν θηρίων πλήσαντες πυρὸς ἐπὶ τὰς προβοσκίδας αὐτῶν καὶ τὰ πρόσωπα τὰς πληγὰς φέρειν. Pro ἃς ἔμελλον corrigunt αἷς ἔμελλον, minus recte, nam coniuncta sunt ἃς ἔμελλον πλήσαντες πυρὸς — φέρειν. Vitium est in ultimis verbis τὰς πληγὰς φέρειν, neque enim φέρειν bene habet et additum τὰς πληγάς pugnat cum caeteris. Quid verum sit fortasse reperiet alius.

Similiter nullum exitum reperio pag. 253. συχνοὶ τοξόται καὶ ΧΕΡΜΑΤΑΙ καὶ τριβόλων σιδηρῶν σφενδονῆται.

Pag. 253. παιανίσαντες οἱ ςρατιῶται καὶ τὸ σύνολον ἀλαλάξαντες. Ecquid ineptius esse potest in tali re quam τὸ ΣΥΝΟΛΟΝ? At tu emenda: καὶ τὸ ἐνυάλιον ἀλαλάξαντες.

Pag. 254. παρὰ ταῖς σημείαις μένοντες, mendose pro σημαίαις. Notavimus idem librorum vitium et supra. Recurrit in Excerptis libri XVI. pag. 221. δύο δὲ σημείας διέφθειρεν.

Pag. 256. τοὺς ἈΠΟ τοῦ βασιλέως ἀπεςαλμένους. Leg. Ὑπό.

Pag. 257. διαβιβάσαντες τὸν ποταμὸν ἀπῆγον εἰς τὸν χάρακα συσκιάζοντος ἤδη. Mirum est neminem animadvertisse manifestum scripturae mendum in συσκιάζοντος. Dixerat Dionysius συσκΟΤάζοντος ἤδη, ut est apud Thucydidem I. 51. ξυνεσκόταζε γὰρ ἤδη, et passim apud omnes. Dionysius ipse pag. 1258. ἐπεὶ δὲ συνεσκόταζεν ἤδη.

Pag. 259. ἀποςέλλει ςρατιὰν νεοσύλλεκτον ἄγοντα τὸν ἕτερον τῶν κατὰ πόλιν ςρατηγῶν. Sic Kiessling. de suo dedit pro ἄγοντα ἑτέραν τὸν κατὰ πόλιν ςρατηγόν, oblitus illo tempore *unum* tantum in Urbe praetorem fuisse.

Pag. 264. *ὡς γὰρ ἀνήχθησαν αἱ νῆες — ἄνεμος ἐναντίος γενόμενος — ἃς μὲν κατέΚΛυσεν, ἃς δ' εἰς τὸν τῆς Σικελίας πορθμὸν ἐξέβαλεν.* Solent naves et nautae sine magno malo aut periculo *κατακλύζεσθαι*, sed Pyrrhi naves in illa tempestate *perierunt.* Scripserat enim Dionysius: *ἃς μὲν κατέΔυσεν, ἃς δ' — ἐξέβαλεν.*

Pag. 269. *οὐδὲ ταφῆς ἔτυχον ἀλλ' ἑλκυσθέντες* (*uncto tracti*) *ἐκ τῆς ἀγορᾶς εἰς ἀναπεπταμένον τι πρὸ τῆς πόλεως χωρίον ὑπ' οἰωνῶν καὶ κυνῶν διεΦΘΑΡΗCΑΝ.* Emendandum *διεφορήθησαν.* Plane idem vitium supra eodem modo vidimus a Sintenisio correctum. *Διαφορεῖσθαι* est *dilaniari*, *dilacerari.*

In ultimis duobus Dionysii libris tandem aliquando emersimus ex fabulis et certam exploratamque rerum gestarum fidem ab aequalibus et oculatis testibus memoriae proditam ubique certis indiciis agnoscimus in historia Pyrrhi regis. Memorabilis locus est libr. XX. 6. pag. 261. *αὐτὸς δὲ ὁ Πύρρος τοὺς Ὁμηρικοὺς ἐπιφθεγξάμενος ϛίχους, οὓς Ἕκτωρ αὐτῷ πεποίηται πρὸς Αἴαντα λέγων ὡς ὑπὸ Ῥωμαίων εἰρημένους πρὸς ἑαυτόν·*

τῷ σε καὶ οὐκ ἐθέλω βαλέειν τοιοῦτον ἐόντα
λάθρῃ ὀπιπτεύσας ἀλλ' ἀμφαδὸν εἴκε τύχωμι.

Perspicuum est quam ob causam Pyrrhus, *φιλόμηρος ὢν* ut Alexander, hosce Homeri versiculos tamquam a Romanis ad se dictos pronuntiaverit. Nempe postquam a Coss. C. Fabricio et Q. Aemilio litteras accepisset, quas Claudius Quadrigarius (apud Gellium III. 8.) scriptas fuisse narrat hoc exemplo:

Consules Romani salutem dicunt Pyrrho regi.

— — *ad nos venit Nicias familiaris tuus qui sibi praemium a nobis peteret si te clam interfecisset. Id nos negavimus velle neve ob eam rem quidquam commodi exspectaret et simul visum est ut te certiorem faceremus, ne quid eiusmodi si accidisset nostro consilio civitates putarent factum et quod nobis non placet pretio* (*aut praemio* delenda) [1]) *aut dolis pugnare. Tu nisi caves iacebis.*

---

1) Eadem *διττογραφία* est in oratione C. Gracchi apud Gellium XI. 10. 4. *petunt non a vobis bonam existimationem verum a Mithridate rei familiaris suae pretium* [et praemium].

Ad haec igitur Pyrrhus admirabundus exclamavit: *τῷ σε καὶ οὐκ ἐθέλω βαλέειν κτέ.* Et in caeteris quidem *τοῖς κατὰ μέρος* sunt quaedam scriptorum discrepantiae. Proditor ab aliis Nicias, ab aliis Timochares Ambraciensis appellatur. Sunt qui ipsum venisse dicant ad Consules, alii literas eum misisse narrant. Exemplum literarum aliud est apud Claudium Quadrigarium, aliud apud Plutarchum in Pyrrho cap. 21. Sed ut in summa rei omnes conspirant (Cicero *de Finibus* V. 22. *nostri consules regem inimicissimum moenibus iam appropinquantem monuerunt a veneno ut caveret.* Hannibal apud Livium 39. 51. *horum patres Pyrrho regi hosti armato exercitum in Italia habenti ut a veneno caveret praedixerunt.*), sic non est dubium quin verum, non fictum, sit quod Dionysius narravit de versibus Homeri a Pyrrho tum usurpatis. Habebat enim Dionysius optimos in hisce omnibus auctores. Nam praeter ipsius Pyrrhi Commentarios (*ὑπομνήματα*) uti poterat testibus oculatis vel certe aequalibus rerum gestarum.

Ex Athoo Codice nacti sumus praelii apud Asculum descriptionem ex Dionysii libro XX. Iuvat his addere insignem Dionis Cassii locum de Consule Decio, quem in hoc praelio cecidisse constat, qui locus Editorum indiligentia in Dionis Editionibus omissus est. Dio ita scripserat:

Ῥωμαῖοι πρὸς Ἄσκλῳ πόλει ὄντι αὐτῷ (Pyrrho) *ἐπελθόντες ἀντεςρατοπεδεύσαντο. ἐπὶ πλείους δ' ἡμέρας διέτριψαν ὀκνοῦντες ἀλλήλους· οἱ μὲν γὰρ Ῥωμαῖοι τοὺς προνενικηκότας οὐκ ἐθάρρουν, οἱ δὲ ὡς ἀπονενοημένους ἐδέδισαν τοὺς Ῥωμαίους. κἀν τούτῳ λογοποιούντων τινῶν ὅτι ὁ Δέκιος ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν* (*devovere se*) *κατὰ τὸν πατέρα καὶ τὸν πάππον ἑτοιμάζοιτο καὶ τοὺς τοῦ Πύρρου δεινῶς ἐκφοβούντων ὡς ἐκ τοῦ θανεῖν ἐκεῖνον πάντας ἀπολουμένους, συνήγαγε τοὺς*

ϛρατιώτας ὁ Πύῤῥος *καὶ διελέχθη περὶ τούτου συμβουλεύων μήτ' ἀθυμεῖν μήτ' ἐκπλήττεσθαι τοιούτοις λόγοις· μήτε γὰρ ἕνα ἄνθρωπον δύνασθαι θνήσκοντα πολλοὺς καταγωνίσασθαι, μήτ' ἐπῳδὴν ἢ μαγγανείαν τινὰ κρείττω τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι. ταῦτ' εἰπὼν καὶ λογισμοῖς ἐπικρατύνας τοὺς λόγους ὁ* Πύῤῥος *τὸ οἰκεῖον ἐθάρσυνε ϛράτευμα καὶ πολυπραγμονήσας τὴν ϛολὴν ᾗ ἐχρήσαντο οἱ Δέκιοι ἐπιδιδόντες ἑαυτοὺς παρήγγειλε τοῖς οἰκείοις ἄν τινα οὕτως ἐνεσκευασμένον ἴδωσι μὴ κτεῖναι αὐτὸν ἀλλὰ ζῶντα συλλαβεῖν. τῷ δὲ Δεκίῳ πέμψας ἔφη οὔτε προχωρήσειν αὐτῷ τοῦτο πρᾶξαι θελήσαντι καὶ ζωγρηθέντα κακῶς ἀπολεῖσθαι ἠπείλησεν. πρὸς ἅπερ οἱ ὕπατοι ἀπεκρίναντο μηδενὸς τοιούτου ἔργου σφᾶς δεῖσθαι· πάντως γὰρ αὐτοῦ καὶ ἄλλως κρατήσειν.*

Zonaras Tom. II. pag. 119. sq. quem constat sua e Dione Cassio describere.

ὅτι τῷ Δεκίῳ ὁ Πύῤῥος *προπέμψας οὔτε προχωρήσειν οἱ τοῦτο πρᾶξαι ἐθελήσαντι καὶ ζωγρηθέντα κακῶς ἀπολεῖσθαι ἐπηπείλησεν. οἱ δὲ ὕπατοι πρὸς ταῦτα ἀπεκρίναντο μηδενὸς τοιούτου ἔργου σφᾶς δεῖσθαι· πάντως γὰρ αὐτοῦ καὶ ἄλλως κρατήσειν.*

Dio Cassius in Maii Excerptis pag. 538.

Habet haec narratio omnes numeros veritatis. Sedecim ante annis P. Decius se devoverat (anno 295. a. Chr. Liv. X. 28.) et simul paternae devotionis (anno 340. Liv. VIII. 9.) renovaverat memoriam. Quid mirum imbutis superstitione animis de nepote similia his homines augurari? Contra Pyrrhi, ut Graecorum aequalium doctrina excultorum, mens sanior haec omnia ut vana et male sana contemnebat. Prudentissime admonet milites *μήτε ἕνα ἄνθρωπον δύνασθαι θνήσκοντα πολλοὺς καταγωνίσασθαι, μήτε ἐπῳδήν τινα κρείττω τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι*, cavetque ut si quis talia inciperet vivus caperetur et

denuntiat Decio ne his praestigiis utatur. Aequalium aliquis oculatus testis haec memoriae prodidit. A Graeco scriptore hanc historiam esse profectam ab omni superstitione alieno, Hieronymo Cardiano vel Proxeno vel Timaeo, res est perspicua; et quid esset *sese et hostium legiones auxiliaque Telluri matri et Manibus devovere* Graecis erat inauditum antequam Pyrrhus in Italiam veniret.

Haec igitur omnia Dionysius in suis auctoribus sibi lecta silentio transmisit, credo, quia Romanis lectoribus ingratum et iniucundum auditu erat futurum sperni ab hoste ea et derideri quae iis gravissimi momenti et praeclarae laudis materies esse viderentur.

Ne hoc quidem videtur memoriae prodidisse in eo proelio alterum Consulem P. Decium cecidisse Nam quum nox proelium diremisset (ut scribit pag. 257.) OI *τῶν Ῥωμαίων ὕπατ*OI *τοὺς ἑαυτῶν ἀνεκάλουν καὶ διαβιβάσαντ*ЄC *τὸν ποταμὸν ἀπῆγ*ON *εἰς τὸν χάρακα συσκοτάζοντος ἤδη.*

Occisum esse autem in hoc proelio Consulem P. Decium duplex est et luculentum Ciceronis testimonium, in *Tuscul. Quaestt.* I. 37. (mors) *si timeretur — non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent.* et *de Finibus* II. 19. *Num P. Decius princeps in ea familia Consulatus quum se devoverat et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat, aliquid de voluptatibus suis cogitabat? — Quod quidem eius factum nisi esset iure laudatum non esset imitatus quarto consulatu suo filius, neque porro ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens consul cecidisset in proelio seque ex continenti genere tertiam victimam reip. praebuisset.* Non sunt in Romanorum Annalibus praeter Decii patris ac filii exempla eorum qui sese devovissent. De patre Consule anno a. Chr. 340. auctor est Livius VIII. 9. De filio P. Decio P. f. Q. n. quater Consule (I. anno 312. Liv. IX. 28. II. anno 308. Liv. IX. 41. III. anno 297. Liv. X. 14. IV. anno 295. Liv. X. 28.) qui sese devovit annis XLV post patrem. Nepos in proelio apud Asculum cecidit anno a. Chr. 279. XVI post patrem annis, ut memoria paternae devotionis satis recens hominum mentibus obversaretur, quum P. Decius de summa rerum cum Pyrrho esset dimicaturus, unde factum est ut ea fama ad

Pyrrhi aures perveniret, qui ab hisce praestigiis sibi cavit ut vidimus. Frequentem hanc fuisse populorum Italicorum devotionis consuetudinem, qui olim pares cum paribus et numero et virtute inter se confligebant, colligimus ex insigni loco, quem Livius VIII. 10. ex *Commentariis Pontificum* nobis servavit: *illud adiiciendum videtur Consuli Dictatorique et Praetori cum legiones hostium devoveat non utique se, sed quem velit ex legione Romana scripta civem devovere; si is homo qui devotus est moritur probe factum videri: ni moritur tum signum septem pedes altum aut maius in terram defodi et piaculum hostia caedi. Ubi illud signum defossum erit, eo magistratum Romanum escendere fas non esse Sin autem sese devovere volet* (sicuti Decius devovit) *ni moritur neque suum neque publicum divinum pure faciet sive hostia sive quo alio volet* [1]. *Qui sese devoverit Vulcano arma sive cui alii Divo vovere volet ius est. Telo super quod stans Consul precatus est hostem potiri fas non est: si potiatur Marti suovetaurilibus piaculum fieri.* Nulla est dubitatio quin haec olim in Romanorum proeliis crebro habuerint locum, sed quum primum *Annales* scribi coepti sunt obsoleta erat plerorumque memoria et *Annales* amissa vera historia aut fabulis repleti sunt aut rerum semel gestarum crebra repetitione. Ut uno exemplo utar, Fidenae V millibus passuum ab Urbe dissitae (pag 489. *τετταράκοντα δ' ὄντων ϛαδίων τῶν μεταξὺ Φιδήνης τε καὶ Ῥώμης.* pag. 2046. *τετταράκοντα δ' εἰσὶν οἱ διὰ μέσου τῶν πόλεων* (Romae et Fidenarum) *ϛάδιοι.*) narrantur pag. 348. a Romanis esse captae principibus securi percussis. Rebellant pag. 417. sq. 475. sq. 549. 558. Capiuntur a Sabinis pag. 561 receptae sunt a Romanis et principes securi percussi pag. 564. Rebellant pag. 768. et 935. Recipiuntur et principes securi percutiuntur pag. 943. Deficiunt pag. 966. Captae sunt et principes securi percussi pag. 989.

Eadem est in aliis ratio, ut in Suessa Pometia vidimus. Quod semel factum esset ut *Annales* implerentur et singuli anni aliquid rerum gestarum continerent iterum iterumque repetitur.

Feriit ea res etiam Livii minime suspicacem animum VI. 12.

---

1) Utor Madvigii emendatione.

non dubito, inquit, *praeter satietatem tot iam libris assidua bella cum Volscis gesta legentibus illud quoque succursurum*, (*quod mihi percensenti propiores temporibus harum rerum auctores miraculo fuit*) *unde toties victis Volscis et Aequis suffecerint milites.* Non hercle iniuria miratur: viderat in *Annalibus* fere quotannis eorum populorum exercitus non sine magna strage fundi et fugari, nonnumquam ad internecionem usque, velut III. 8. *Ibi Volscum nomen prope deletum est*, *tredecim millia quadringentos septuaginta cecidisse in acie ac fuga*, *mille ducentos quinquaginta vivos captos*, *signa viginti septem militaria relata in quibusdam annalibus invenio.* Actum esse de Volscis putes; sed mox cap. 10. *Ecce* (inquit) *Hernici nuntiant Volscos et Aequos etsi accisae res sint reficere exercitus.* Similiter VI. 12. *Ingens* (*quod inter omnes auctores convenit*) *quamquam nuper Camilli ductu atque auspicio accisae res erant*, *Volscorum exercitus fuit.* Mirabundus igitur quaerit Livius „*unde toties victis Volscis et Aequis suffecerint milites.*" Est operae pretium audire quid ipse respondeat; scribit enim: *quod cum ab antiquis tacitum praetermissum sit* (namque hi quidem nihil mirabantur) *cuius tandem ego rei praeter opinionem*, *quae sua cuique coniectanti esse potest*, *auctor sim?* Deinde triplicem expromit coniecturam. *Simile veri est aut intervallis bellorum — alia atque alia sobole iuniorum ad bella toties instauranda usos esse: aut non ex iisdem semper populis exercitus scriptos*, — *aut innumerabilem multitudinem liberorum capitum in iis fuisse locis.* Est etiam aliis coniecturis locus, nam simile veri est quae latrocinia fuerint ea bella esse appellata, et ex uno bello victoriaque decemplicem victoriam bellumque fictum esse ab iis qui *Annalibus* implendis materiem undique conquirerent, nam sic demum intelligi poterit quo pacto rebus accisis ac prope deleto Volsco nomine statim sit novus exercitus in armis.

Queritur Cicero in *Bruto* noto loco §. 62. laudationibus mortuorum, quas familiae nobiles quasi ornamenta ac monumenta sua servarent, historiam rerum Romanarum factam esse mendosiorem. „*Multa enim* (inquit) *scripta sunt in iis* QUAE FACTA NON SUNT, *falsi triumphi*, *plures Consulatus.* cet. Unde igitur his materies? Nempe ex rerum earumdem falsa repetitione. Satis erat semel Suessam Pometiam opibus omnibus spoliari,

satis erat Fidenatium principes semel securi percuti, sed *Annalium* scriptoribus aliter visum,

χοὕτως ὁδὸς βραχεῖα γίγνεται μακρά.

Multo etiam disertius et planius de eadem re scribit Livius nobili loco VIII. 40. *Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor falsisque imaginum titulis dum familia ad se quaeque famam rerum gestarum honorumque fallente mendacio trahunt. Inde certe et singulorum gesta et publica monumenta rerum confusa. nec quisquam aequalis temporibus illis scriptor exstat quo satis certo auctore stetur.* Contexti sunt igitur *Annales* vitiatis gentium nobilissimarum commentariis laudationibusque et falsis imaginum titulis, et quidquid antiquae gentes fallente mendacio ad se traxissent in *Annales* ita est receptum ut et multa commenticia pro veris memoriae proderentur et obscura rerum gestarum fama, *quam familia ad se quaeque trahebat*, ut omnibus satis fieret amplificata et multiplicata historiae locum obtinere videretur.

Quam sit Dionysius ab iudicio infirmus et quam anilis in eo fuerit superstitio passim inter legendum apparet. Quum dedicaretur Fortunae muliebris simulacrum, ut scribit pag. 1639. sq. *θάτερον τῶν ἀφιδρυμάτων ἐφθέγξατο γλώττῃ Λατίνῃ φωνὴν εὐσύνετόν τε καὶ γεγωνόν. — ἔπειτ' αὖθις — ἐν μείζονι φωνῇ τὸ αὐτὸ ξόανον ἐφθέγξατο τὴν αὐτὴν λέξιν ὥστε μηδὲν ἔτι εἶναι τὸ ἀμφίλογον.* O hominem stolidum! Nullam esse posse de ea re controversiam opinatur, quoniam in *Pontificum Commentariis* ita scriptum repererat (*ὡς αἱ τῶν ἱεροφαντῶν περιέχουσι γραφαί*) et maledictis insectatur saniores (Epicureos), qui haec omnia pro commenticiis et nugatoriis reiiciebant et ridebant. Optare se scribit: *τοῖς ὑπερορῶσι τῶν πατρίων ἐθισμῶν καὶ μηδενὸς ποιοῦσι τὸ δαιμόνιον τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν κύριον μάλιστα μὲν ἀναθέσθαι ταύτην τὴν δόξαν, εἰ δ'* (*ἄρ'* add.) *ἀνιάτως ἔχουσιν ἔτι μᾶλλον αὐτοῖς ἀπέχθεσθαι καὶ κακοδαιμονεστέρους εἶναι.* Non minus atroces videmus esse Stoicorum iras et odia in eos qui a se dissentiant quam hodie sunt fanaticorum.

Non minus absurdum est quod scribit in *Excerptis* pag. 190. Kiessl. de Iunone Regina Veiis Romam evocata: *ὡς δέ τις — εἴτε μετὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος, εἴτε οἰωνοῦ δεόμενος, εἰ βούλοιτο*

μετελθεῖν εἰς Ῥώμην ἡ θεὸς ἤρετο, φωνῇ γεγωνῷ τὸ ξόανον ἐφθέγξατο ὅτι βούλεται. Ne quis dubitare possit addidit: *τοῦτο καὶ δὶς γέγονεν.* Lepidum est videre quam caute Livius, et ipse superstitiosus si quis alius, eandem fabellam memoriae prodiderit V. 22. *Cum quidam seu spiritu divino tactus seu iuvenili ioco* „Visne Romam ire, Iuno? *dixisset, annuisse caeteri deam conclamaverunt: inde* FABULAE ADIECTUM EST *vocem quoque dicentis* velle *auditam.*

Quum Ascanius Albam Longam condidisset *„cumque illuc simulacra Deorum Penatium transtulisset, postridie apud Lavinium apparuerunt: rursusque relata Albam appositis custodibus se Lavinium in pristinam sedem identidem receperunt."* Utor verbis impostoris nescio cuius, qui et ex aliis libris in medio positis et ex Dionysio Halicarnassensi libellum *de Origine gentis Romanae* consarcinavit [1]) et impudenter mentitur (cap. 17.) *„ita scriptam esse in Annali Pontificum,* IV. *lib. Cincii et Caesaris* II, *Tuberonis* I." quum haec omnia (praeter *custodes appositos*, quos ipse fabulae adiecit) descripsisset ex Dionysio, qui rem magnam et memorabilem ita narrat pag. 168. *ἐν δὲ τῇ κτίσει τῆς πόλεως* (*Albae Longae*) *θαῦμα μέγιςον λέγεται γενέσθαι. κατασκευασθέντος τοῖς ἕδεσι τῶν θεῶν, οὓς Αἰνείας ἐκ τῆς Τρῳάδος ἠνέγκατο καὶ καθίδρυσεν ἐν τῷ Λαουινίῳ, ναοῦ χωρίον ἔχοντος ἄβατον καὶ τῶν ἱδρυμάτων ἐκ τοῦ Λαουινίου κομισθέντων εἰς τοῦτον τὸν μυχὸν ὑπὸ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα κεκλεισμένων τε ὡς μάλιςα τῶν θυρῶν καὶ οὐδὲν παθόντων οὔτε περιβόλων οὔτε ὀροφῶν* (o rem admirabilem!) *διαμείψαντα τὰ βρέτη τὴν ςάσιν ἐπὶ τῶν ἀρχαίων εὑρεθῆναι βάθρων· μετακομισθέντα δὲ αὖθις ἐκ τοῦ Λαουινίου σὺν ἱκετείαις καὶ θυσίαις ἀρεςηρίοις εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον ὁμοίως ἐπανελθεῖν.* Tam confidenter haec pro veris narrat quasi ea aut sua aut patrum memoria accidissent.

Relegendus ad haec est Luciani *Philopseudes* et haec *θαύματα μωροῖς* stultis hominibus relinquenda.

---

1) Idem impostor et alia a Dionysio sumsit et quod scribit cap. 21. *„cum vero pueri* (Romulus et Remus) *liberalis disciplinae capaces facti essent Gabiis Graecarum Latinarumque litterarum ediscendarum gratia commoratos Numitore avo clam omnia subministrante.* Libros fortasse Graecos et Latinos iis subministravit, sine quibus litterarum studia non constant.

Nonnumquam tamen et Livius et Dionysius sanae rationis et veritatis viribus vel inviti concedunt. Livius scribit V. 21. *in rebus tam antiquis si quae similia veri sint pro veris accipiantur satis habeam. Haec ad ostentationem scenae gaudentis miraculis aptiora quam ad fidem neque affirmare neque refellere est operae pretium.* Iisdem propemodum verbis Dionysius dixit pag. 1802. *μύθοις γὰρ δὴ ταῦτά γε καὶ πλάσμασιν ἔοικε θεατρικοῖς*, et huiuscemodi quid pag. 217. *δραματικῆς μεςὸν ἀτοπίας* appellatur.

Sed multo peior et gravior res est quod Dionysius et Livius Romanorum vanitati et arrogantiae obsequentes nonnumquam scientes dolo malo id quod verum esset occultarunt et pro veris commenta et figmenta substituerunt. De Roma a Gallis capta et post septem menses Romanis reddita luculentum testimonium dixit sanus et sobrius et *Φιλαληθὴς* Polybius II. 22. his verbis: (*Galli*) *οὐ μόνον ἐνίκησαν μαχόμενοι Ῥωμαίους ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν μάχην ἐξ ἐφόδου κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην. γενόμενοι δὲ καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἁπάντων ἐγκρατεῖς καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς ἑπτὰ μῆνας κυριεύσαντες τέλος* ʼЄΘЄΛΟΝΤΙ *καὶ* ΜЄΤΑ ΧΑΡΙΤΟϹ *παραδόντες τὴν πόλιν ἄθραυςοι καὶ ἀσινεῖς ἔχοντες τὴν ὠφέλειαν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθον.* Haec vera fama est, sed intolerabile id et nullo pacto ferendum rati Romanorum scriptores rem omnem in contrarium converterunt. *Sed Diique et homines* (exclamat Livius V. 49.) *prohibuere redemtos vivere Romanos!* Itaque novam fabulam seruerunt de pactione et interventu Camilli Dictatoris et Gallis omnibus ad unum occidione occisis. „*tribunis militum negotium datum ut paciscerentur* (Liv. V. 48.) — *mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum.* Nondum satis est: *pondera ab Gallis allata iniqua et tribuno recusante additus ab insolente Gallo ponderi gladius auditaque intoleranda Romanis vox* VAE VICTIS ESSE. Dionysius nondum his contentus in *Excerpt.* pag. 195. gladio addit vaginam et cingulum: *πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ τάλαντον ὁ Κελτὸς βαρύτερον τοῦ δικαίου παρῆν φέρων ἔπειτα — τὴν μάχαιραν ἅμα τῇ θήκῃ καὶ τῷ ζωςῆρι περιελόμενος ἐπέθηκε τοῖς ςαθμοῖς* et quaerenti quaestori *quid hoc rei esset? ἀπεκρίνατο τούτοις τοῖς ὀνόμασιν· Ὀδύνη τοῖς κεκρατημένοις* [1]). Satis est componere

1) Plutarchus in Camilli vita cap. 28. *ὁ δὲ Βρέννος οἷον ἐφυβρίζων καὶ καταγε-*

haec cum Polybianis, quae Dionysius et Livius optime noverant: *ἐθελοντὶ καὶ μετὰ χάριτος παραδόντες τὴν πόλιν — εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθον.*

Iam tempus erat ut Gallorum insolentia castigaretur. Audi Livium V. 49. *Forte quadam priusquam infanda merces perficeretur — Dictator intervenit auferrique aurum de medio et Gallos submoveri iubet.* Haud vidi magis: *χρὴ δὲ τὰ πλάσματα πιθανὰ εἶναι*, ut Aristarchus dicebat. *Forte quadam*, inquit; quasi de praetereunte viatore loqueretur. Lepidius etiam est: *Gallosque submoveri iubet*, veluti importunam et molestam turbam. Itur tamen ad arma. *primo concursu haud maiore momento fusi Galli sunt quam ad Alliam vicerant. Iustiore altero deinde proelio ad octavum lapidem Gabina via — vincuntur. Ibi caedes omnia obtinuit* — ET NE NUNCIUS QUIDEM CLADIS RELICTUS.

Itaque nunc Galli omnes mortui sunt et has iustissimas insolentiae poenas dederunt, sed audi Polybium vera narrantem: *μετὰ χάριτος παραδόντες τὴν πόλιν ἄθραυςοι καὶ ἀσινεῖς ἔχοντες τὴν ὠφέλειαν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθον* et iterum II. 18. (Galli) *τῶν Οὐενέτων ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν τότε μὲν ποιησάμενοι συνθήκας πρὸς Ῥωμαίους καὶ τὴν πόλιν παραδόντες ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν.* Postea nata fama est Drusum *pro praetore ex provincia Gallia retulisse aurum Senonibus olim in obsidione Capitolii datum nec (ut fama est) extortum a Camillo.* Suetonius in *Tiberio* cap. 3. Non tam diu Gallos servasse aurum *Romanis extortum*, docebit Polybius II. 18.

Nihil his addo praeter iocosum Gallici poëtae versiculum:

et c'est pourtant ainsi que l'on écrit l'histoire.

Saepe audivi et legi querelas eorum, qui dolerent veteres Romanos Annalium scriptores omnes nobis periisse. Equidem non ita magnum illud damnum esse existimo, namque quidquid in iis inesset boni sedulo a Livio et Dionysio esse in libros suos receptum, reliqua levia et puerilia fuisse. Saepe mihi ad haec in mentem venit loci Platonis de Hippia Sophista (in

---

λῶν ἀπολυσάμενος τὴν μάχαιραν ἅμα καὶ τὸν ζωςῆρα προσέθηκε τοῖς ςαθμοῖς. Πυνθανομένου δὲ τοῦ Σουλπικίου „τί τοῦτο;" τί γὰρ ἄλλο, εἶπεν, ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη; Vertit ut potuit *vae victis.*

Hippia Maiore pag. 285 *d.*). Narrat se Hippias cum Spartanis (qui non minus erant *φιλάρχαιοι* quam Romani) agere potissimum *περὶ τῶν γενῶν τῶν τε ἡρώων καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν κατοικίσεων ὡς τὸ ἀρχαῖον ἐκτίσθησαν αἱ πόλεις καὶ συλλήβδην πάσης τῆς ἀρχαιολογίας ἥδιςα ἀκροῶνται.* Cui Socrates: *εἰκότως σοι χαίρουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἅτε πολλὰ εἰδότι καὶ χρῶνται ὥσπερ ταῖς πρεσβύτισιν οἱ παῖδες πρὸς τὸ ἡδέως μυθολογῆσαι.* pag. 286. *a.* Namque similes erant Annalium scriptores *ταῖς πρεσβύτισιν ὡς πρὸς παῖδας τοὺς Ῥωμαίους ἡδέως μυθολογούσαις*, et in his (uti fit) multa figmenta et commenta, quae quamquam vera non essent, tamen et auditu iucunda erant et prudenti vitam consilio monebant. Non habere haec certam fidem neque qui narrabant fabulas multum curabant neque qui haec libenter audiebant. L. Calpurnius Piso Frugi Censorius (qui vir et quantus!) in primo annali de Romuli regis vita atque victu agens ita scripsit (apud Gell. N. A. XI. 14.): *Eundem Romulum dicunt ad coenam vocatum ibi non multum bibisse, quia postridie negotium haberet. Ei dicunt: Romule, si istuc omnes homines faciant vinum vilius sit. Is respondit: imo vero carum si quantum quisque volet bibat: nam ego bibi quantum volui.* Haec multis post Romulum saeculis iocosus conviva inter pocula finxit, habent tamen testem et auctorem Censorium virum, quo non est alius gravior. Nonne tamen puerile admodum est inducere Romulum de vino viliore aut caro loquentem, quasi eius rei memoria ex remota antiquitate propagata ad posteros fuisset? Dabo quod sit etiam puerilius. „Postumius Albinus (apud Macrobium II. 16.) annali primo de Bruto: *ea causa sese stultum brutumque faciebat;* GROSSULOS EX MELLE EDEBAT." Quid est pueris fabulas narrare, si hoc non est? Hoccine memoriae proditum credamus Brutum, ut non satis mente constare videretur, *grossulos ex melle comesse* solitum?

Romani scriptores, quos Dionysius securus sequitur, in tanta fingendi licentia etiam temporum notas a sese fictas magna confidentia pro certis ponere solent, quasi de ea re aut constaret aliquid aut constare ullo modo posset.

De temporibus, quae bellum Troianum praecesserunt aut proxime secuta sunt, ita agebant Romani quasi ea se vivis aut

patrum memoria accidissent. Evander cum matre Carmenta et Arcadibus in Italiam venit ἑξηκοςῷ μάλιςα ἔτει πρότερον τῶν Τρωϊκῶν, ὡς αὐτοὶ Ῥωμαῖοι λέγουσιν, ut scribit Dionysius pag. 80. Latinus, rex Aboriginum, Herculis filius post Herculis ex Italia discessum regnabat ἔτει πέμπτῳ καὶ πεντηκοςῷ μάλιςα, ὡς αὐτοὶ Ῥωμαῖοι λέγουσιν, et sub Aeneae in Italiam adventum πέμπτον καὶ τριακοςὸν ἔτος εἶχε τὴν ἀρχήν, teste Dionysio pag. 112. Haud secus de iis rebus scribit ac si vivo Iulio Caesare aut Octaviano Augusto Romae evenissent.

Unde tandem ortae sint fabulae de Ulyssis, Diomedis, Philoctetae, Epei, Antenoris et Aeneae in Italiam adventu et circa quae tempora in vulgus sparsae fuerint quis dicere possit? sed pervetustas esse multa sunt indicia et testimonia scriptorum. Antiquiores omnes *Romulum Aeneae filium aut ex filia nepotem* faciunt: itaque Romam conditam δευτέρᾳ γενεᾷ μετὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον. Dionys. pag. 180. Κεφάλων ὁ Γεργίθιος, inquit, συγγραφεὺς παλαιὸς πάνυ δευτέρᾳ γενεᾷ μετὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον ἐκτίσθαι λέγει τὴν πόλιν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰλίου διασωθέντων σὺν Αἰνείᾳ, οἰκιςὴν δὲ αὐτῆς ἀποφαίνει τὸν ἡγησάμενον τῆς ἀποικίας Ῥῶμον· τοῦτον δ' εἶναι τῶν Αἰνείου παίδων ἕνα. τέτταρας δέ φησιν Αἰνείᾳ γενέσθαι παῖδας Ἀσκάνιον, Εὐρυλέοντα, Ῥωμύλον, Ῥῶμον. Cum *perantiquo* scriptore consentire scribit Demagoram, Agathyllum aliosque complures. Agathylli poëtae veteris ex Arcadia testimonium legitur pag. 123, ubi de Aenea canit:

αὐτὸς δ' Ἑσπερίην ἔσυτο χθόνα, γείνατο δ' υἷα
Ῥωμύλον.

Cum his consentiebant Romani quidam *Annalium* scriptores, teste Dionysio pag. 184. τούτων δέ τινες μὲν Αἰνείου υἱοὺς γενέσθαι λέγουσι Ῥωμύλον τε καὶ Ῥῶμον τοὺς οἰκιςὰς τῆς Ῥώμης, ἕτεροι δὲ θυγατρὸς Αἰνείου παῖδας. Postquam aliqua lux Graecae eruditionis Romanis affulsit, nonnulli *Annalium* scriptores intellexerunt inter Aeneae adventum et Romam conditam longissimum temporis spatium non minus quam πεντεκαίδεκα γενεάς interesse, unde pueriliter admodum coniicit Dionysius pag. 185. διττὰς εἶναι τῆς Ῥώμης τὰς κτίσεις, τὴν μὲν ὀλίγον ὕςερον τῶν Τρωϊκῶν γενομένην, τὴν δὲ πεντεκαίδεκα γενεαῖς ὑςεροῦσαν τῶν

Τρωϊκῶν. Annus, quo Troia capta esse dicatur ex Eratosthenis rationibus Chronologicis et aliunde satis notus est et ex Dionysii testimonio pag. 187. Κάτων δὲ Πόρκιος — (τὴν κτίσιν) ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ἔτεσιν ὑςεροῦσαν τῶν Ἰλιακῶν· ὁ δὲ χρόνος οὗτος ἀναμετρηθεὶς ταῖς Ἐρατοσθένους χρονογραφίαις κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πίπτει τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος.

Nempe Troia capta . . . . anno 1183.
Roma condita post annos 432. id est . . . anno 751.
Ergo annis 25 post Olympiadem primam. . anno 776.
Itaque Olympiadis septimae . . . . . . anno primo.

Ad amussim haec conveniunt cum Eratosthenis rationibus, qui annis 407. ante primam Olympiadem τὴν Ἰλίου ἅλωσιν ponebat ($776 + 407 = 1183$).

Non tantum *quo anno*, sed *quo die* Troia capta esset eruditi antiquarii et chronologi scire sibi videbantur. Audi Dionysium pag. 158. Ἴλιος μὲν γὰρ ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι, περιτταὶ δὲ ἦσαν αἱ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκπληροῦσαι μετὰ τὴν τροπὴν εἴκοσιν ἡμέραι, ubi vide quae notavimus Habet ea res quamquam manifesto commenticia multos et antiquos testes. Plutarchus in *Camillo* cap. 19. ἐνήνοχε δὲ καὶ ὁ Θαργηλιὼν μὴν τοῖς βαρβάροις ἐπιδήλως ἀτυχίας. καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Γρανικῷ τοὺς βασιλέως ςρατηγοὺς Θαργηλιῶνος ἐνίκησε καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάςης καὶ Φύλαρχος ἱςορήκασιν. Mirifice in his vera et certa falsis et fabulosis miscentur.

Ergo Romulus, qui olim Aeneae filius aut ex filia nepos audiebat, repente factus est ἕβδομος καὶ δέκατος ἀπ' Αἰνείου γεγονώς. Dionysius pag. 113. et Roma a Romulo condita perhibetur γενεαῖς ὕςερον ἑκκαίδεκα μετὰ (τὴν) Ἰλίου ἅλωσιν. Dionys. l. l. Longissimum igitur hoc sedecim aetatum intervallum ut expleretur Reges Albani ἀνεπλάσθησαν. Hoc enim ipso verbo utitur Dionysius quoque de iis, qui fabulas finge-

bant de suo et de nihilo comminiscebantur; cuius rei ipse luculentum exemplum protulit, quod est operae pretium audire. Scribit pag. 137. esse qui tradant Aeneam post Lavinium conditum ex Italia Troiam rediisse *καὶ βασιλεῦσαι τῆς Τροίας, τελευτῶντα δὲ καταλιπεῖν Ἀσκανίῳ τὴν βασιλείαν καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου γένος ἐπὶ πλεῖστον κατασχεῖν τὴν ἀρχήν. Decepti sunt,* inquit, *ut ego coniicio, Homeri versibus male intellectis* (ὡς μὲν ἐγὼ εἰκάζω τοῖς Ὁμήρου ἔπεσιν οὐκ ὀρθῶς λαμβανομένοις παρακρουσθέντες). Legerant enim apud Homerum:

νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει
καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

ὑπολαβόντες οὖν τὸν Ὅμηρον ἐν Φρυγίᾳ δυναστεύοντας εἰδέναι τοὺς ἄνδρας (ὡς δὴ οὐ δυνατὸν ὂν ἐν Ἰταλίᾳ οἰκοῦντας βασιλεύειν Τρώων) τὴν ἀνακομιδὴν τοῦ Αἰνείου ἈΝΕΠΛΑCAN, *de suo commenti sunt.* Nihil prohibebat quo minus eadem ratione fingerent quam uxorem Aeneas Troiam reversus duxerit et quos ex ea filios susceperit et quae ab illis nova regna condita fuerint.

Ad eundem igitur modum Reges Albani *ἀνεπλάσθησαν*: quod cur Catonem in *Originibus* fecisse suspicer paucis aperiam.

Legitur series Regum Albanorum apud Dionysium pag. 175. sqq. haec:

I.	ASCANIUS	annis	38.
II.	SILVIUS	„	29.
III.	AENEAS SILVIUS	„	31.
IV.	LATINUS SILVIUS	„	51.
V.	ALBA S.	„	39.
VI.	CAPETUS S. [1])	„	26.
VII.	CAPYS S.	„	28.
VIII.	CALPETUS S.	„	13.
IX.	TIBERINUS S.	„	8.
X.	AGRIPPA S.	„	41.
XI.	ALLODIUS S. [2])	„	19.
XII.	AVENTINUS S.	„	37.

1) Mendosa est Dionysii oratio in verbis: *μετὰ δὲ Ἄλβαν Κάπετος — ἔπειτα Κάπυς — μετὰ δὲ Κάπυν Κάλπετος*. Emendate Livius I. 3. *Latino Alba ortus, Alba Atys, Atye Capys, Capye Capetus, Capeto Tiberinus.*

2) Mendosum nomen. Livius l. l. *post Agrippam* ROMULUS *Silvius*.

XIII. PROCA S. . . . . annis 23.
XIV. AMULIUS . . . . „ 42.
XV. NUMITOR.

μετὰ τὸν ἐκείνου (Amulii) θάνατον ἀπολαμβάνει τὴν κατὰ νόμον βασιλείαν Νεμέτωρ *ὁ τῶν νεανίσκων (Romuli et Remi) μητροπάτωρ. τῷ δ' ἑξῆς ἔτει τῆς* Νεμέτορος *ἀρχῆς, δευτέρῳ δὲ καὶ τριακοςῷ καὶ τετρακοσιοςῷ μετὰ τὴν* Ἰλίου *ἅλωσιν ἀποικίαν ςείλαντες* Ἀλβανοὶ Ῥωμύλου *καὶ* Ρώμου *τὴν ἡγεμονίαν αὐτῆς ἐχόντων κτίζουσι* Ῥώμην *ἔτους ἐνεςῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης* Ὀλυμπιάδος. Vides esse has *Catonis* rationes, qui *solus omnium* memoriae prodiderat conditam esse Urbem annis 432. post Troiam captam, quem annum esse *primum Olympiadis septimae* Dionysius ipse ex Eratosthenis Chronologia collegerat pag. 187. Κάτων δὲ Πόρκιος — (*τὴν κτίσιν τῆς* Ῥώμης) *ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ὑςεροῦσαν τῶν* Ἰλιακῶν. quamquam caeteroquin Catonianae rationes minime cum Eratostheneis congruant, siquidem *triginta* annis post Lavinium conditum Albae regnatum esse scribit ab Ascanio ad Numitorem per annos 425. et *secundo* Numitoris anno coloniam Romam deductam. Itaque si Aeneas biennio *μετὰ τὴν ἅλωσιν* (ut Dionysio videtur) [1]) ad Laurentem appulit, colliguntur anni non 432 (ut Cato scripserat) sed 459 (2 + 30 + 425 + 2).

Sic igitur Romulus *ἕβδομος καὶ δέκατος ἀπ'* Αἰνείου *γεγονὼς* intelligitur, in qua serie *primus* est AENEAS et *decima sexta* Numitoris filia Romuli mater RHEA SILVIA.

Dionysius Aeneae et Ascanii (Iuli) et omnium regum Albanorum imagines saepe Romae viderat et in atriis Iuliae gentis et in funere publico. Tacitus *Ann.* IV. 9. de funere Drusi: *Funus imaginum pompa maxime illustre fuit, cum origo Iuliae gentis Aeneas omnesque Albanorum reges et conditor urbis Romulus — longo ordine spectarentur.*

Habeant autem suas sibi opiniones et errores antiquarii serventque sepulcro: *ὅπως δὲ τἀληθὲς ἔχει θεοῖς ἂν εἴΗ γνώριμον.* Dionys. pag. 145.

---

1) Pag. 158. *περὶ δὲ τῶν χρόνων ἐν οἷς ἐκτίσθη τὸ* Λαουίνιον *ἄλλοι μὲν ἄλλως· ἐμοὶ μέντοι δοκοῦσιν οἱ δευτέρῳ μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν ἐκ* Τροίας *ἔτει φέροντες αὐτὴν εἰκότα μᾶλλον λέγειν.*

Iocosum est et perutile semel animadvertere quo progrediatur antiquarii superstitiosi et ab iudicio infirmioris caeca credulitas. Aeneae in Italiam navigantis certa ubique reperit Dionysius vestigia. Mediis elapsus Achivis Aeneas ad Pallenem Thraciae appulit Venerique templum posuit et urbem de suo nomine Aeneam (Αἴνειαν) condidit. Stetit ea urbs, teste Dionysio pag. 125, ἕως τῆς Μακεδόνων δυναςείας τῆς κατὰ τοὺς διαδόχους τοῦ Ἀλεξάνδρου γενομένης· ἐπὶ δὲ τῆς Κασάνδρου βασιλείας καθηρέθη ὅτε Θεσσαλονίκη πόλις ἐκτίζετο καὶ οἱ Αἰνεᾶται σὺν ἄλλοις πολλοῖς εἰς τὴν νεόκτιςον μετῴκησαν. Diserte confirmat hoc testimonium Strabo pag. 330. *Casander condidit* (inquit) τὴν Θεσσαλονίκειαν καθελὼν πολίσματα περὶ ἓξ καὶ εἴκοσιν. — τῶν δὲ συνοικισθέντων ἦν Ἀπολλωνία — καὶ Αἴνεια. Sed et Dionysium et Strabonem fugit Aeneae urbem postea incertum quo pacto esse renatam. Livius (ex Polybio) XLIV. 10. *Aeneam inde petunt: quindecim millia passuum ea urbs abest* (a Thessalonica) *adversus Pydnam posita* (ἐν τῇ Παλλήνῃ). Sed unde constat, dixerit aliquis, esse hanc urbem eandem, quam Aeneas olim condidisse fertur? Constat ex Polybio apud Livium XL. 4. *proficiscuntur ab Thessalonica Aeneam ad statum sacrificium quod conditori Aeneae cum magna caerimonia quotannis faciunt.*

Quam sit in talibus mendax Graecia et quam ficti falsique tenax in pluribus urbibus passim cernimus. Ne exeamus ex Italia satis est audire Iustinum XX. 1 sq. *Thurinorum* (id est Sybaritarum) *urbem condidisse Philoctetem ferunt ibique adhuc monumentum eius visitur et Herculis sagittae in Apollinis templo quae fatum Troiae fuerunt. Metapontini quoque in templo Minervae ferramenta, quibus Epeus, a quo conditi sunt, equum Troianum fabricavit ostentant.* Non esse has recentes fabulas declarant loci Aristotelis ex libris περὶ πολιτειῶν (ut opinor) excerpti, qui servantur in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων cap. 107. sq. παρὰ τοῖς Συβαρίταις λέγεται Φιλοκτήτην τιμᾶσθαι — καὶ ἀναθεῖναι ἱςοροῦσι τὰ τόξα τὰ Ἡράκλεια αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερόν. addit *deleta Sybari* τοὺς Κροτωνιάτας ἀναθεῖναι αὐτὰ εἰς τὸ Ἀπολλώνιον τὸ παρ' αὐτοῖς. et de Metapontinis cap. 108. ἐγγὺς Μεταποντίου Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν, ἔνθα τὰ τοῦ Ἐπειοῦ λέγουσιν ἀνακεῖσθαι ὄργανα, ἃ εἰς τὸν δούρειον ἵππον ἐποίησεν. Similia his passim reperiuntur; non est veri simile Phaeaces in insula Corcyra

habitasse umquam: tamen vivo Thucydide monstrabatur ibi Ἀλκίνου τέμενος, et videtur Aeneas in Thracia perinde τὴν Αἴνειαν condidisse ut in Italia Philoctetes Sybarin et Epeus Metapontum.

Hinc pius Aeneas, si quid Dionysio credimus pag. 125. in insulam Delum vela dedit καὶ ἦν πολλὰ σημεῖα ἐν Δήλῳ τῆς Αἰνείου τε καὶ Τρώων παρουσίας. Deinde Cythera et Peloponnesi oram et Zacynthum et Leucadem et Ambraciam visit et oraculum Dodonae consuluit et ubique sui monumenta reliquit: Dodonae κρατῆρας χαλκοῦς ὧν τινὲς ἔτι περίεισιν ἐπιγραφαῖς πάνυ ἀρχαίαις (facile credimus) δηλοῦντας τοὺς ἀναθέντας. Tum mare Hadriaticum traiecit, ad Iapygiae promontorium appulit aliaque Italiae loca litus legens usque ad fretum Siculum, ἴχνη τινὰ κἀν τούτοις ὑπολιπόμενος τοῖς τόποις τῆς ἀφίξεως ἄλλα τε καὶ φιάλην χαλκῆν ἐν Ἥρας ἱερῷ (*Laciniae*, opinor) ἐπιγραφῇ δηλοῦσαν ἀρχαίᾳ (quid mirum? primo an secundo anno post Troiam captam scripta.) τοῦ δωρησαμένου τῇ θεῷ Αἰνείου τοὔνομα. Hinc ad Siciliam flexit iter, ad Drepana appulit, duas urbes condidit Aegestam et Elyma, templaque τῆς Αἰνειάδος Ἀφροδίτης posuit; inde Italiam petiit; portui Palinurum, insulae Leucasiam, promontorio Misenum, insulae Prochytam, alteri promontorio Caeetam nomen indidit, ut quemque suorum morte amissum in iis locis sepeliit: τελευτῶντες δὲ ἀφικνοῦνται τῆς Ἰταλίας εἰς Λωρεντὸν ἔνθα τῆς πλάνης ἐπαύσαντο pag. 136.

Quis igitur ad haec de Aeneae et Troianorum in Italiam adventu dubitare possit? τῆς δ' εἰς Ἰταλίαν Αἰνείου καὶ Τρώων ἀφίξεως Ῥωμαῖοί τε πάντες βεβαιωταὶ καὶ τὰ δρώμενα ὑπ' αὐτῶν ἔν τε θυσίαις καὶ ἑορταῖς μηνύματα, Σιβύλλης τε λόγια καὶ χρησμοὶ Πυθικοὶ καὶ ἄλλα πολλά, ὧν οὐκ ἄν τις ὡς εὐπρεπείας ἕνεκα συγκειμένων ὑπερίδοι. pag. 124.

Multo his certiora existimari possint quae scribit Dionysius pag. 190. indagans annum quo Roma condita fuerit, vidisse sese *Commentarios Censorum* (τὰ καλούμενα τιμητικὰ ὑπομνήματα), quos familiae nobiles tamquam sacra avita religiose servarent (ἃ διαδέχεται παῖς παρὰ πατρὸς καὶ περὶ πολλοῦ ποιεῖται τοῖς μεθ' ἑαυτὸν ἐσομένοις ὥσπερ ἱερὰ πατρῷα παραδιδόναι· πολλοὶ δ' εἰσὶν ἀπὸ τῶν τιμητικῶν οἴκων ἄνδρες οἱ διαφυλάττοντες αὐτά).

In hisce igitur reperisse se scribit δευτέρῳ πρότερον ἔτει τῆς ἁλώσεως (id est anno 392. a. Chr. ante Urbem a Gallis captam) τίμησιν (ὑπό del.) τοῦ Ῥωμαίων δήμου γενομένην, ᾗ προσγέγραπται — χρόνος οὗτος· ὑπατεύοντος Λευκίου Οὐαλερίου Ποτίτου καὶ Τίτου Μαλλίου Καπιτωλίνου μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων ἑνὸς δέοντι εἰκοςῷ καὶ ἑκατοςῷ ἔτει. Ergo (inquit) quia constat Romam a Gallis captam esse annis 120 post reges exactos anno primo Olympiadis XCVIII perspicuum est primos Consules esse creatos ante Olympiades LXVIII. *Deinde constat* (ita pergit argumentari) *Romae regnatum esse per annos* 244. Ergo *Romulus ante Olympiades sexaginta et unam*, *id est anno primo Olympiadis* VII. *regnare coepit.* Unde constet si quaeris, respondet: γνωρίζεται τοῦτο ταῖς διαδοχαῖς τῶν βασιλέων καὶ τοῖς ἔτεσιν οἷς ἕκαςοι κατέσχον τὴν ἀρχήν. Deinde enumerat reges et quot quisque eorum annos regnaverit. Quaeras iterum, unde haec fidem habeant; respondet librum *de ratione temporum* ex industria a se compositum esse, ὅτι δὲ τοσαῦτα ἕκαςος τῶν βασιλέων ἦρξεν ἔτη δι' ἐκείνου δηλοῦταί μοι τοῦ λόγου. Hinc statim redarguitur horum argumentorum τὸ σαθρὸν καὶ τὸ μὴ ἐξ ἀληθείας συγκείμενον. Unde tandem sciri potuit quot quisque Regum annos regnaverit? Non aliunde quam ex *Annalium* scriptoribus, quos mirum non est fideli concordia inter se conspirare quia unum et eundem, Fabium Pictorem an alium quempiam, omnes sequuntur, ut nunc videmus et reliquos et Livium et Dionysium prorsus in iis inter se consentire. Sed fabula ab uno ficta et a multis aliis fideliter repetita non desinit fabula esse.

Non est alia ratio in Censorum Commentariis. Opinari videtur Dionysius *ante incendium Gallicum* eos scriptos fuisse, sed omnia suadent ut credamus posteaquam *Annales* scribi coepti sint et temporum antiquiorum descriptio quamquam commenticia in literas sit relata, perinde veteres commentarios ex iis esse suppletos, ut Polybius ex tabula apud Pontificem Maximum cognovit conditam esse Urbem Olympiadis VII. anno secundo. pag. 188. οὐ γὰρ ἠξίουν ὡς Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν ὅτι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος τὴν Ῥώμην ἐκτίσθαι πείθομαι οὐδ' ἐπὶ τοῦ παρὰ τοῖς ἀρχιερεῦσι κειμένου πίνακος ἑνὸς καὶ μόνου τὴν πίςιν ἀβασάνιςον καταλιπεῖν.

Manifestum est enim Pontifices Maximos hanc antiquissimam *Annalium* partem aliunde utcumque explevisse et secutos esse in ea re *Annalium* scriptorem quempiam qui Graecorum Chronologiam cognitam haberet. Simul apparet Dionysium ea *quae essent in tabula apud Pontificem Maximum* non pluris fecisse quam Catonem in *Originibus* apud Gellium N. A. II 28.

In constituendo anno, quo Roma condita esse existimetur, profertur et Ennii testimonium ex *Annalium* libris apud Varronem de R. R. III. 1.

Septingenti sunt paullo plus vel minus anni
Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

quae quum scripta sint saeculo sexto p. U. C. ad finem vergente eruditi suspicantur poëtam nescio quas subtiles rationes esse secutum aut „*annos dicere cyclicos denorum mensium.*" Hoc poëtae curant scilicet! Aeschylus quum Prometheum in cognomine fabula vs. 94. induxisset ita dicentem:

δέρχθηθ' οἵαις αἰκίαισιν
διακναιόμενος τὸν μυριετῆ
χρόνον ἀθλεύσω.

ἐν τῷ Πυρφόρῳ (Προμηθεῖ), ut Scholiasta annotat, *τρεῖς μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν.* Deinde idem Herculis aetatem, qui se vinculis liberaturus sit, ad Ionem ita definit in *Prometheo* vs. 771.

ΙΩ. *τίς οὖν ὁ λύσων σ' ἐςὶν ἄκοντος Διός;*
ΠΡ. *τῶν σῶν τιν' αὐτὸν ἐκγόνων εἶναι χρεών.*
ΙΩ. *πῶς εἶπας; ἡμὸς παῖς σ' ἀπαλλάξει κακῶν;*
ΠΡ. *τρίτος γε γένναν πρὸς δέκ' ἄλλαισιν γοναῖς.*

Sunt haec *ἀσύγκλωςα*, namque est aliquid inter *μυριετὴς χρόνος* (aut *τρεῖς μυριάδες ἐτῶν*) et *τρισκαίδεκα γενεαί*, sed fatuum est haec ad vivum resecare: *δοτέον ταῦτα τῷ ποιητῇ* suo arbitratu talia fingenti. Eadem Ennio danda est venia, modo ne quis in re chronologica tali testimonio utatur.

Sed omnium, quae apud Dionysium scripta sunt, nihil est minus probabile quam ea quae de populi Romani Quiritium originibus Graecis operose undique corrasit, quorum summa haec est pag. 153. *τὰ μὲν δὴ συνελθόντα ἔθνη καὶ κοινωσάμενα τοὺς βίους, ἐξ ὧν τὸ* 'Ρωμαίων *γένος ὥρμηται, πρὶν ἢν νῦν ἔχουσιν*

οἰκισθῆναι πόλιν, ταῦτά ἐςιν· Ἀβορίγινες μὲν πρῶτον, οἱ Σικελοὺς ἐξανέςησαν ἐκ τούτων τῶν χωρίων, Ἕλληνες ὄντες τὸ ἀρχαῖον ἐκ Πελοποννήσου τῶν σὺν Οἰνώτρῳ μετενεγκαμένων τὴν οἴκησιν ἐκ τῆς καλουμένης νῦν Ἀρκαδίας, ὡς ἐγὼ πείθομαι· ἔπειθ' οἱ μετανας άντες ἐκ τῆς τότε μὲν Αἱμονίας νῦν δὲ Θετταλίας καλουμένης Πελασγοί· τρίτοι δὲ οἱ σὺν Εὐάνδρῳ παραγενηθέντες εἰς Ἰταλίαν ἐκ Παλλαντίου πόλεως· μετὰ δὲ τούτους τῶν σὺν Ἡρακλεῖ ςρατευομένων Πελοποννησίων Ἐπειοί τε καὶ Φενεᾶται, οἷς καὶ Τρωικόν τι ἐμμέμικται· τελευταῖοι δὲ οἱ διασωθέντες σὺν Αἰνείᾳ Τρῶες ἐξ Ἰλίου τε καὶ Δαρδάνου καὶ τῶν ἄλλων Τρωικῶν πόλεων. et iterum ut in re certa et extra omnem controversiam posita exclamat pag. 229. *θαρρῶν ἤδη τις ἀποφαινέσθω πολλὰ χαίρειν φράσας τοῖς βαρβάρων καὶ δραπετῶν καὶ ἀνεςίων ἀνθρώπων καταφυγὴν τὴν Ῥώμην ποιοῦσιν Ἑλλάδα πόλιν αὐτήν, ἀποδεικνύμενος μὲν κοινοτάτην τε πόλεων καὶ φιλανθρωποτάτην, ἐνθυμούμενος δὲ ὅτι τὸ τῶν Ἀβοριγίνων φῦλον Οἰνωτρικὸν ἦν, τοῦτο δὲ Ἀρκαδικόν· μεμνημένος δὲ τῶν συνοικησάντων αὐτοῖς Πελασγῶν, οἳ Θετταλίαν καταλιπόντες Ἀργεῖοι τὸ γένος ὄντες εἰς Ἰταλίαν ἀφίκοντο· Εὐάνδρου τε αὖ καὶ Ἀρκάδων ἀφίξεως, οἳ περὶ τὸ Παλλάντιον ᾤκησαν, Ἀβοριγίνων αὐτοῖς παρασχόντων τὸ χωρίον· ἔτι δὲ Πελοποννησίων τῶν σὺν Ἡρακλεῖ παραγενομένων, οἳ κατῴκησαν ἐπὶ τοῦ Σατορνίου· τελευταῖον δὲ τῶν ἀπαναςάντων ἐκ τῆς Τρῳάδος καὶ συγκερασθέντων τοῖς προτέροις. τούτων γὰρ ἂν οὐδὲν εὕροι τῶν ἐθνῶν οὔτε ἀρχαιότερον οὔτε Ἑλληνικώτερον.* Tum quasi veritus ne Troiani pro Asiaticis et barbaris haberentur sedulo demonstrare coepit pag. 153. *ὅτι καὶ τὸ τῶν Τρώων ἔθνος Ἑλληνικὸν* ’ЄΝ ΤΟΙϹ ΜΑΛΙϹΤΑ *ἦν ἐκ Πελοποννήσου ποτὲ ὡρμημένον*, cuius rei argumenta et probationes vide apud ipsum.

Suspicor et apud Romanos fuisse olim nonnullos (Epicureos fortasse, quos Dionysius ferre non poterat) qui ad haec leniter subriderent; et etiam nunc esse qui id faciant non suspicor sed certo scio.

INDEX GRAECUS.

In hoc Indice lectiones ita composui ut praeponatur vera lectio et sequatur vitiosa. Itaque

ἀρχιερεῦσι — ἀγχιςεῦσι.

et

χρυσός — ὀχυρός, χρηςός.

significat in libris esse mendosam scripturam ἀγχιςεῦσι, sanam esse ἀρχιερεῦσι, Codices vitiose exhibere aut ὀχυρός aut χρηςός sed verum esse χρυσός, atque ita in caeteris omnibus.

A.

B.

Γ.

Δ.

E.

Z.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

Μ.

N.

O.

Π.

P.

Σ.

T.

Υ.

X.

Ψ.

Ω.

INDEX LATINUS.

INDEX SCRIPTORUM.

